ſi plures ſint: minus habere ſingulos neruorum atq; virium? Quod quidem faciunt iſ qui eſſe multos volunt: quia neceſſe eſt imbecilles eſſe: ſiquidem ſinguli ſine auxilio reliquoruʒ / tantæ molis gubernaculum ſuſtinere non poſſent. Deus autem (qui eſt æterna mens) ex omni vtiq; parte perfectæ conſũmatæq; virtutis ẽ. Quod ſi verum eſt: vnus ſit neceſſe eſt. Poteſtas enim vel virtus abſoluta / retinet ſuam propriam firmitatem. Id autem ſolidum ęſtimandum eſt / cui nihil decedere: id perfectum / cui nihil poſſit accedere. Quis dubitet potentiſſimum eſſe regem: qui totius orbis habet imperium? neq; immerito: cum illius ſint quæ vbiq; ſunt omnia. cum ad eum ſolum omnes vndiq; copię congerantur. At ſi plures partiantur orbem: minus certe opum / minus virium ſinguli habebunt. cum intra præſcriptam portionem ſe quiſq; contineat. Eodem etiam modo: ſi diſ plures ſint / minus valebunt: aliſs tantundeʒ in ſe habentibus. Virtutis autem perfecta natura non poteſt eſſe niſi in eo in quo totũ ẽ: non in eo in quo pars exigua de toto eſt. Deus vero ſi perfectus eſt (quia perfectus eſt vt eſſe debet) non poteſt eſſe niſi vnus: vt in eo ſint omnia. Deorum igitur virtutes ac poteſtates infirmiores ſint neceſſe eſt / quia tantum ſingulis deerit / quantũ in cæteris fuerit: ita quanto plures: tanto minores erunt. Quid φ illa ſumma rerum poteſtas ac diuina vis / ne ſemel quidem diuidi poteſt? Quicquid enim capit diuiſionem / & interitum capiat neceſſe eſt. Si autem interitus procul eſt a deo: quia incorruptibilis eſt & æternus: conſequens eſt vt diuidi poteſtas æterna non poſſit. Deus ergo vnus eſt: ſi nihil aliud eſſe poteſt / quod tantundem capiat poteſtatis. At hi tamen qui multos eſſe arbitrantur: officia inter ſe dicunt eſſe partitos. de quibus omnibus ſuo loco diſputabimus. Illud interim quod ad præſentem locum pertinet: teneo. Si partiti ſũt officia inter ſe: eodeʒ reuoluitur res: vt ex his quilibet / ſufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur iam non erit qui ceſſantibus cæteris / non poteſt omnia gubernare. Ita fit vt ad regendum mundum vni⁹ perfecta virtute magis opus ſit: q̃ imbecillitate multorum. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non poſſe ab vno regi / fallitur. nec enim quanta ſit poteſtas diuinæ maieſtatis intelligit: ſi exiſtimat ſingularem deum qui facere mundum potuit: eundẽ regere non poſſe quem fecit. At ſi concipiat animo quanta ſit diuini huius operis immenſitas: cum antea nihil eſſet / tamen virtute atq; cõſilio dei ex nihilo eſſe conflatam: quod opus niſi ab vno inchoari ꝑficique non potuit: iam intelliget multo facilius ab vno regi quod eſt ab vno conſtitutum. Dicat forraſſe aliquis: ne fabricari quidem

Solidũ qd pfectũ qd

Quod nõ ſit niſi vn⁹ deus Dei poteſtas diuidi nõ poteſt.

tam immenſum opus mundi:niſi a pluribus potuiſſe.quanlibet mul
tos/quanlibet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis po
teſtatis/virtutis/maieſtatiſq; poſuerit :id totum in vnum confero:&
in vno eſſe dico:vt tantum in eo ſit iſtarum rerum/quantum nec ex
cogitari/nec dici poteſt. Qua in re/ quoniam & ſenſu deficimus/ &
verbis:quia neq; tantæ intelligentiæ lucem pectus humanum/neq;
explanationē tantarum rerum capit lingua mortalis: id ipſum intel
ligere nos oportet/ac dicere. Video rurſus quid e contrario dici poſ
ſit: Tales eſſe illos plures qualem nos volumus vnum. At hoc fieri
nullo pacto poteſt:ꝙ ſingulorum poteſtas progredi longius non va
lebit:occurrentibus ſibi poteſtatibus cæterorum. Neceſſe eſt enim
vt ſuos quiſq; limites aut tranſgredi nequeat:aut ſi tranſgreſſus fue
rit/ſuis alterum finibus pellat. Non vident qui deos multos eſſe cre
dunt/fieri poſſe/vt aliquid diuerſum velint:ex qua re diſceptatio in
ter eos & certamen oriatur : ſicut Homerus bellantes inter ſe deos
finxit:cum alij Troiam capi vellent/alij repugnarent. Vnius igit ar
bitrio mundum regi neceſſe eſt. Niſi enim ſingularum partium po
teſtas ad vnam prouidentiam referatur:non poterit ſumma ipſa cō
ſtare vnoquoq; curante nihil amplius:q̄ quod ad eum proprie perti
neat. Sicut/ne res quidem militaris:niſi vnum habeat ducem atq; re
ctorem. Qꝫ ſi in vno exercitu tot fuerint imperatores quot legiones
quod cohortes/quot cunei/quot alæ:primum nec inſtrui poterit a
cies : vnoquoq; periculum recuſante: nec regi facile/aut tēperari/ꝙ
ſuis proprijs conſilijs vtantur omnes:quorum diuerſitates plus no
ceant/q̄ proſint. Sic in hoc rerum naturæ imperio: niſi vnus fue
rit ad quem totius ſummæ cura referatur:vniuerſa ſoluentur/& cor
ruent. Dicere autem multorum arbitrio regi mundum/tale eſt:
quale ſi quis affirmet: in vno copore multas eſſe mentes : quoniam
multa & varia ſunt miniſteria membrorum:vt ſingulos corporis ſē
ſus/ſingulæ mentes regere credantur. Item multi affectus quibꝰ cō
moueri ſolemus vel ad iram/vel ad cupiditatem/vel ad lætitiā/vel
ad metum/vel ad miſerationem:vt in his omnibus totidem mentes
putentur operari. Quod ſi quis profecto dicat:ne ipſam quidem
quæ vna eſt/habere videatur. Qꝫ ſi in vno corpore tantarum re
rum gubernationem mens vna poſſideat:& vniuerſis ſimul in tan
ta eſt/ cur aliquis exiſtimet mundum non poſſe ab vno regi : a plu
ribus poſſe? Quod quia intelligunt iſti aſſertores deorum/ita præ
eſſe ſingulis rebus : ac partibus dicunt/ vt tamen vnus ſit rector exi
mius. Iam ergo cæteri dij non erunt: ſed ſatellites ac miniſtri: quos
ille vnus maximus & potens omnium officijs ijs pręfecerit : vt ipſi

Deorum certamia.

Comparatio optia confutans plures eē deos.

Deos plures eſſe ſub vno eximio non poſſe.

eius imperio ac nutibus ſeruiant: ſi vniuerſi pares non ſunt: non igitur dij omnes ſunt. Nec enim poteſt hoc idem eſſe quid ſeruit / & quod dominatur. Nam ſi deus eſt nomen ſummę poteſtatis: incorruptibilis eſſe debet/perfectus/impaſſibilis/nulli rei ſubiectꝰ: ergo dij non ſunt/quos parere vni maximo deo neceſſitas cogit.

### ¶ Prophetarum aſſeri teſtimonijs ꝙ vnus tantum ſit deus. Cap.IIII.

SEd quia non fruſtra falluntur hi/qui hoc putant: cauſam huius erroris paulopoſt aperiemus. Nunc vnitatem diuinæ poteſtatis teſtimonijs comprobemus. Prophetæ: q̄ fuerunt admodum multi: vnum deum prædicant: vnuꝫ loquũtur: quippe qui vnius dei ſpiritu pleni/quæ futura eſſent/pari & conſona voce ꝓdixerunt. At eni veritatis expertes non putãt his eſſe credendum. illas eñ nõ diuinas/ſed hũanas voces fuiſſe aiunt: videlꝫ quia de vno deo ꝓconiũ faciunt aut inſani: aut mẽdaces fuerunt. Atqui impleta eē in pleriſqꝫ quotidie illorum vaticinia videmus: & in vnã ſententiam cõgruens diuinatio/docet nõ fuiſſe furioſos. Quis enim mentis ſemotæ/nõ mõ futura ꝓcinere: ſed etiã cohęrẽtia loqui poſſit? Nuꝫ ergo fallaces erãt/qui talia loq̄bant? quid ab his tam lõge alienũ fuit/q̄ ratio fallendi cũ cæteros ab oi fraude cohiberent? Iccirco eñ a deo mittebant: vt & ꝓcones eēnt maieſtatis eius/ & correctores prauitatis humanæ. Pręterea voluntas fingẽdi ac mẽtiendi eorũ eſt/qui opes appetunt; lucra deſiderant: quę res ꝓculdubio ab illis ſanctis viris abfuit. Ita enim delegato ſibi officio functi ſunt/vt derelictis omnibus ad tutelaꝫ vitæ neceſſarijs: nõ modo in futurum: ſed ne in diẽ quideꝫ laborarent: contenti temporali cibo/quem deus adminiſtraſſet. & hi non modo quæſtum vllũ habuerunt: ſed etiam cruciatus atqꝫ mortem. Amara ſunt enim vitioſis ac male viuentibus pręcepta iuſtitiæ. Itaqꝫ hi quorum peccata arguebant & prohibebant excruciatos eos acerbiſſime necauerũt. Ergo a quibus abfuit ſtudium lucri / abfuit etiam voluntas & cauſa fallendi. quid ꝙ aliqui eoruꝫ principes/aut etiam reges fuerunt: in quos cadere non poſſet ſuſpitio cupiditatis ac fraudis: & tamen ꝓconium dei ſingularis eadem/qua cæteri diuinatione fecerunt.

Prophetę vnius dei ſpiritu pleni fuere

Lucrũ ſtudij mentiendi volũtatẽ parit

Quo prophetæ vera dixerũt

### ¶ Do teſtimonijs poetarum: & philoſophhorum. Ca.V.

SED OMITTAMVS ſane teſtimonia prophetarum: ne minus idonea probatio videatur eſſe: quibus his omnino non creditur. Veniamus ad auctores: & eoſipſos ad veri probationem teſtes citemus / quibus contra nos vti ſolent: poetas dico ac philoſophos. Ex his vnum deum probemus

Dei ꝓuidētia mūdū regi: Orpheus de deo q̄d ſentiat. Orpheus poetarū ātiq̄ſſim⁹ vn⁹ argonautarū. Phaneta quē dixerit orpheus

neceſſe eſt.non ꝙ illi habuerint cognitam veritatem:ſed ꝙ veritatis ipſius tanta vis eſt:vt nemo poſſit eſſe tam cæcus qui non videat ingerentem ſe oculis diuinam claritatem. Poetæ igitur q̄uis deos carminibus ornauerint:& eorū res geſtas amplificauerint ſummis laudibus:ſæpiſſime tamen confitentur ſpiritu vel mente vna contineri regiq; omnia. Orpheus qui eſt vetuſtiſſimus poetarū: & equalis ipſorum deorum. ſiquidem tradunt inter argonautas cum Tyndaridis & Hercule nauigaſſe:deum verum magnū/πρωτόγονον: id eſt primogenitū appellat:ꝙ ante ipſū nihil ſit genitum:ſed ab ipſo ſint cuncta generata. Eundem etiam φάνητα. id eſt apparentem nominat. quoniam cum adhuc nihil eſſet: primus ex infinito apprauerit & extiterit. cuius originem atq; naturam/quia concipere animo non poterat;ex aere immenſo natum eſſe dixit: πρωτόγονος φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός. id eſt principio genitus Phaeton longo aere natus. Aliud em̄ amplius quod diceret non habebat. Hunc ait eſſe omnium deorum parentem/quorum cauſa cælum condiderit: liberiſq; proſpexerit: vt haberent habitaculum ſedemq; communem: ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον: ideſt condidit immortalibus domum incorruptibilem. Natura igitur & ratione ducente intellexit eſſe præſtantiſſimam potentiam cæli ac terræ conditricem. Non poterat enim Iouem dicere eſſe principē rerum:qui erat Saturno genitus:neq; Saturnum ipſum/qui cęlo natus ferebatur. Cælum autem tanq̄ deum primum conſtituere nō audebat;quod videbat eſſe elementum mundi;quod ipſum eguerit auctore. Hæc enim ratio perduxit ad illum deum primo genitū cui aſſignat & tribuit principatum.

Homer. hūana potiuſq̄ diuina cōſcripſit. heſiodi. Theogonia:vbi poſuit. Chaos oi um eē pricipiū chaos quid.

Homerus nihil nobis dare potuit/quod pertineat ad veritatem:qui humana potius q̄ diuina conſcripſit. Potuit Heſiodus:qui deorum generationē vnius libri opere complexus eſt:ſed tamen nihil dedit;non a deo conditore ſumēs exordium:ſed a Chao:quod eſt rudis inordinatæq; materiæ confuſa congeries. cum explanare ante debuerit Chaos ipſum/vnde/quādo/quomodo eſſe aut conſtare cœpiſſet. Nimirum ſicut ab aliquo artifice diſpoſita/ordinata/effecta ſunt omnia; ſic ipſam materiam fictam eſſe ab aliquo neceſſe eſt. Quis igitur hāc niſi dominus fecerit cuius poteſtati ſubiacent omnia? Sed refugit hoc ille: dum horret incognitam veritatem. Non enim muſarum inſtinctu (ſicut videri volebat) in Helicone/carmen illud effudit: ſed meditatus venerat & paratus.

Maro.

Noſtrorum primus Maro non longe fuit a veritate:cuius de ſummo deo:quem ſpiritum ac mentem nominauit:hęc verba ſunt.

Principio cælum ac terras:compoſq; liquentes
Lucentemq; globum lunæ:titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit:totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem:& magno ſe corpore miſcet.

¶Ac nequis forte ignoret/quiſnã eſſet ille ſps: qui tm̃ haberet po-
teſtatis:declarauit alio loco dicens.Deum namque ire per omnes Ouidij p̃/
Terraſq;/tractuſq; maris/cœlumq; profundum. Hinc pecudes ar- clarũ op⁹
menta/viros genus omne ferarum Quemq; ſibi tenuis naſcentem metamor.
arceſſere vitas.Ouidius quoq; in principio prę̨clari operis ſine vlla
nominis diſſimulatione:a deo quem fabricatorem mundi:quem re
rum opificem vocat:mundum fatetur inſtructum. Quod ſi vel Or-
heus/vel hi noſtri/quæ natura ducente ſenſerunt/in perpetuum de- Variæ de
fendiſſent/eandem quam nos ſequimur doctrinam / compræhenſa deo philo
veritate tenuiſſẽt. ¶Sed hacten⁹ de poetis:ad philoſophos venia- ſophoruꝫ
mus.quorum grauior eſt auctoritas/certiuſq; iudicium: quia nõ re- ſententię.
bus commenticijs:ſed inueſtigandę veritati ſtuduiſſe creduntur. Thales
Thales Mileſius:qui vnus e numero ſeptem ſapientum fuit:qui pri Mileſius.
mus omnium quęſiſſe de cauſis naturalibus traditur:aquam eẽ di-
xit:a qua nata ſunt omnia.Deum autem eſſe mentem:quę ex aqua
cuncta formauerit.Ita materiam omniuꝫ rerum poſuit in humore:
principium cauſamq; naſcendi poſuit in deo.Pythagoras ita diffi-
niuit quid eſſet deus:animus qui per vniuerſas mundi partes om-
nemq; naturam commeans atq; diffuſus:ex quo omnia quæ naſcun
tur animalia/vitam capiunt.Anaxagoras deũ eſſe dixit infinitaꝫ mẽ
tem:quæ per ſeipſam moueatur. Antiſthenes multos quidem eſſe
populares deos:vnum tamen naturalem:ſummæ totius artificem.
Cleantes & Anaximenes æthera dicũt eſſe ſummum deum.cui opi
nioni poeta noſter aſſenſit.

Tum pater omnipotens fœcundis hymbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit: & omnes
Magnus alit/magno permixtus corpore fœtus.

¶Chryſippus naturalẽ vim diuina rõne pr̨edita:interdũ diuinã ne
ceſſitatẽ deũ p̃dicat.Item Zenon diuinã/naturalẽq; legeꝫ. Horum
enim omniũ ſententia q̃uis ſit incerta:eodem tamen ſpectat vt pro-
uidentiã vnam eſſe conſentiant.ſiue enim natura:ſiue æther:ſiue ra
tio:ſiue mens:ſiue fatalis neceſſitas:ſiue diuina lex:ſiue quid aliud
dixeris:idem eſt quod a nobis dicitur deus.Nec obſtat appellatio-
num diuerſitas:cum ipſa ſignificatione ad vnum omnia reuoluant. Ariſtote-
Ariſtoteles q̃uis ipſe ſecum diſſideat/ac repugnantia ſibi & dicat & les ipſe ſe
ſentiat:in ſummum tamen vnam mentem mundo præeſſe teſtatur cũ diſſẽtit

Plato oĩs ſapiẽtiſſimus

Plato qui omnium ſapientiſſimus iudicatur/monarchiam plene aperteqꝫ defendit.nec æthera/aut rationem/aut naturam : ſed(vtẽ) deũ nominat:ab eo mundum hunc perfectũ atque mirabilem eſſe fabricatum. Quem Cicero ſecutus atque imitatus in plurimis/deum confitetur ; ac ſupremum vocat in his libris / quos de legibus ſcripſit. ab eo que regi mundum argumentatur : cum diſputant de natura deorum hoc modo.Nihil eſt præſtantius deo .ab eo igitur mundum regi neceſſe eſt. Nulli igitur eſt naturæ obediens / aut ſubiectus deus:omnem ergo regit ipſe naturam.Quid autem ſit deus:in conſolatione deficit.Nec vero deus ipſe/qui intelligitur a nobis/alio modo intelligi poteſt:niſi mens ſoluta quædam & libera:ſegregata ab omni cõcretione mortali:omnia ſentiens/& omnia mouens. Anneus quoqꝫ Seneca:qui ex romanis vel acerrimus ſtoicus fuit:q̃ ſępe ſummum deum merita laude proſequitur/Nam cũ de immatura morte diſſereret:non intelligis(inquit) auctoritatem ac maieſtatem iudicis tui:rectoris orbis terrarum:cæliqꝫ & deorũ omnium dei:a quo iſta numina quę ſingula adoramus/& colimus/ſuſpenſa ſunt/Item in exhortationibus.Hic cum prima fundamenta molis pulcherrimę iaceret:& hoc ordiretur/quo neqꝫ maius quicq̃ nouit natura/nec melius:vt omnia ſub ducibus ſuis irent: q̃uis ipſe per totum ſe corpus intenderat:tamen miniſtros regni ſui deos genuit.Et q̃ multa alia de deo noſtris ſimilia locutus eſt. quæ nunc differo:qꝛ alijs locis opportuniora ſunt.Nunc ſatis eſt demonſtrare ſũmo ingenio viros attigiſſe veritatem ac pene tenuiſſe:niſi eos retrorſum infucata prauis opinionibus conſuetudo rapuiſſet;qua & deos alios eſſe opinabantur:Et ea quæ in vſum hominis deus fecit/tanquam ſenſu prædita eſſent/pro dijs habenda & colenda credebãt.

De⁹ quid

Seneca ſtoicorũ romãi generis acerrimus.

## ¶De teſtimonijs gentilium diuinis & primum Hermetis Triſmegiſti: deinde Sibyllarum. Ca.VI

NVNC Ad DIVINA teſtimonia tranſeamus. ſed prius vnum proferam:quod eſt ſimile diuino: & ob nimiam vetuſtatem : & qꝛ is quem nominabo ab hominibus inter deos relatus eſt. Apud Ciceronem.Cotta pontifex diſputans contra ſtoicos de religionibus & de varietate opinionum : quæ ſolent eſſe de dijs(vt more academicorum omnia faceret incerta)quinque fuiſſe Mercurios ait:& enumeratis per ordinẽ quattuor:quintum fuiſſe eum/a quo argus occiſus ſit;ob eamqꝫ cau-

Mercuri quinqꝫ.

ſam in Aegyptũ profugiſſe:atq; ęgiptijs leges ac litteras tradidiſſe. Hunc ęgyptij Thoth appellant:a quo apud eos primus anni fui menſis September nomen accepit. Idem condidit oppidum: quod etiam nunc græce vocatur Mercurij ciuitas: & phæmatę ſeruant & colunt eum religioſe. Qui tametſi homo fuerit antiquiſſimus:tamen & inſtructiſſimus omni genere doctrinæ:adeo vt ei multarum rerum & artium ſcientia Tuſmegiſto cognomen imponerēt: Hic ſcripſit libros/& quidē multos:ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes:in quibus maieſtatem ſummi ac ſingularis dei aſſerit:hiſdemq; nominibus appellat:quibus non deum & patrē ac ne quis nomen eius requireret: ἀνώνυμον eſſe dixit :eo φ nominis proprietate non egeat:ob ipſam ſcilicet vnitatem. Ipſius hæc verba ſũt:ὁ δὲ θεὸς εἷς ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέεται ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος. ideſt Deus autem vnus: vnus autem nomine non eget eſt enim qui eſt ſine nomine. Deo igitur nomen nō eſt: quia ſolus eſt:nec opus eſt proprio vocabulo:niſi cū diſcrimen exigit multitudo:vt vnamquamq; perſonam ſua nota/& appellatione deſignes. Deo autem quia ſemper vnus eſt:proprium nomen ē deꝰ. Supereſt de reſponſis/carminibuſq; ſacris teſtimonia:quæ ſunt multo certiora proferre. Nam fortaſſe hi/contra quos agimus:nec poetis putant eſſe credendum/tanquam vana fingentibus:nec philoſophis/ qui errare potuerunt:quia & hi homines fuerunt. M. Varro: quo nemo vnq̄ doctior:ne apud græcos quidem neq; apud latinos vixit:in libris rerum diuinarum:quos ad. C. Cæſarem ſcripſit pontificem maximum: cum de quindecim viris loqueretur: ſibyllinos libros ait non fuiſſe vnius Sibyllę :ſed appellari vno nomine ſibyllinos:φ omnes fœmine vates Sibyllę ſunt a veteribus nuncupatæ: vel ab vnus Delphidis nominæ:vel a conſilijs deorum denunciādis σιοὺς enim deos non θεούς. & conſilium non βουλὴν ſed βυλὴν appellabant æolico genere ſermonis. Itaq; Sibyllam dictam eſſe quaſi θεοβουλὴν Cæterum Sibyllas decem numero fuiſſe : eaſq; omnes enumerauit ſub auctoribus/qui de ſingulis ſcriptitarunt. primam fuiſſe de Perſis : cuius mentionem fecerit Nicanor: qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit. Secundam Libycam:cuius meminit Euripides in Lamiæ prologo. Tertiam Delphicam:de qua Chryſippus loquitur in eo libro/quem de diuinatione compoſuit. Quartam Cumæam in Italia: quam Neuius in libris belli punici: Piſo in annalibus nominat. Quintam Erxthræam:quam. Apollodorus Erythręus affirmat ſuam fuiſſe ciuem. Eamq; graijs Ilium petentibus vaticinatam & perituram eſſe/ Troiam:& Ho-

Phęmatæ: alius ſaitæ legit.

Triſmegiſtꝰ q & vñ & qui de deo ſētiat

Sibyllę q̄ quot & vñ

amalthea herophile
Sibyllini. libri qui.
Superbo tribui dionys. Halicar. lib. 4.

merum mendacia ſcripturum. Sextam ſamiam: de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus ſamioru3 repperiſſe ſcriptu3: Septimã Cumanã nomine Amaltheã quę ab alijs Demophile vel Herophile nominatur: eam que noue3 libros attuliſſe ad regẽ Tarquiniũ Priſcum: ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe: regemꝙ aſpernatum precij magnitudinem/& deriſiſſe mulieris inſaniam illã icõſpectu regis tres cõbuſſiſſe: ac pro reliquis idem precium poſtulaſſe Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe. Quæ denuo tribus alijs exuſtis cum in eodem precio perſeueraret: motũ eſſe regem/ac reſiduos trecentis aureis emiſſe: quorum poſtea numer⁹ ſic auctus: capitolio refecto: ꝙ ex omnibus ciuitatibus/& italicis/& gręcis: & præcipuæ erythræis coacti allatiꝙ ſunt romam: cuiuſcunꝙ Sibyllæ nomine fuerunt. Octauam Helleſponticam in agro troiano natam vico Marineſſo: circa oppidum Girgithium: quam ſcribit Heraclitus ponticus Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nonam

Albumæa ſibylla

phrygiam: quæ vaticinata ſit Anciræ: Decimam Tiburtem nomine Albumeam: quæ Tiburi colitur: vt dea iuxta ripas amnis Anienis: cuius in gurgite ſimulachrum eius inuentum eſſe dicitur tenens in manu librum. Cuius ſacra ſenatus in capitolium abſtulerit. Harum omnium ſibyllarum carmina & feruntur & habẽtur pręterq̃ Cumeę

Quindecĩ viri ſibyllini.
Erythręa ſibylla

cuius libri a Romanis occultantur: nec eos niſi a quindecim viris inſpici fas eſt. Et ſunt ſingularum ſinguli libri: qui quia ſibyllæ nomine inſcribuntur: vnius eſſe creduntur: ſunt que cfonuſi: nec diſcerni ac ſuum cuiꝙ aſſignari poteſt: præter Erythreæ: quæ & nomẽ ſuum carmini verum inſeruit: & Erythręa3 ſe nomin atumiri prælocuta eſt: cum eſſet orta Babiloniæ/ſed & nos confuſe ſibyllam dicemus: ſicubi teſtimonijs earum fuerit abutendum. Omnes igitur hæ ſibyllæ vnum deum prædicant: maxime tamen Erythręa: quæ celebrior inter cæteras: ac nobilior. habetur: ſiquidem Feneſtella diligentiſſi-

feneſtella
Quindecĩ viri ſibyllini
Capitoliũ reſtitutu3
C. Curio conſul. P. Gabinius M. Octatilius. L. Valerius.

mus ſcriptor de quindecim viris dicens ait: Reſtituto capitolio retuliſſe ad ſenatũ. C. Curionem con. vt legati Erythras mitterentur: q̃ carmina ſibyllę conquiſita Romam deportarent. Itaꝙ miſſos eſſe P. Gabinium. M. Octatilium. L. Valerium: qui deſcriptos a priuatis verſus circa mille Romam deportarunt. Idem ſupra oſtendimus dixiſſe Varronẽ. In his ergo verſib⁹: quos legati romã attulerunt: de vno deo hæc ſunt teſtimonia: εἷσ θεὸσ ὃ μόνοσ ἐσὶν ὃσ ὑπερμεγέθησ ἀγένητοσ ideſt vnus deus: qui ſolus pricipatur: iſꝙ ampliſſimus increatus. Hunc eſſe ſolum deum ſummum qui cęlu3 fecerit. luminibuſꝙ diſtinxerit: ἀλλά θέοσ μόνοσ εἷσ πανυπέρτατοσ. ὃσ πεποίηκεν οὐρανόν ἠλιόντε/ἀσέρασ/ ἠδέσελήνην καρποφόρον γαῖαν τε/καί ὕδατοσ οἴδματα πόντου.

ϰαρποφό ρον καιαρτε κάι ὕδατοσ οἰδαματα πόντον. id eſt ſ3 deus ſolus vnus eminentiſſimus:qui fecit cælū ſolemqꝫ & ſtellas fructiferamqꝫ terram:& aquæ maris fluctus. Qui quomodo ſolus ſit edificator mundi:& artifex rerum: vel quæ in eo ſunt ſolum coli oportere teſtatur ἀυτόν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου ὅσ μόνοσ ἑισ αἰῶνα κ' ἐξ αἰᾶνοσ ἔτυχεν idest ipſu3:qui ſolus eſt: colite principē mūdi:qui ſolus ē in ſæculū atqꝫ a ſeculo fact⁹. Itē alia ſibylla (q̄cunqꝫ eſt) Cum perferre ſe ad homies dei voce3 diceret: ſic ait μόνοσ γάρ εἰμι θεόσ. κάι οὐκ ἔστι θεόσ ἄλλοσ. id eſt ſolus enim deus ſum:& non alius. Exequeret nunc teſtimonia cæterarum niſi & hæc ſufficerent:& illa opportunioribus locis reſeruarem. Sed cum defendamus cauſam veritatis apud eos qui aberrantes a veritate falſis religionibus ſeruiunt:quod genus probationis aduerſus eos magis adhibere debemus: q̄ vt eos deorum ſuorum teſtimonijs reuincamus?

¶De teſtimonio Apollinis & deorum Cap. vij.

apollo q̄d deū eſſe dixerit

APollo enim quem prẹter cæteros diuinum maximeqꝫ fatidicum exiſtimant:Colophonæ reſpondens(ꝙ delphis credo emigrauerat/amœnitate ductus Aſiæ)quærenti cuidam quis eſſet:aut quid eſſet omnino deus: reſpondit viginti & vno verſibus. Quorum hoc principium eſt ἀυτοφυησ ἀδίδακτοσ ἀμήτωρ ἀστυφέλικτοσ οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον ἐν πυρὶ ναίων τουτι θεόσ μικρὰ δὲ θεοῦ μερίσ ἄγγελοι ἡμεῖσ. i. ex ſe ortus indoctus ſine matre inexpugnabilis nomen nec verbo capiendum:in igne habitans modica autem dei portio angeli nos. Nunquid poteſt ſuſpicari de Ioue eſſe dictum qui matrem habuit & nomen? Quid ꝙ Mercurius ille ter maximus:cuius ſupra mētionem feci:non modo ſine matre:vt apollo:ſed ſine patre quoqꝫ appellat deum:ꝙ origo illi non ſit aliunde. nec enim poteſt ab vllo generari/qui ipſe vniuerſa generauit. Satis(vt opinor)& argumētis docui/& teſtibus confirmaui/quod per ſe ſatis clarum eſt. Vnum eſſe regem mundi:vnum patrem:vnum deum. Sed fortaſſe quærat aliquis a nobis idē/illud quod apud Ciceronem quærit Hortenſius. Si deus vnus eſt:quę eſſe beata ſolitudo queat? tanq̄ nos qui vnum eſſe dicimus deſertū ac ſolitarium eſſe dicamus. Habet enim miniſtros quos vocamus nūcios:Et eſt illud verum:quod dixiſſe in exhortationibus Senecā ſupra rettulit:genuiſſe regni ſui miniſtros deu3. Verū hi neqꝫ dij ſūt:Angeli q̄ neqꝫ deos ſe vocari aut coli volūt: q̄ppe q̄ nihil p̄ter iuſſum ac voluntatē dei faciant. Nec tamen illi ſunt qui vulgo coluntur:quorum & exiguus & certus eſt numerus. Q̄ ſi cultores deorum

Deus vn⁹ an btūs eē poſſit? Solitudo btā eſſe nō poteſt.

Apollis hymnus.

ipſos eos ſe colere putant/quos ſummi dei miniſtros appellam⁹:ni chil ē qđ nobis faciat inuidiā/qui vnum dicamus/multos negem⁹. Si eos multitudo delectat quū nō duodecim dicimus:aut trecētos ſexaginta quinqꝫ/vt Orpheus/ſed innūerabiles eſſe:arguim⁹ eorū errores in diuerſum/qui tā paucos putant. Sciant tamen quo noīe appellari debeant:ne deum verum violent/cuius nomen exponūt dum pluribus tribuunt. Credant Apollini ſuo:qui eodē illo reſpō ſo/vt Ioui principatū:ſic etiam cæteris diįs abſtulit nomē. Tertius enim verſus oſtendit dei miniſtros:non deos:verum angelos ap‑ pellari oportere. De ſe quidē ille mētitus ē:qui cū ſit e numero dę‑ monū angelis ſe dei aggregauit. Deniqꝫ in aliįs reſponſis dęmonē ſe eſſe cōfeſſus eſt. Nā cum interrogaretur quomodo ſibi ſupplica ri vellet:ita reſpōdit ϖάρσοφε ϖαρτο διδακ τένολοισροφε κλῦθι δαῖμωρ idest omnia ſapiens:omnia docte:qui per cūcta verſaris exaudi dæmon. Item rurſus cuꝫ preces in Apollinē ſmin‑ thiū rogatus exprimeret:ab hoc verſu exorſus eſt: ἁρμονινκόσ‑ μου φαέσολε καὶσοφὲ δαιμωρ id eſt coaptatio mundi & omnino lucide/& ſapiens dæmon. Quid ergo ſupereſt niſi vt ſua cōfeſſione verberibus veri dei ac pœnę ſubiaceat ſempiternę? Nā in alio reſponſo ita dixit δαιμονεσ οἱφοιτῶσιϖερι χθόρα καὶ ϖερι ϖόντορ ἀκάματοι δἀμανταιῦϖαι μαστιγι θεοῖο. id eſt dæmones qui pergunt circa terram & circa pontum indefeſſi: domantur ſub flagellis dei. De vtriſqꝫ generibus in ſecundo li‑ bro diſſeremus. Interim nobis ſat eſt ꝙ dum ſe honorare vult/& in cœlo collocare: confeſſus eſt id quod res ſe habet: quomodo ſint appellandi/qui deo ſemper aſſiſtunt. Retrahant ergo ſe homines ab erroribus:& abiectis religionibus prauis/parentem ſuum:do‑ minumqꝫ cognoſcant:cuius nec virtus ęſtimari poteſt/ nec magni tudo perſpici/nec pricipium compręhendi. cum ad illum mentis humanæ intentio & acumen & memoria peruenerit quaſi ſubdu ctis & conſumptis omnibus viįs ſubſiſtit/hęret/deficit:nec eſt ali‑ quid vlterius quo progredi poſſit. Verum quia fieri nō poteſt/ qui id quod fit/aliquando eſſe cœperit:conſequens eſt:vt(quoniaꝫ ni‑ chil ante illum fuit)ipſe ante omnia ex ſeipſo ſit procreatus. Ideo‑ qꝫ ab Apolline αὐτοφυὴσ: id eſt ex ſe ortus. A Sibylla αὐτο‑ γενὴσ:id eſt ex ſe genitus & ἀγίνητοσ id eſt in genitus & ἀϖοί‑ ητοσ id eſt infectus nominatur. quod Seneca homo acutus in ex hortationibus vidit. Nos inquit aliunde pendemus. Itaqꝫ ad ali‑ quem reſpicimus:cui quod eſt optimum in nobis debemus. Alius nos edidit:alius nos inſtruxit:deus ipſe ſe fecit.

Veruꝫ q̄a fieri nō p̄t quin id qđ fit id ē q̄cū ꝙcreatura ali q̄n eē cęperit: idqꝫ certe a deo:conſeq̄ns ē vt (q̄m nihil añ illum fuit) ipſe añ oīa ex ſeipſo ſit pro‑ creatus: id eſt (vt rcē̄ expri matur)ip̄e añ omia fuerit ex nullo ꝓcreat⁹. Nā vt di. Aug. .j. li. de trinita te.ca.j. Nulla oīo res ē q̄ ſe‑ ipaꝫ gignat vt ſit. itaqꝫ rcē de us ſcꝫ p̄r igeni tus declaratur

Quod Sene‑ ca vidit deum qdē infectū eē & ingeītū Se‑ neca vidit ſe‑ cūdū ſniaꝫ. i. i tellexit: ł vidit ita ſcriptuꝫ eē ſed non recto ſmōe exp̄ſſit. dicēdū ei erat de⁹ a nllo ē fa ct⁹ ł cōditiona lit̄. ſi de⁹ ē fact⁹ ipſe ſe fecit.

¶De cæcitate eoruȝ/qui plures deos opinantur:& vnde hic error habuit originem:& ꝙ corpus deo non eſt neceſſarium/nec propagatio liberorum.                Cap.VIII.

HIS IGITVR TOT ET TANTIS TESTIBVS COMprobatur vnius dei poteſtate ac prouidentia mundum gubernari. cuius vim maieſtatemqꝫ/tantam eſſe dicit in Timæo Plato/vt eã neqꝫ mente concipere neque verbis enarrare quiſquã poſſit ob nimiã & inęſtimabilẽ poteſtatem. Dubitet ergo aliquis an quicquam difficile aut impoſſibile ſit deo:qui tanta tãqꝫ mirifica opera prouidentia excogitauit:virtute conſtituit:ratione perfecit:nunc autem ſpiritu ſuſtentet:poteſtate moderetur/inexcogitabilis/ineffabilis/& nulli alij ſatis notus q̃ ſibi. Vnde mihi de tanta maieſtate ſæpius cogitanti/qui deos colunt interdũ videri ſolẽt tã cęci tã incogitabiles/tam excordes:tam non multum a mutis animalibus differentes:qui credant/eos qui geniti ſunt maris ac fœmine coitu aliquid maieſtatis diuinæqꝫ virtutis habere potuiſſe. cum Sybilla Erythræa dicat ὀυδύνατ ἀνδρόσ ἐκμηρῶν μήτρασ τεθεόσ τετυπωμέροσ εἶναι:ideſt non poteſt ex viri femoribus & matrice deus formatus eſſe. Quod ſi eſt verum (ſicuti eſt) apparet Herculem/ Apollinem/ Liberum/ Mercurium/ Iouem que ipſum cum cæteris/homines fuiſſe:quando ſunt ex duobus ſexibus nati.

Plato.

Dei maieſtas inęſtimabilis.

Incogitabilis.

Quid eſt autem tam remotum a deo:q̃ id opus/ quod ipſe ad propagandã ſobolem mortalibus tribuit:& quod ſine ſubſtantia corporali nullum poteſt eſſe? Dijs ergo:ſi ſunt immortales/æterni:quid opus ẽ altero ſexu?nimirum vt generentur. Ipſa progenie quid opus eſt: cũ ſucceſſione non egeant/qui futuri ſunt ſemper? Nam profecto in hominibus cæteriſqꝫ animantibus diuerſitas/ſexus/& coitio/& generatio nullam habet aliam rationem:niſi vt omnia genera viuentium (quoniam ſunt conditione mortalitatis obitura) mutua poſſint ſucceſſione ſeruari. Deo autem qui eſt ſempiternus: neqꝫ alter ſexus neqꝫ ſucceſſio neceſſaria eſt. Dicet aliquis vt habeat miniſtros:vel in quos ipſe poſſit dominari. Quid ergo opus eſt ſexu fœmineo? cum deus qui eſt omnipotens (vt vocatur) ſine vſu & opera fœminæ poſſit filios procreare? Nam ſi quibuſdam minutis animalibus id præſtitit: vt ſibi e folijs natos & ſuauibus herbis ore legant: cur exiſtimet aliquis ipſum deum niſi ex permixtione ſexus alterius non poſſe generare? Illos igitur quos imperiti & inſipientes tanquam deos & nuncupant & adorant: nemo eſt tam inconſideratus/ qui non intelligat fuiſſe mortales. Quomodo ergo (inquiet aliquis) dij crediti ſunt? Nimirum quia reges maximi ac potentiſſimi fuerunt: ob merita ſuarum virtutum/aut munerum/aut artium repertarum cum

Sextus viri& mulieris quare ordinatus ſit.

Dij cur ex hominibꝰ

chari fuiſſent his quibus imperitauerant:in memoria3 ſunt conſecrati.Quod ſi quis dubitet:res eorum geſtas/& facta conſideret.quę vniuerſa tam poetæ q̃ hiſtorici veteres prodiderunt.

¶De hercule & geſtis eius atq; ortu ex Ioue & Alcmena & morte eius. Cap.IX.

Herculis ort⁹ & geſta.

HERCVLES QVI OB VIRTVTEM CLARISSImus & q̃ſi african⁹ iter deos hẽtur:nõne orbẽ terrę:(quem peragraſſe ac expurgaſſe narrat̃) ſtupris/libidinib⁹/adulterijs iquinauit:nec mirũ:cum eſſet adulterio genit⁹ Alcmenę.Quid tandem potuit in eo eſſe diuini:qui ſuis ipſe vitijs mancipatus/& mares & fœminas contra omnes leges infamia/ dedecore/ flagitio affecit:Sed ne illa quidem quæ magna & mirabilia geſſit talia iudicanda ſunt/vt virtutibus diuinis tribuenda videantur:Quid eni tam magnificum ſi leonem aprumque ſuperauit: ſi aues ſagittis deiecit:ſi regium ſtabulum egeſſit:ſi virginem vicit cingulumq; detraxit:ſi equos feroces cum domino interemit: Opera ſunt iſta fortis viri : hominis tamen. Illa enim quæ vicit fragilia & mortalia fuerunt. Nulla enim eſt(vt ait orator)tanta vis quę non ferro/ac viribus debilitari frangiq; poſſit.At animum vincere:iracundiam cohibere: fortiſſimi eſt: quæ ille nec fecit vnquam : nec potuit.Hęc qui faciat non modo ego eum cum ſummis viris comparo : ſed ſimillimum deo iudico. Vellem adieciſſe de libidine/ luxuria/cupiditate/inſolentia/ vt virtutem eius impleret/quem ſimilem deo iudicabat.Non enim fortior iudicandus eſt qui leonem:q̃ qui violentiam & in ſeipſo incluſa3 feram ſuperat iracundiam / aut qui rapaciſſimas volucres deijcit: q̃ qui cupiditates auidiſſimas coercet. Aut q Amazonem bellatrice3:q̃ qui libidinem vincit/pudoris ac famæ debellatricem / aut qui fimum de ſtabulo/q̃ qui vitia de corde ſuo egerit: quę magis ſunt pernitioſa: quia domeſtica & propria mala ſunt:q̃ illa quæ poterant vitari:& caueri.Ex quo fit vt ille ſolus vir fortis debeat iudicari:qui temperans: & moderatus eſt & iuſtus. Q; ſi cogitet aliquis quæ ſint dei opera: iam hæc quæ mirantur homines ineptiſſimi:ridicula iudicabit. Illa enim non diuinis virtutibus quas ignorant: ſed infirmitate ſuarum virium metiuntur. Nam illud quidem nemo negauit Herculem non tantum Euriſtheo ſeruiſſe regi qđ aliquatenus honeſtũ videri poteſt:ſed etiam impudicę mulieri Omphale:quæ illum veſtib⁹ ſuis indutum ſedere ad pedes ſuos iubebat penſa facientem:deteſtabilis turpitudo:ſed tanti erat voluptas.Quid tu inquiet aliquis:Poetis ne credendum putas: Quid ni putem: Non enim iſta Lucillius narrat:aut Lucianus:qui dijs & hominibus non pepercit: ſed po

Animum vincere & iracundiã fortiſſimi eſt.

Omphale

tiſſimum qui deorum laudes canebant. Ergo quibus credemus: ſi fidem laudantibus nõ habemus? Qui hos mentiri putat: pferat alios quibus credamus auctores: q nos doceant qui ſunt iſti dij. Quomodo. vnde orti. Quæ ſit vis eorũ. Qui numerus. Quæ poteſtas. Quid in his admirabile. Quid cultu dignuꝫ. Quod deniq̃ certius veriuſq̃ myſterium. Nullus dabit. Credamus igitur iſtis: qui non vt reprehẽderẽt ſunt locuti: ſed vt prędicarent. Nauigauit ergo cum argonautis: expugnauitq̃ Troiã iratus Leomedonti ob negatam ſibi pro filię ſalute mercedem. Vnde quo tempore fuerit: apparet. Idem furore atq̃ inſania percitus vxorem ſuam cum liberis interemit. hũc homines deum putant? Sed Philoctetes eius hæres nõ putauit: q facẽ ſuppoſuit arſuro: qui artus eius & neruos cremari ac diffluere vidit. qui oſſa eius ac cineres in Oetheo monte ſepeliuit: pro quo munere ſagittas eius accepit.

Lucillius irriſit etiã deos.

Troia ab hercle expugnata.

ętheo.

¶De Aeſculapio: Apolline: Neptuno/ac marte: & Caſtore ac Polluce: atq̃ Mercurio. Cap. X.

AEſculapius & ipſe nõ ſine flagitio Apollinis natus: qd fecit aliud diuinis honoribus dignũ: niſi q ſanauit Hyppolitũ? Mortẽ ſane habuit clariorẽ: qa a deo meruit fulminari. Hunc Tarquitius de illuſtrib⁹ viris diſſerens ait incertis parentibus natum/expoſitum: & a venatoribus inuentum caninolacte nutrituꝫ: Chironi traditum: didiciſſe medicinã. fuiſſe aũt Meſſeniũ: ſed Epidauri moratũ. Tullius etiã Cynoſuris ait ſepultũ. Quid Apollo pater eius: nonne ab amorẽ quo flagrabat turpiſſime gregẽ pauit alienũ: & muros Laomedõti extruxit cũ Neptuno: mercede conductus? q illi negari potuit impune. ab eoq̃ primo rex pfidus quicquid cũ dijs pepigiſſet: didicit abnegare. Idẽ formoſũ puerum/& dũ amat violauit: & dũ ludit/occidit. Homicida Mars: & per gratiã cædis crimine ab Athenienſibus liberatus ne videretur nimis ferus & imanis adulteriũ cũ venere cõmiſit. Caſtor & pollux dũ alienas ſpõſas rapiũt: eſſe gemini deſierunt. Nã liuore iniurię cõcitatus Idas alterũ gladio trãſuerberauit. & eoſdẽ poetę alternis viuere: alternis mori narrãt: vt iã ſint/nõ deorũ: tm̃ ſed omniũ mortaliũ miſerrimi: quibus ſemel mori non licet. Hos tamen Homerus ambos ſimpliciter (non vt poetę ſolẽt) mortuos eſſe teſtatur. Nã cũ faceret in muris aſſidentẽ Priamo Helenã cũctos grææcię pricipes recognoſcere: ſolos aũt ſe fratres ſuos requirere: ſubiecit orationi eius huiuſmodi verſuꝫ. Hęc ait: aſt alios retinebat terra ſepultos. Fur ac nebulo Mercurius qd ad famã ſui reliquit: niſi memoriã fraudũ ſuaruꝫ? Cęlo dign⁹: quia palęſtrã docuit: & lyrã prim⁹ iuenit. Liberũ patrẽ in ſenatu deorũ ſummę auctoritatis primæq̃ eſſe ſententiæ nec eſſe

Eſculapi⁹ eiuſq̃ res & cõſecratis.

Tarquiti⁹ auctor.

Tulli⁹ auctor.

Apollo.

Cynoſurę ciuitas

cur admeto famulatus.

Mars homicida ac adulter.

Caſtor & pollux alterni viuunt.

Homerus auctor.

Iuppiter.

Mercuri⁹ fur ac nebulo.

Libri patris geſti.

Iouis ipie flagitioſeq; facta.

eſt/quia præter Iouẽ ſolus omniũ triũphauit:exercitũ duxit. Indos debellauit/ſed inuictus ille imperator inclytus maxim⁹ ob amorẽ ac libidinẽ turpiſſime victus eſt. Delat⁹ enim Cretã cũ ſemiuiro comitatu nact⁹ eſt impudicã mulierẽ in littore/ac fiducia victoriȩ inclytȩ vir eſſe voluit: ne nimiũ mollis eſſe videretur. atq; illã patris ꝓditricẽ:fratris interẽptricem ab alio relictã/& repudiatã in cõiugiu; ſibi vẽdicauit/& liberã fecit:& cũ ea pariter aſcẽdit in cȩlũ. Quid oium horũ pater Iuppiter:qui in ſolẽni precatione optim⁹ maxim⁹ nominatur?Nõne a prima ſua pueritia ipi⁹ ac pene parricida dep̃hẽdit: Cũ patrẽ regno expulit ac fugauit:nec expectauit mortẽ decrepiti ſenis cupiditate regnãdi?Et cũ paternũ ſoliũ p vim/ p arma cœpiſſet:bello eſt a Titanibus laceſſitus:quod humano generi principiũ fuit malorũ.quibus victis & pace in perpetuũ cõparata reliquã ſuã vitã i ſtupris adulterijſq; cõſumpſit. Omitto virgines quas iminuit. Id enim iudicari ſolet tolerabile. Amphitrionẽ ac Tindarũ ꝑterire nõ poſſum:quorum domos dedecore atq; infamia pleniſſimas reddidit. Illud vero ſummȩ impietatis ac ſceleris q̃ regium puerum rapuit ad ſtupru;.parum enim videbatur ſi in expuganda fœminarũ pudicitia maculoſus ac turpis eſſet:niſi etiam ſexui ſuo iniuriã faceret:hoc eſt verum adulterium quod fit contra naturam hæc qui fecit viderimus an maximus:certe optimus non eſt. quod nomen a corruptorib⁹:ab adulteris:ab inceſtis abeſt. Niſi forte nos erramus qui homines talia facientes ſceleratos vocamus ac perditos:omnibuſq; pœnis digniſſimos iudicamus. Stultus autẽ. M. Tullius:qui. C. Verri adulteria obiecit. Eadem enim Iuppiter quem colebat / admiſit. Quinto Publio Clodio ſororis incæſtum. At illi optimo maximo eadem fuit & ſoror & coniunx.

Amphitrion.

Tyndar⁹.

M.T.

Q.P.C.

Clodi⁹ ſororem iceſtauit.

¶De ipſius Iouis parentibus/& ortu/& vita eius flagitioſiſſima: morte:& ſepultura:& officio poetarum. Cap. XI.

QVis eſt igitur tam excors qui hunc in cælo regnare putet: qui ne in terra quidem debuit?Non inſulſe quidam poeta triumphum Cupidinis ſcripſit/quo in libro non modo potentiſſimum deorum Cupidinem: ſed etiam victorem facit. Enumeratis enim amoribus ſingulorum/quibus in poteſtatem cupidinis/ditionemq; veniſſent:inſtruit pompam /in qua Iuppiter cum cæteris dijs ante curru; triumphantis ducitur cathenat⁹. Eleganter id quidem dicitur a poeta figuratũ:ſed tamẽ nõ multũ diſtat a vero. Qui enim virtutis eſt expers/qui cupiditatibus ac libidinibus malis vincitur:non cupidini:vt ille finxit: ſed morti ſubiectus eſt ſempiternæ. Sed omittamus de moribus dicere/rem conſideremus/vt intelligant homines in quibus miſeri verſentur erroribus.

cupidinis triũphus.

Regnare in cęlo Iouē vulgus exiſtimat:id doctis pariter & indoctis perſuaſum eſt. Quod & religio ipſa & prȩcatiões:& hymni: & delubra:& ſimulachra demonſtrāt. Eundē tamē Saturno & Rhea genitum confitentur. Quomodo poteſt deus videri: aut(vt ait poeta) hominū rerūq; repertor:ante cuius ortū infinita hominū milia fuerunt? Eorū ſcilicet qui Saturno regnante vixerunt:ac priores luce q̄ Iuppiter ſunt potiti. ¶Video aliū deum regem fuiſſe primis tēporibus:alium conſequētibus. Poteſt ergo fieri/vt alius ſit poſtea futurus. Si enim regnum prius mutatum eſt:cur deſperemus & poſterius poſſe mutari? niſi forte Saturnus generare potuit fortiorē:iuppiter non poteſt. Atqui diuinū imperiū aut ſemp immutabile ē:aut ſi eſt mutabile(qđ fieri nō poteſt)ſemper vtiq; mutabile eſt. Poteſt enim Iuppiter regnum amittere:ſicut & pater eius amiſit. Ita plane:nam cū idem neq; virginibus/neq; maritatis vnq̄ peperciſſet:abſtinuit ſe tamen vna Thetide:q̄ reſponſū fuit maiorē patre ſuo futurū quiſquis ex illa natus eſſet. Et primum in eo prudentia nō dei cui niſi Themis futura dixiſſet:ipſe neſciret. Si autem diuinus non fuit:ne deus quidē fuit. Vnde ipſa diuinitas nominatur:vt ab homine hūanitas. Deinde cōſcientia imbecillitatis:qui timuit vtiq; maiorē. Quod qui fecit/ſcit vtiq; ꝑfecto nō eſſe ſe maximū:quādoquidē poteſt aliquid maius exiſtere. ¶Idē per ſtygiā paludē ſanctiſſime iurat. Vna ſuperſtitio ſuperis:quę reddita diuis:quæ eſt iſta ſuperſtitio:aut a quo reddita? Eſt ergo aliqua poteſtas maxīa:quę peierantes deos puniat. quę tanta formido eſt paludis infernę: ſi ſunt immortales? quid metuunt eam:quā viſuri non ſunt/niſi quos mori neceſſe ē? Quid igiť homines oculos ſuos in cęlum tollunt? quid ſuperos deierant:cum ipſi ſuperi ad inferos deuoluātur: ibiq; habeant quod venerentur & adorēt? Illud vero quale eſt:eſſe fata/quibꝰ dij oēs & ipſe Iuppiter pareat? ſi parcarum tanta vis eſt/vt plus poſſint q̄ cæleſtes vniuerſi:q̄q; ipſe rector ac deus: cur non ille potius regnare dicantur:quarū legibus ac ſtatutis parere omnes deos neceſſitas cogit? Nunc cui dubiū eſt quin is/qui alicui rei obſequitur/maximus non ſit? cum alius ſit qui non accipiat fata ſed faciat. Nūc ad illud quod omiſeram:redeo. In vna itaq; ſola fuit continentior: cū eam deperiret: & non virtute aliqua ſed metu ſucceſſoris. Quæ fortitudo vtiq; eius eſt qui ſit mortalis & imbecillis & nihil:quippe q̄ potuit & tūc cū naſceretur extingui:ſicut frater eius ante genitus extinctꝰ eſt? qui ſi viuere potuiſſet:nunq̄ miori conceſſiſſet imperiū. Ipſe autem furto ſeruatus:furtimq; nutritus:ζεὺσ ſiue ζὴν appellatus eſt:non(vt iſti putant)a feruore cæleſtis ignis:vel q̄ vitæ ſit dator:vel q̄ animantibus inſpiret animas: q̄ virtus ſoliꝰ dei eſt: quam

Thetidę cur abſtinuit iupiter.

Diuinitas vnde.

Fatis pet ēt iuppiť.

Iuppiter vnde

enim poſſet inſpirare animam:qui ipſe accepit aliũde? Sʒ ꝙ prim⁹ ex liberis Saturni marib⁹ vixerit. Potuerunt igitur homines alium deum habere rectorẽ ſi Saturn⁹ nou fuiſſet ab vxore deluſus. ¶ At eĩ poetæ iſta finxerũt. Errat quiſqs hoc putat. Illi eñ de hominibus loquebantur:ſed vt eos ornarent/quorũ memoriã laudibus celebrabant:deos eſſe dixerunt. Itaqꝫ illa potius ficta ſunt/quæ tanquaʒ de dijs:non illa quæ tanquã de hominib⁹ locuti ſunt:quod clarum fiet

*Danaę fabula ad hiſtoriã relata.*

*Hymbres aurei.*

exemplo quod inferemus. Danaen violaturus Iuppiter aureos nũmos largiter in ſinuʒ eius infudit. Hęc ſtupri merces fuit. At poetæ qui quaſi de deo loquebãtur:ne auctoritatem creditæ maieſtatis infringerent:finxerunt ipſum in aureo hymbre delapſuʒ:eadẽ figura qua hymbres ferreos dicũt:cũ multitudinẽ tęlorũ ſagittarũqꝫ deſcribũt.

*Ganym. raptus.*

*Europę raptus*

*Io. i bouẽ*

¶ Rapuiſſe dicitur in aquilla Catamitũ:poeticus color eſt. ſed aut ꝑ legionẽ rapuit:cuius inſigne aqͥla eſt:aut nauis in qua eſt ipoſitus/tutelam habuit in aquila figuratam. ſicut taurum figuratum cũ rapuit & tranſuexit Europam:eodẽmodo conuertiſſe in bouem tradiť Io inachi filiam:quæ vt iraʒ Iunonis effugeret:vt erat iam ſetis obſita:iam bos tranaſſe dicitur mare: in Aegyptumqꝫ veniſſe: atqꝫ ibi recepta priſtina forma/dea facta:quæ nũc Iſis vocatur. Quo igitur argumẽto probari poteſt nec Europã in tauro ſediſſe:nec Io factam bouẽ? Qꝫ certus dies habetur in faſtis:quo Iſidis nauigiũ celebratur. quæ res docet nõ tranaſſe illam:ſed nauigaſſe. Igitur qui ſapere ſibi videntur:quia intelligunt viuuʒ terrenũqꝫ corpus in cœlo eẽ nõ poſſe:totam Ganymedeã fabulã ꝓ falſo repudiãt Nã ſentiũt

*Terrenũ: id eſt non glorificatum*

in terra/id eſſe factũ:quia res ac libido ipſa terrena eſt. Nõ ergo res ipſas geſtas finxerunt poetę. qđ ſi facerent:eſſent vaniſſimi:ſʒ rebus geſtis addiderunt quendã colorẽ. Nõ.n.obtrectãtes illa dicebãt:ſed ornare cupiẽtes. Hic hoĩes decipiunť:maxĩe/ꝙ hæc omnia ficta eẽ arbitranť a poetis:colũt quod ignorãt:neſciunt qui ſit poeticę licẽtiæ mod⁹:quouſqꝫ ꝓgredi fingendo liceat. cum officiũ poetæ ſit in eo/vt ea q̃ geſta ſunt vere/in aliquas ſpecies obliquis figurationib⁹ cum decore aliquo conuerſa traducant. Totuʒ autem qđ referas fingere/id eſt ineptum eſſe & mendacem potius q̃ poetam: ſed finxe-

*Poetę officium.*

runt iſta/quæ fabuloſa creduntur. Num etiam illa quæ de dijs fœminis deorumqꝫ connubijs dicta ſunt? Cur igitur ſic figurantur: ſic coluntur:niſi forte nõ tantũ poetæ:ſed nõ pictores ẽt/fictoreſqꝫ imaginum mentiunť. Si enim hic eſt Iuppiter qui a nobis dicitur deus: ſi non is eſt qui ex Saturno & Ope natus ẽ: non oportuit niſi ſolius ſimulachrum in templis omnibus collocari. Quid ſibi mulierũ effigies volunt? Quid ſexus infirmus? in quẽ ſi cecidit hic Iuppiter. tũ vero ipi lapides hoĩeʒ fatebũť. Mẽtitos aiũt eẽ poetas:& his tñ cre-

dunt:immo vero non eſſe mentitos rc ipſe probant. Ita eni3 deo-
rum ſimulacra confingunt/vt ex ipſa diuerſitate ſexus appareat ve/
ra eſſe/quæ dicunt poetæ. Nam quod aliud argumẽtum habet ima
go catamiti/& effigies aquilæ:cum ante pedes Iouis ponuntur in tẽ
plis/& cum ipſo pariter adorantur: niſi vt nefandi ſceleris ac ſtupri
memoria maneat in æternum? Non igitur a poetis totum fictum ẽ:
aliquid fortaſſe traductum/& obliqua figuratione obſcuratu3: quo
veritas inuoluta tegeretur:ſicut illud de ſortitione regnorum. Aiũt
enim Ioui cælum obſtigiſſe:Neptuno mare:inferna Plutoni. Cur
non terra potius in ſortem tertiam venit:niſi ꝙ in terra geſta res ẽ?
Ergo illud in vero eſt:ꝙ regnum orbis ita partiti ſortitiq; ſunt/vt o-
rientis imperiũ Ioui cederet:Plutoni (cui cognomen Ageſilao fuit)
pars occidentis obtingeret. eo ꝙ plaga orientis:ex qua lux morta-
libus datur/ſuperior:occidentis autem inferior eſſe videatur. Sic
veritatem mendacio velauerunt/vt veritas ipſa perſuaſioni publicę
nihil derogaret. De Neptuni ſorte manifeſtum eſt. cuius regnu3 ta
le fuiſſe dicimus:quale M. Antonij fuit infinitum illud imperium
cui totius oræ maritimæ poteſtatem ſenatus decreuerat: vt prædo-
nes perſequeretur/ac mare omne pacaret. Sic Neptuno maritima
omnia cum inſulis obuenerunt. quomodo id probari poteſt? nimi-
rũ veteres hiſtoriæ docẽt. Antiquus auctor Euhemerus: qui fuit ex
ciuitate meſſana:res geſtas Iouis & cęterorũ/qui dij putantur colle
git:hiſtoriãq; contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris: q̃ in anti
quiſſimis tẽplis habebanť:maximeq; in fano Iouis Triphylei: vbi
aureã colũnam poſitã eẽ ab ipſo Ioue titulus indicabat:in qua colũ
na geſta ſua perſcripſit:vt monumenta eſſent poſteris rerum ſuaꝝ.
Hanc hiſtoriam interp̃tatus eſt Ennius & ſecutus:cuius hæc verba
ſunt. Ibi iuppiter imperiũ Neptuno dat maris:vt inſulis oĩbus & q̃
loca ſunt ſecundum mare omnibus regnaret. ¶Vera ſunt ergo quę
loquuntur poetę:ſed obtentu aliquo ſpecieq; velata. Poteſt & mõs
Olympus figurã poetis dediſſe:vt Iouem dicerent cęli regnum eſſe
ſortitũ:ꝙ Olympus ãbiguũ nomẽ eſt & montis/& cæli. In Olympo
autem Iouem habitaſſe docet hiſtoria eadem:quę dicit. Eadem tẽ
peſtate Iuppiter in monte Olympo maximã partem vitæ colebat:
& eo ad eum in ius veniebant:ſiquæ res in controuerſia erant. Item
ſi quis quid noui inuenerat/quod ad vitam humanam vtile eſſet:eo
veniebat:atq; Ioui oſtendebat. Multa in hunc modũ poetę tranſfe-
runt:non vt in deos mentiantur/quos colunt:ſed vt figuris verſico-
loribus venuſtatem ac leporem carminibus ſuis addant. qui autem
non intelligunt quomodo aut quare quidq; figuretur:poetas velut
mendaceș & ſacrilegos inſequuntur. ¶Hoc errore decepti & phi-

Ganym i-mago añ pedes iouis

Pluto. Ageſilaus

Neptunꝰ. M. Anto-nij iperiũ maritimũ

Euheme-rus. Meſ-ſeniꝰ iouis Triphylęi flammi.

Neptunꝰ imp. ma-ris ſortitꝰ.

Olympus mons

Olympus cælum

Poetarũ fictiõs

loſophi:q̄ ea q̄ de Ioue ferunt/minime in deum conuenire videbant:duos ioues fecerunt:vnū naturalē:alterū fabuloſū.Viderūt ex parte qđ erat verū:eū.ſ.de quo poetæ loquūt̄/hoies fuiſſe. In illo aūt naturali ioue vulgari cōſuetudie religiōis inducti errauerunt:q̄ i deū nomē hois trāſtulerūt:q(vt ſupra diximus)q̄a ſolus eſt:nō indiget noie.Iouē aūt illum eſſe:qui ſit ex Ope Saturnoq̄ nat⁹:negari nō pōt.¶Vana igit̄ perſuaſio eſt eorū/qui nomē iouis ſūmo deo tribuūt.Solent.n.quidā/errores ſuos hac excuſatione defēdere:q̄ cōuicti de vno deo/cum id negare nō poſſunt ip̄m ſe colere affirmant.Verū hoc ſibi placere/vt iuppiter noiet̄. quo quid abſurdius?Iuppiter eīn ſine cōtubernio cōiugis filiæq̄ coli nō ſolet.Vn̄ quis ſit/apparet:nec fas eſt id nomē eo trāſferri/ vbi nec Minerua ē vlla:nec iuno.Quid q̄ huius noīs ꝓprietas nō diuinā vim exprimit:ſed hūanam?Iouē.n.Iunonēq̄ a iuuando eē dictos Cicero interp̄tat̄.Et iuppiter quaſi iuuans pater dicit̄ qđ nomē i deū minie cōgruit:quia iuuare hoīs eſt/opis aliquid cōferentis in eū/q̄ ſit alien⁹:& exigui bñficij. Nemo ſic deū p̄cat̄ vt ſe adiuuet:ſed vt ſeruet vitā:ſalutemq̄ tribuat: quod mlto plus ac maius eſt q̄ iuuare.Et qm̄ de patre loquimur:nullus pater dicit̄ filios iuuare cū eos generat aut educat.Illud enim leui⁹ ē:q̄ vt eo verbo magnitudo paterni beneficij exprimatur:quāto id magis incōueniens eſt deo:qui verus eſt pater:per quem ſum⁹/& cuius toti ſumus:a quo fingimur:aīamur:illuminamur:qui nobis vitā īpartit:ſalutē tribuit:victū multiplicē ſubminiſtrat?Nō intelligit beneficia diuina/qui ſe iuuari tm̄modo a deo putat.Ergo nō imperit⁹ mō ſed & impi⁹ eſt: qui noīe iouis virtutem ſūmę poteſtatis imminuit.¶Quare ſi iouē ex rebus geſtis & ex moribus hominē fuiſſe:in terraq̄ regnaſſe dep̄hendim⁹:ſupereſt vt mortem quoq̄ eius inueſtigemus.Enni⁹ in ſacra hiſtoria deſcriptis oib⁹ q̄ in vita ſua geſſit:ad vltimū ſic ait.Deinde iuppiter poſtq̄ terras q̄nquies circuiuit:omnibuſq̄ amicis atq̄ cognatis ſuis īperiū diuiſit:reliquitq̄ hoībus leges/mores/frumētaq̄ parauit: multaq̄ alia bona fecit immortali gloria memoriaq̄ affect⁹ ſēpiterna monumēta ſuis reliquit:ætate peſſumata ī Creta vitā cōmutauit: & ad deos abijt.Eūq̄ curetes filii ſui curauerūt:decorauerūtq̄ eū. & ſepulchrū eius eſt in Creta in oppido Gnoſo: & dr̄ Veſtra hāc vrbē creauiſſe:in quo ſepulchro ei⁹ ē inſcriptū antiq̄s lr̄is gręcis δξεὺσ Τηρόνου.i.latie:iuppiter Saturni fili⁹. Hac certe nō poetę tradūt:ſ; antiquarū rerū ſcriptores.q̄ adeo vera ſūt:vt ea ſibyllinis verſib⁹ cōfirment̄:q̄ ſunt tales. Δαιμορασ ἀψύχουσ νεκύωρ εἴδωλα καμόρτωρ ῥ κρήτη κάυχηματάφουσ ἠδύσ

Quod nomē i deū minime cōgruit Nomē vid; iouis ſiue patris tm̄ iuuantis. q̄a iuuar̄ (ꝓut ioui vł alijs hoib⁹ tribuit̄) hominis ē op⁹ aliquid cōferētis:ēt cū ſit alien⁹.Opis aliquid cōferētis;hoc ē non totū potentis cōferre:qđ ſoli⁹ dei ē:ſn̄ q̄ a ali⁹ iuuar̄ nō p̄t:ip̄e aūt ſn̄ alijs.itaq̄ illđ exigui ē bñficij.dei aūt auxiliū vtiq̄ ē iuocādum:nā adiutoriū nr̄; ī noīe dn̄i q̄ fecit cælū & terrā nō tn̄ ſic.i. ſub noīe iouiſ l̄ ſic .i. gētiliū mor̄: vt ille tātu; timet nec aliđ ab eo ſperetur/aut ſperari poſſit.vn̄ frequēter aliq̄d adiūgitur adiuua nos đus ſalutaris nr̄ & ꝓpter gloriā nois tui libera nos & q̄ ſequūt̄.De⁹ i adiutoriū meū itēde.Cōfūdāt̄:&reliqua cōſentit aūt & Hieronim⁹ ſancti q̄ oēs deū verū nequaq̄ iouis nomine appellandū.

μορον ἔχει.i.dęmones inanimes/cadauerũ ſimulachra mortuorũ
quorũ ſepulchra hẽt Creta male peritura. Cicero de natura deorũ
cũ tres Ioues a theologis nominari diceret: ait tertiũ fuiſſe Cretẽſẽ
Saturni filiũ: cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur. Quomõ igi
tur poteſt deꝰ alibi eſſe viuus/alibi mortuus: alibi habere tẽplũ/alibi
ſepulchrũ? Sciant ergo Romani capitoliũ ſuũ.i. ſummũ caput reli-
gionũ ſuarũ publicarũ nihil eſſe aliud q̃ inane monumentũ. Venia-
mus nunc ad eius patrem: qui ante regnauit: & qui fortaſſe plus ha-
bebat in ſe: q̃ ex coitu tantorũ elementorũ genitus eſſe dicatur. Vi-
deamus quid in eo fuerit deo dignũ. In primis illud ꝙ aureũ ſæcu-
lũ narratur habuiſſe: ꝙ iuſticia ſub eo fuerit in terra. Teneo aliquid
in eo qđ in eius filio nõ fuit. Quid enim tam cõueniens deo/q̃ iuſtũ
regimen ac pium ſæculum? Sed cum eadem ratione natum eſſe co-
gito: non poſſum putare deum ſummum: ꝙ videam eſſe aliquid an
tiquius: cælum ſcilicet atq́ꝫ terram. At ego deum quęro: vltra queꝫ
nihil eſt omnino: qui fons/& origo ſit rerum. Hic ſit neceſſe eſt: qui
cælum ipſum condidit/terramq́ꝫ fundauit. Saturnus auteꝫ ſi ex his
natus eſt (vt putatur) queẽadmoduꝫ poteſt eſſe deus principalis: qui
alijs ortum ſuuꝫ debet? Aut quis præfuit mundo: ante q̃ Saturnus
gigneretur? Sed hoc poeticũ eſt (vt dicebam paulo ante) figmẽtuꝫ:
nec.n.fieri poterat: vt elementa inſenſibilia/tantoq́ꝫ interuallo ſepa
rata in vnum coirent/ac filium procrearent: aut is qui natus eſſet/nõ
potiſſimũ genitoribus ſimilis exiſteret: ſed eam formã gereret/ quã
parentes ſui non habebãt. Quęramus ergo quid veritatis ſub hac fi
gura lateat. Minutius fœlix in eo libro: qui Octauius inſcribitur ſic
argumentatur. Saturnũ cũ fugatus eſſet a filio/in italiamq́ꝫ veniſſet:
Cæli filiũ dictum: ꝙ ſoleamus eos/quorum virtutem miremur: aut
eos qui repentine aduenerint/de cælo cecidiſſe dicere. Terrę aũt ꝙ
ignotis parẽtibꝰ natos/terræ filios nominemꝰ. Sũt hæc quidem ſimi
lia veri: non tamen vera: quia conſtat etiam tũ cum regnaret/ ita eẽ
habitum. Potuit & ſic argumentari. Saturnum cum potentiſſimus
rex eſſet/ad retinendam parentum ſuorum memoriam/ nomina eo
rum cælo/terræq́ꝫ indidiſſe: cum hæc prius alijs vocabulis appellarẽ
tur: qua ratione & montibus & fluminibus nomina ſunt ĩpoſita. Ne
q́ꝫ enim cum dicunt poetæ de progenie Atlantis/ aut inachi flumi-
nis: id potiſſimum dicunt: homines ex rebus ſenſu carentibus po
tuiſſe generari: ſed eos vtiq́ꝫ ſignificant/qui nati ſunt ex his homi-
nibus: qui vel viui/ vel mortui nomina montibus / aut fluminibus
indiderunt. Nam id apud veteres: maximeq́ꝫ græcos vſitatum fu-
it/ Sic maria eorum traxiſſe nomen accepimus / qui deciderant in
ea: vt Aegæum: Icarium: Helleſpontum, & in Latio Auenti-

Capitoli-
um quid.

De Satur
no eiuſq́ꝫ
parentibꝰ
Cap.xij.

Saturno
Saturnus
quis & vñ

Minutius
Saturnus.
Coeli. F.
& cur.
Terræ fi-
lij.

Aegeum
mare vñ.

nus vocabulum monti dedit:in quo ſepultus eſt.Tiberinus vel Tyberis amni/quo merſus eſt.Non ergo mirandum ſi nomina eorum cælo terręq; attributa eſſent/qui reges genuerant potentiſſimos. Apparet ergo non ex cælo natum eſſe: quod fieri non poteſt: ſed ex eo homine/cui nomen Vrano fuit.quod eſſe verum Triſmegiſt9 auctor eſt:qui cum diceret admodum paucos extitiſſe/in quib9 eēt perfecta doctrina:in his Vranum/Saturnum/Mercurium cognatos ſuos nominauit.Hæc ille quia ignorauit/alio traduxit hyſtoriam. qui quomodo potuerit argumentari:oſtendi. Nūc dicam: quomodo:vbi:a quo ſit hoc dictum.non enim Saturnus hoc: ſed Iuppiter fecit.In ſacra hiſtoria ſic Ennius tradit.Deinde Paneum deducit in montem:qui vocatur cæli ſtella. Poſtquā eo aſcendit: cōtemplatus eſt late terras:ibiq; in eo monte aram creat cælo.primuſq; in ea ara Iuppiter ſacrificauit:in eo loco ſuſpexit in cælum: quod nunc nos nominamus:idq; quod ſupra mundū erat (quod æther vocabatur) de ſui aui nomine cęlo nomen indidit.Idque Iuppiter quod æther vocatur placans/primus cęlum nominauit:terręq; hoſtiam/quā ibi ſacrauit totam adoleuit.Nec hic tantum ſacrificaſſe Iuppiter inuenitur.Cæſar quoq; in Arato refert Aglaoſthenem dicere. Iouem cū ex inſula Naxo aduerſus Titanas proficiſceretur:& ſacrificium faceret in littore:aquilam ei in auſpicium aduolaſſe:quam victor bono omine acceptā tutelę ſuę ſubiugari.Sacra vero hiſtoria & ante conſediſſe illi aquilā in capite/atq; illi regnū portendiſſe teſtat̄.Cui ergo ſacrificare potuit Iuppiter:niſi cælo auo: quem dicit Euhemer9 in oceania mortuum:& in oppido Aularia ſepultum.

¶Quomodo ſtoici figmenta poetarum de Saturno & aliis ad phicā traſferant rōnem quam tn̄ & poetę & hiſtorici eneruāt. Cap.XIII.

QVoniam reuelauimus myſteria poetarum:& Saturni parētes inuenimus:ad virtutes eius & facta redeamus. Iuſtus in regno fuit primū ex hoc ipſo iam deus nō eſt/qui fuit. Deniq; ꝙ ne iuſtus quidem fuit:ſed impius:non modo in filios quos necauit:verum etiam in patrem:cui dicitur abſcidiſſe genitalia/quod forſitan vere acciderit.Sed homines reſpectu elementi quod dicitur cælum/totam fabulam explodunt/ineptiſſime fictam quam tamen ſtoici(vt ſolent)ad rationem phyſicam conantur traducere/quorum ſententiam Cicero de natura deorum differens poſuit.Cæleſtem(inquit)altiſſimam æthereamq; naturam:ideſt igneam:quæ per ſeſe omnia gigneret:vacare voluerunt ea parte corporis:quæ coniunctione alterius egeret ad procreandum. Quæ ratio in Veſtā potuit conuenire:ſi mas diceretur. Iccirco. n. virginem putant Veſtā/quia ignis inuiolabile ſit elementum: nihilq; naſci poſſit

Auentin9 mons vn̄
Tyberius Fl.vnde.
Triſmegiſtus.
Vranus a turni pater.
Mercuri9 Panionis comes.
Erat ꝑedificat.
Iuppiter.
Ara omnium prima
Cælum vnde.
Cæſar.
Terrę hoſtia omnium prima
Aquila cur in tutela.
Io.
Euhemerus.
Oceania. regio.
Aularia.
Sunt qui iam nonē
Veſta.

ex eo:quippe qui omnia q̄ corripuerit/abſumat. Ouidius in faſtis. Ouidius de faſtis.
Nec tu aliđ veſtā q̄ viuā intellige flāmam. Nataq; de flamma corpo
ra nulla vides. Iure igitur virgo eſt:quę ſemina nulla remittit:Nec ca
pit:& comites virginitatis amat. Vulcanoq; id potuit aſcribi:qui q̄
dem putatur ignis:& tamen poetæ eum non abſciderunt: Potuit &
Soli:in quo eſt natura & cauſa gignentiū:nā ſine ſolis igneo calore
neq; naſci quicq̄:neq; augeri poteſt:vt nulli alij elemēto magis op⁹
ſit genitalibus:q̄ calori:cuius fœtu concipiuntur:naſcuntur:ſuſtētā-
tur omnia. Poſtremo etiam ſi ita ſit:vt volunt:quis magis abſciſum
eſſe cœlum putet q̄ omnino ſine genitalibus natum? Nam ſi per ſe
gignit:non indigebat vtiq; genitalibus cum ſaturnū ipſum procrea-
ret. Si vero habuit:& a filio abſciſa ſunt:ortus rerum & natura om-
nis interiſſet. Quid ꝙ ipſi Saturno nō diuinū modo ſenſum: ſed hu
manū quoq; adimunt:cum affirmant eſſe eū Saturnū:qui curſum &
conuerſionem ſpaciorū ac temporum continet? Eūq; græce idipſu3
nomen habere. Χρόνοσ enim dicitur:quod eſt idem quod κρόνοσ
.i. ſpaciū tēporis. Saturnus ei eſt appellatus:ꝙ ſaturetur annis. Hęc
Ciceronis verba ſunt exponentis ſententiam ſtoicorum :quę q̄ vana
ſit:cuiuis intelligere promptiſſimum eſt. Si enim Saturnus cæli eſt
filius:quomodo potuit aut tempus e cęlo gigni:aut cælum a tempo
re abſcindi:aut poſtea tempus iperio ſpoliari a filio Ioue? Aut quo
modo Iuppiter natus eſt ex tempore? aut quibus annis ſaturari poſ
ſit æternitas:cui nullus eſt finis?

¶Quomodo & poetæ & hiſtorici euacuant ſtoicorum traditiones
de Ioue & Saturno & alijs dijs. Cap.XIII.

SI ergo vanę ſunt iſtę rationes philoſophorum:quid ſuper
eſt niſi vt vere factum eſſe credamus : id eſt hominem ab
homine abſciſum? niſi forte aliquis exiſtimet deum fuiſ-
ſe:qui timuit cohæredem/ cum ſi quid diuinitatis habuiſ
ſet:non patris genitalia debuerit amputare: ſed propria: ne Iuppi-
ter naſceretur: qui eum regni poſſeſſione priuauit. Idem ſororem
ſuam Rheam:quam latine Opem dicimus:cum haberet vxorem Rhea quę & ops.
reſponſo vetitus eſſe dicitur mares liberos educare:ꝙ futuru3 eſſet/
vt a filio pelleretur:quam rem metuens:natos ſibi filios non vtique
deuorabat(vt ferunt fabulæ)ſed necabat/quāq̄ ſcriptum ſit in hiſto Carnis humanæ eſ⁹.
ria ſacra Saturnū & opem:cæteroſq; tunc homines humanam car-
nem ſolitos eſitare. Verū primum Iouem leges hominibus moreſq;
condentem:edicto prohibuiſſe ne liceret eo cibo veſci : quod ſi ve-
rū eſt:quæ poteſt in eo fuiſſe iuſticia? Sed fictū ſane putemus Satur Saturnus deuorabat.
nū filios deuoraſſe modo cū aliqua ratione:nunc iccirco/ ꝙ ait vul-
g⁹ comediſſe filios ſuos eu3/qui extulerit:ſepulturæq; mandauerit.

Ops mater Iouis.

Ops autẽ cũ Iouem peperiſſet:ſubtraxit infantem: eumque nutriẽdum furtim miſit in Cretam. ¶Rurſũ imprudẽtiam reprehendam neceſſe eſt. Cur.n.reſponſum ab alio accepit potius? Cur in cęlo cõſtitutus in terra non videbat? Cur eum corybantes cymbalis fefellerunt? Poſtremo cur extitit aliqua vis potentior aut maior:quę illius vinceret poteſtatem? Nimirum ſenex a iuuene facile victus ẽ ac ſpoliatus imperio. Fugit igitur expulſus:& in Italiam nauigio venit:cũ erraſſet diu:ſicut Ouidius in faſtorum libris refert. Cauſa ratis ſupeſt:tuſcum rate venit ad amnem Ante pererrato falcifer orbe deus.

Ianus hoſpes saturni.

Nũmi veteres ipſi ſub imagine Iani & manij.

Hunc errantem atq; inopem Ianus excæpit:cuius rei argumẽta ſũt nummi veteres:in quibus eſt cum duplici fronte Ianus: & in altera parte nauis:ſicut idem poeta ſubiecit At bona poſteritas puppi formauit in ære Hoſpitis aduentum teſtificata dei. ¶Oẽs ergo nõ tãtum poetæ:ſed hiſtoriarum quoq; ac rerum antiquarum ſcriptores hominem fuiſſe conſentiunt: qui res eius in Italia geſtas memoriæ prodiderunt. Græci Diodorus & Tallus· Latini Nepos & Caſſius & Varro. Nam cum agreſti quodam more in italia viueretur. Is genus indocile ac diſperſum montibus altis Compoſuit. legeſq; dedit: latiumq; vocari Maluit:his quoniã tutus latuiſſet in oris. Cẽſet ne aliquis deum eſſe:qui pulſus eſt:qui fugit:qui latuit? Nemo tã ſtultus eſt:qui.n.fugit aut latet:& vim & mortem timeat neceſſe ẽ. Orpheus qui a temporibus eius recentior fuit:aperte ſaturnũ in terra & apud homines regnaſſe commemorat. πρώτιστοσ μὲν ἄναξ ἐϖιχθονίων. κρόνοσ ἀνδρῶν ἐκ δὲ κρόνου γένταὐτὸσ ἄναξ εὐρύοϖα ξέυσ:id eſt primus quidem regnauit terreſtribus ſaturnus viris: Ex ſaturno autem genitus eſt rex magnus: & latine Iuppiter ſonans. Item Maro noſter. Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat. Et alio loco: Aureaque (vt perhibent) illo ſub rege fuere Sæcula:ſic placida populos in pace regebat. Neq; ſuperius dixit in cælo ægiſſe vitam: neq; inferius ſuperos in pace rexiſſe. Vnde apparet illum regem fuiſſe terrenum:quod alibi apertius declarat. Aurea condet Sæcula:quæ rurſus latio regnata per arua Saturno quondam. ¶Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnaſſe ſaturnum:ſed Vranum patrem. Initio (inquit) primus in terris imperium ſummum cælũ habuit. is id regnum vna cum fratribus ſuis inſtituit atq; parauit. ¶Non magna diſſenſio:ſiquidẽ maximorum auctorum de filio patreque dubitatio eſt: ſed tamen vtrũq; fieri poteſt:vt & primus Vranus eminere inter cæteros potentia cœperit. & principatum habere non regnum:poſtea Saturnus maiores ſibi opes compararit:ac regium nomen aſciuerit.

Diodorus. Tallus. Caſſius. Varro.

Latiũ vñ.

Orpheus

Saturnus rex oium primus.

Rex oiũ primus.

Iuppiter. Saturni. f.

Aurea ſecula.

Rex oiũ primus

¶Quid inde Ennius doceat in ſacra hiſtoria. Cap. XIIII.

NVnc quoniam ab his quæ retulimus:aliquantulum ſacra hiſtoria diſſentit:aperiamus ea quæ veris litteris cõtinẽtur:ne poetarum ineptias in accuſandis religionibus ſequi ac probare videamur:hęc enim vera ſunt. Exin Saturnus vxorẽ duxit Opem:Titan qui maior natu erat:poſtulat vt ipſe regnaret:vbi Veſta mater eorum & ſorores ceres atq; Ops ſuadent Saturno:vt de regno non concedat fratri. Ibi Titan: qui facie deterior eſſet q̃ Saturnus: iccirco & ꝙ videbat matrem atq; ſorores ſuas operã dare:vt Saturnꝰ regnaret: cõceſſit ei vt is regnaret Itaq; pactus eſt cum Saturno:vti ſi quid liberorum virilis ſexus ei natum eſſet:nec quem educaret: Id eius rei cauſa fecit:vti ad ſuos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filium qui primus natus eſt:eũ necauerunt. Deinde poſterius nati ſunt gemini Iuppiter atq; Iuno. Tũ iunonem Saturno in conſpectum dedere:atq; iouem clam abſcondunt:dantq; eum Veſtæ educandum cęlantes Saturnum. Itẽ neptunum clam Saturno Ops parit:eumq; clanculũ abſcondit ad eundẽ modum. Tertio partu Ops parit geminos:Plutonem & Glaucam. Pluto latie dieſpiter:alij Orcum dicunt:ibi Glaucam filiã Saturno oſtendũt:ac filium Plutonem cælant. atq; abſcõdunt. Deinde Glauca parua emorit̃. ¶Hæc(vti ſcripta ſunt) Iouis fratrũq; eius ſtirps aut cognatio in hunc modum nobis ex ſacra ſcriptiõe traditum eſt. Item paulopoſt hæc refert. Deinde Titan poſtquã reſciuit Saturno filios ꝓcreatos atq; educatos eſſe. clam ſeducit ſecũ filios ſuos qui Titani vocantur:fratremq; ſuum Saturnum atq; Opem comprehẽdit:eoſq; muro circumęgit:& cuſtodiam his appoſuit. Hęc hiſtoria q̃ vera ſit:docet Sibylla Erythrea eadem fere dicens:niſi ꝙ in paucis:quę ad rem nõ pertinent/diſcrepat. Iuppiter ergo liberatur ſummi ſceleris crimine:ꝙ patrem vinxiſſe compedibus perhibetur. id enim Titan patruus fecit:ꝙ ille contra actionem iuſq; iurandũ mares liberos ſuſtuliſſet. Reliqua hiſtoria ſic contexitur: Iouẽ adultum cum audiuiſſet patrem atq; matrẽ cuſtodijs circũſeptos: atq; in vincula coniectos:veniſſe cum magna cretenſium multitudie:titanũq; ac filios eius pugnando viciſſe:parentes vinculis exemiſſe:patri regnũ reddidiſſe:atq; ita in cretã remeaſſe. ¶Poſt hæc deinde Saturno datam ſortem vt caueret ne filius eum regno expelleret. Illum eleuandæ ſortis/atq; effugiendi periculi gratia inſidiatũ ioui: vt eũ necaret. Iouem cognitis inſidijs regnum ſibi denuo vẽdicaſſe:ac fugaſſe Saturnum:qui cum iactatus eſſet per omnes terras/perſequẽtibus armatis:quos ad eum cõpræhendẽdum vł necandũ iuppiter miſerat:vix in italia locum in quo lateret: inuenit.

Saturni generis & res ab eo geſtę

Titan Saturni frat.

Iuppiter. Iuno gemini

Plutõ qui dieſpiter ſiue orcus

Glauca.

Titan qui

Sibylla Erithrea.

Saturnus a ioue fugatꝰ & cur

## Qua ratione hoies dij cœperint nominari. Cap. XV

QVibus ex rebus cum conſtet illos homines fuiſſe: non tamen eſt obſcurum qua ratione dij cœperint nomiari. Si enim nulli reges ante Saturnum vel vranum fuerunt ꝓpter hominum raritatem: qui agreſtem vitam ſine vllo rectore viuebant: non eſt dubium: quin illis temporibus homines regem ipſum totamq́ gentem ſummis laudibus ac nouis honoribus iactare cœperint: vt etiam deos appellarent: ſiue ob miraculum virtutis hoc vere putabant rudes adhuc & ſimplices: ſiue vt fieri ſolet in adulationem præſentis potentiæ: ſiue ob beneficia quibꝰ erant ad humanitatem compoſiti. Deinde ipſi reges cũ cari fuiſſent his: quorũ vitam cõpoſuerant: magnum ſui deſiderium mortui reliquerunt. Itaq́ hoies eorum ſimulacra finxerunt: vt haberent aliquod ex imaginum comtemplatione ſolatium. Progreſſiq́ lõgius ꝑ amorẽ: memoriã defũctorum colere cœperunt: vt & gratiam referre bene meritis viderentur & ſucceſſores eorum alicerent ad bene imperandi cupiditatem. Quod Cicero de natura deorum docet dicens. Suſcepit autem vita hominum conſuetudoq́ communis: vt beneficijs excellentes viros in cælum fama ac voluntate tolleret. Hinc Hercules: hinc Caſtor: hinc Polux. Hic Aeſculapius: hinc liber. Et alio loco atq́ alio & ĩ plæriſq́ ciuitatibꝰ intelligi poteſt: acuendæ virtutis gratia: aut quo libentius reipublicæ cauſa periculum adiret optimꝰ quiſq́ virorum fortium memoriam honore deorum immortaliũ conſecratam. Hac ſcilicet ratione Romani Cæſares ſuos conſecrauerunt: & Mauri reges ſuos. Sic paulatim religiões eſſe cœpere: dũ illi primi: qui eos nouerant: eo ritu ſuos liberos ac nepotes deinde omnes poſteros imbuerunt. Et hi tamen ſummi reges/ob celebritatem nominis in prouincijs omnibus colebantur. Priuatim vero ſinguli populi gentis aut vrbis cõditores: ſeu viri fortitudine inſignes erant: ſeu fœminę caſtitate mirabiles ſumma veneratione coluerũt vt Aegyptij Iſidem: Mauri Iubam: Macedones Gabyrũ: Pœni Vranum: Latini Faunũ: Sabini Xanctum: Romani Quirinum. Eodem vtiq́ modo Athenę Mineruam: Samos Iunonẽ: Paphos Venerem: Lemnos Vulcanum: Naxos Liberum: Apollinem Delphos. Sic per populos atque regiones varia ſacra ſuſcepta ſunt: dum grati homines eſſe in ſuos principes cupiunt: & quos alios honores vita carẽtibus deferant: inuenire non poſſunt. ¶ Pręterea pietas eorũ q̃ ſucceſſerãt: plurimũ cõtulit ad errorẽ: q̃ vt diuina ſtirpe nati viderentur: diuinos honores parentibus detulerũt: deferriq́ iuſſerũt. An poteſt aliquis dubitare quomodo religiones deorũ ſint inſtitutę: cum apud Maronem legat Aeneæ verba ſocijs imperãtis: Nũc pateras libate

Dij cur ex hoibus.

Hoies vñi cõſecrati.

Cicero vñ hoies ſint dij appellati.

Hercules Caſtor Pollux Aeſculapius Liber

Reges a ſuis cõſecrati

Aliter Caranium.

Vir. Eneidos. v.

Ioui:precibuſq; vocate Anchiſen genitorem. Cui non tantum imortalitatem:verum etiam ventorum tribuit poteſtatem:Poſcam⁹ ventos:atq; hęc mea ſacra quot annis Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis. Ideꝫ ſcilicet de Ioue Liber & Pan. & Mercurius & Apollo fecerunt:ac poſtea de his ipſis ſucceſſores eorum Acceſſerūt etiā poetę & cōpoſitis ad voluptatē carminibus in cœlū eos ſuſtulerunt ſicut faciunt qui apud reges etiam malos panęgirybus mendacibus adulantur:quod malum a gręcis ortum eſt:quorum leuitas inſtructa dicendi facultate & copia:incredibile eſt quantas mendaciorūꝫ nebulas excitauerit. itaq; admirati eos & ſuſceperunt primi ſacra illorum & vniuerſis gentibus tradiderunt. Ob hanc vanitatem Sibylla ſic eos increpat. ἑλλὰσ δὴ τί πέποιθασ ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἡγεμόνεοσι, πρόσ τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοισ ἀνατίθησ. θύεισ εἰδώλοισ τίσ τοι ἐν νῷ πλάνην ἔβαλεν ὥστε σε τάδε ποιεῖν μεγάλου θεοῦ προσώπου ἀπολελειμμένου: id eſt Græcia quid confidis in viros principes? ad quid dona inania mortuis ponis? immolas idolis? quis tibi in mentem errorem impoſuit? vt hæc perficias:magni dei ore relicto? M. Tullius qui non tantū perfectus orator:ſed & philoſophus fuit. Siquidē ſolus extitit Platonis imitator in eo libro:quo ſeipſum de morte filiæ conſolatus ē:nō dubitauit dicere deos qui publice colerentur homines fuiſſe. Quod ipſius teſtimonium eo debet grauiſſimum iudicari:q̄ & augurale habuit ſacerdotiuꝫ:& eoſdem ſe colere:venerariq; teſtatur. Itaq; intra paucos verſiculos duas res nobis dedit. Naꝫ dū imaginē filię eodem ſe modo conſecraturum eſſe profiteretur: quo illi a veteribus ſūt cōſecrati:& illos mortuos eſſe docuit:& originē vanę ſuperſtitionis oſtendit. Cum vero inquit & mares & fœminas cōplures ex hominibus in deorum numero eſſe videamus:& in eorum vrbib⁹ atq; agris auguſtiſſima delubra veneremur:aſſentiam eorū ſapiētię:quorum ingeniis & inuentis omnem vitam legibus & inſtitutis excultā conſtitutāq; habemus. Quod ſi vllum vnquam animal conſecrādū fuit:illud profecto fuit:ſi Cadmi aut Amphitryonis progenies: aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit:huic idem honos certe dicandus eſt:quod quidem faciam. Teq; omniuꝫ optimam doctiſſimāq; approbantibus diis immortalibus ipſis in eorum cœtu locatam ad opinionem omnium mortalium conſecrabo. Fortaſſe dicat aliquis pro nimio luctu deliraſſe Ciceronē. Atqui oīs illa oratio & doctrina & exēplis & ipſo loquendi genere perfecta non ęgri ſed conſtantis animi ac iudicii fuit. Et hæc ipſa ſētentia nullum præfert iudicium doloris. Neq; enī puto illum tam varie. tam copioſe:tam ornate ſcribere potuiſſe:niſi luctū eius & ratio ipſa:& cōſolatio amicorū:& tē=

Liber.
Pan.
Mercuri⁹
Apollo.
Gręcoruꝫ leuitas.

M. T. C. nōtm̄ pfect⁹ orator: ſed & philoſophus.

Cadmus.
Amphitrion.
Tyndar⁹.
Tulliolaꝫ cōſecrare Cicero ſtatuit.

porislongitudo mitigaſſet. Quid ꝙ idem dicit in libris de republi‑ca? Idem de gloria? Nam de legibus: quo in opere Platoneȝ ſecutus leges voluit ponere: quibus putaret vſurã eſſe iuſtã: & ſapiẽtẽ ciuitatẽ: quę haberet: de religione ita ſanxit: Diuos & eos qui cęleſtes habiti ſũt: colunto. Et illos quos in cęlũ merita locauerũt. Herculem: liberum: Aeſculapium: Pollucem: Caſtorem: Quirinum. Item i Tuſculanis: cũ diceret totũ pene cęlum humano genere cõpletũ. Si vero inquit ſcrutari vetera: & ex illis ea quę ſcriptores Gręcię ꝓdiderunt: eruere coner: ipſi illi maioruȝ gentium dij qui habentur: hic a nobis profecti in cælũ reperientur. Quęre quorum demonſtrantur ſepulchra in Gręcia: reminiſcere quoniam es initiatus: quę tradũt myſterijs. Tuȝ deniq; q̄ hoc late pateat: intelliges. Teſtatus ē videlicet Attici conſcientiam ex ipſis myſterijs intelligi poſſe: ꝙ oẽs illi homines fuerunt: qui coluntur. & de Hercule: Libero: Aeſculapio: Caſtore: Polluce icontanter fatetur. De Apolline ac Ioue patribus eorum: item de Neptuno: Vulcano: Marte: Mercurio quos maiorũ gentium deos appellauit: timuit aperte confiteri. Et iccirco ait late hoc patere vt idem de Ioue/cæteriſq; antiquioribus dijs ĩtelligamꝰ quorum memoriam ſi eadem ratione veteres conſecrauerũt: qua ſe imaginem nomẽq; filiæ conſecraturum eſſe dicit: ignoſci mærentibus poteſt: credentibus non poteſt. Quis enim tam demens: qui cõſenſu & placito innumerabilium ſtultorum aperiri cælum mortuis arbitretur? aut aliquẽ quod ipſe non habeat: dare alteri poſſe? Apd Romanos deus Iulius: quia hoc ſcelerato homini placuit Antonio: deus quirinus: quia hoc paſtoribus viſuȝ eſt: cum alter germani fratris extiterit: alter patriæ parricida: quod ſi conſul non fuiſſet Antonius. C. Cæſar pro ſuis in rempublicam meritis: etiam defuncti hominis honore caruiſſet. Et quidem conſilio Piſonis ſoceri: & .L. Cæſaris propinqui: qui vetabant funus fieri. Et Dolobellæ cõſulis qui columnam in foro: id eſt in titulum eius euertit: ac forum expiauit. Nam Romulum deſiderio ſuis fuiſſe declarat Ennius: apud quem populus amiſſum regem dolens hæc loquitur.

Ciceron. locus ex Tuſc.
Maioruȝ gẽtiuȝ dij

Iulius deꝰ romãoruȝ
Antonius
Piſo.
.L. Cæſar
dolobella
Cęſar ab ãtonio cõſecratus.
Columna cęſaris euerſa.

O Romule Romule dic. o.
Qualem te patriæ cuſtodem dij genuerunt.
Tu produxiſti nos intra luminis oras.
O pater: o genitor patriæ: o ſanguen dijs oriũdũ.

Ob hoc deſideriũ facilius creditũ eſt Iulio proculo mentienti: qui ſubornatus a patribꝰ ē: vt nũciaret plebi ſuæ vidiſſe ſe regẽ humano habitu auguſtiorẽ: eumq; mandaſſe ad populũ: vt ſibi delubrũ fieret: ſe deũ eẽ & quirinum vocari. Quo facto & ipſi populo perſuaſit Romulũ ad deos abijſſe: & ſenatum ſuſpitione cædis regiæ liberauit.

Romulus deſiderio ſuis fuit.
Sanguen.
Quirinus qui.

¶Qua ratione diſ eſſe non poſſũt: quos ſexus diſcernit. Et ꝙ i naturã dei nõ accidit aut ſexus: aut coit⁹: aut officiũ generãdi. Ca.xvi.

Poteram his quæ rettuli eſſe contentus: ſed ſuperſunt adhuc multa ſuſcæpto operi neceſſaria. Nam quãuis ipſo religionum capite deſtructo vniuerſa ſuſtulerim libet tamen proſequi cętera: & redarguere plenius inueteratam pſuaſionẽ: vt tãdẽ hoĩes pudeat ſuorũ ac pęniteat errorũ. Magnũ hoc op⁹ & hoĩe dignũ. Religionũ animos nodis exoluere pergo (vt ait Lucretius) qui quidẽ hoc efficere nõ poterat: qa nihil veri afferebat. Noſtrum eſt hoc officiũ: qui & verum deum aſſerimus: & falſos refutamus. Illi ergo qui poetas finxiſſe de diјs fabulas opinantur: & deas fœminas eſſe credũt: & colunt: reuoluuntur imprudẽtes ad id quod negauerãt: coire illos ac parere. Nec enim fieri poteſt: qn duo ſexus generandi cauſa ſint inſtitnti. Recepta vero ſexuum diueſitate nõ intelligũt conſequẽs eſſe: vt concipiant: quod in deum cadere nõ põt: ſed vt iſti putant: nam & Ionis eſſe filios dicunt & cæterorũ deorũ. Naſcuntur ergo & quotidie quidam diј noui: nec enim vincuntur ab hominibus fœcunditate. Igitur deorum innumerabiliũ plena ſunt omnia nullo ſcilicet moriente. Nam cum hominum vix credibilis numerus ſit & inęſtimabilis: quos tamen ſecuti naſcunť: mori neceſſe eſt. Quid deorũ eſſe tandem putemus: qui tot ſæculis nati ſunt immortaleſq; manſerunt? Cur ergo tã pauci coluntur? niſi forte arbitramur non generandi cauſa ſed tantũmodo capiendę voluptatis duos eſſe ſexus deorum: & ea exercere quæ homĩ culos & facere & pati pudet. Cum vero dicantur aliqui ex aliquib⁹ nati: cõſequens eſt vt ſemper naſcantur: ſi quidem aliquando ſunt nati: vel ſi aliquando naſci deſierũt: ſcire nos cõuenit cur aut quãdo deſierĩt Non illepide Seneca in libris moralis philoſophiæ. Quid ergo eſt (inquit) quare apđ poetas fallaciſſim⁹ Iuppiter deſierit liberos tollere? Vtrũ ſexagenarius factus eſt: & illi lex Papia fabulam ĩpoſuit? an impetrauit ius trium liberorum? An tandem illi venit in mentẽ: ab alio expectes: alteri quod feceris. Et timet ne quis ſibi faciat: qđ ipſe Saturno? At iſti qui deos aſſerunt: videant quomõ reſpondeãt huic argumento: quod inferemus. Si duo ſunt ſexus deorum: ſequitur cõcubitus. Et ſi coeunt & domos habeant neceſſe eſt. Nec enim careant virtute ac pudore: vt hoc ꝓmiſcue aut in ꝓpatulo faciãt ſicut multa videmus facere animalia ſi domos habent. cõſequẽs ẽ vt & vrbes habeant: & quidem auctore Naſone: qui ait.

Plæbs habitat diuerſa locis: hac fronte potentes
Cælicolæ: clariq; ſuos poſuere penates.

Si hẽnt vrbes: & agros igiť hẽbũt. Iã qs nõ videt q̃ ſequãť? arare illos

Lucretius

Seneca

Iuppiter falaciſſimus

lex papia

Ius triũ liberorũ.

deoꝝ duo ſex⁹ eẽ nõ poſſũt.

Probatio ex cõcubitu deũ nõ poſſe generari.

& colere:quod quidem victus cauſa ſit:ergo mortales ſunt: quod argumentum retrouerſum idem valet. Si.n.agros non habent:ne vrbes quidem. Si vrbes non habent.ne domos quidem. Si domibꝰ carent:ergo & concubitu. Si cõcubitus ab his abeſt:& ſexus igitur fœmineus. In dijs autem videmus & fœminas eſſe ; ergo dij non ſunt. Diſſoluat hoc argumentum/ſi quis poteſt. Ita.n.res rem ſequitur vt hęc vltia neceſſe ſit cõfiteri. Sꝫ ne qdẽ illud diſſoluet aliqs. Ex duobus ſexibꝰ alter fortior eſt. alter infirmior. Robuſtiores.n.mares ſũt: fœminæ imbecilliores. Imbecillitas aũt non cadit in deũ : ergo nec fœmineus ſexus. Huic additur ſuperioris argumenti concluſio : vt dij non ſint:quoniam in dijs & fœminę ſunt.

¶Quod ſtoici fidem hiſtoriarum & poetarum figmẽta inani phyſica ratione peruertunt:& q̃ miſerię & turpitudies de dijs referantur. Cap. XVII.

OB has rationes ſtoici alio verſus deos interpretant̃. Et qa non p̃uident:quid ſit in vero:conant̃ eos cũ rerũ naturaliũ rõne cõiungere:quos Cicero ſecutꝰ de dijs ac religionibus eorum hãc ſentẽtiã tulit. Videtis ne igit̃ vt a phyſicis rebꝰ bñ atq; vtiliter inuẽtis tracta rõ ad cõmenticios ac fictos deos q̃res genuit falſas opiniones erroreſq; turbulẽtos:ſupſtitiões pene aniles:& formę eĩ deorũ nobis & ętates & veſtitꝰ ornatuſq; noti ſũt. Genera præterea:cõiugia:cognatiões oẽs:oĩaq; traducta ad ſimilitudinẽ imbecillitatis humanæ. Quid planius: quid verius dici poteſt? Romanæ philoſophię princeps:& ampliſſimo ſacerdotio p̃ditus cõmẽticios ac fictos deos redarguit:quorũ cultꝰ ſuperſtitiões pene aniles eſſe teſtat̃ falſis opinionibus erroribuſq; turbulẽtis implicatos eſſe homines queritur. Nam totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones euertit ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? Num eloquentia ſuperare poſſumus Ciceronem? minime id quidem:ſed fiducia illi defuit ignoranti veritatem:quod ipſe ſimpliciter in eodem opere confitetur. Ait.n.facilius ſe poſſe dicere quid non ſit q̃ quid ſit:hoc eſt falſa ſe intelligere: vera neſcire. Clarum eſt igitur homines fuiſſe illos: qui dij putantur. Et eorum memoriam poſt mortem conſecrataꝫ eſſe: ideo etiaꝫ ętates diuerſæ ſunt:& certæ imagines ſingulorum : qꝛ in eo habitu & ætate ſingulorũ ſimulacra configurata ſunt:in qua quemq; mors depræhendit. Cõſideremus(ſi placet)erũnas infœliciuꝫ deorũ. Iſis filium perdidit. Ceres filiam expulſam:& per orbem terrę iactatã: Latona vix inſulam paruam in qua pareret iuenit. Deum mater & amauit formoſum adoleſcentẽ:& eundem cum pellice depræhenſum exectis virilibus ſemiuirũ reddidit. Et nũc a gallis ſacerdotibꝰ

Cicero deos fictos redarguit

Cicero romãę phię princeps.

C. de deorũ natura.

Iſis.
Ceres.
Latonę & rores.

ſacra ei⁹ celebrantur. Iuno pellices acerrime perſecuta eſt: q̄a pare= re ipſa non potuit ex fratre. Inſulā Samū ſcribit Varro pri⁹ Parthe= niam nominatam: q̄ ibi Iuno adoleuerit: ibiq̄ꝫ etiam Ioui nupſit. Itaq̄ꝫ nobiliſſimuꝫ & antiquiſſimū templū eius eſt Sami: & ſimula= crum in habitu nubentis figuratum: & ſacra ei⁹ anniuerſaria nuptia rum ritu celebrant̄. Si ergo adoleuit: ſi fuit virgo primo: poſtea mu lier: hominem fuiſſe/qui non intelligit: pecudem ſe fatetur. Quid loquar obſcœnitatem Veneris omnium proſtitutę libidinibus: non deorum tantum: ſed & hominum? Hæc enim ex famoſo Martis ſtu pro genuit Harmoniam. ex Mercurio Hermaphroditūꝫ: qui eſt na tus Androgynus. Ex Ioue Cupidinem. Ex anchiſa Aeneam: & ex Bute Erycen Ex Adone quidē nullum potuit. qui etiam tum puer ab apro ictus occiſus eſt: quæ prima: vt in hiſtoria ſacra continetur: artem meretriciam inſtituit: auctorq̄ꝫ mulieribus in Cypro fuit: vti vulgo corporū quæſtū facerent. Quod ideirco imperauit: ne ſola p̄ ter alias mulieres impudica & virorum appetens videretur. Etiam ne habet hęc aliq̄d numinis. cui⁹ plura numerantur adulteria: q̄ par tus? Sed ne ille q̄dem virgines illibatam caſtitatem ſeruare potue= runt. Vnde eñ putemus Erichthonium eſſe natum? An ex terra: vt poetę videri volunt? At res ipſa clamat. Nam cum vulcanus diȷ́s ar ma feciſſet: eiq̄ꝫ Iuppiter optionem dediſſet pręmiȷ́/quod vellet: po ſtulādi: iuraſſetq̄ꝫ (vt ſolebat) p̄ infernā paludē ſe nihil negaturū: tūꝫ faber claudus Mineruę nuptias poſtulauit. Hic iuppiter optim⁹ ma ximus tanta religione cōſtrictus: abnuere non potuit: Mineruaꝫ t̄n monuit repugnare: pudicitiāq̄ꝫ defendere. tum in illa colluctatiōe Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen: vnde ſit Erichthoni⁹ nat⁹. Idq̄ꝫ illi nomē impoſitū. ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός: id eſt ex certamine atq̄ꝫ humo. Cur igitur virgo eum puerum cum draco ne concluſum & obſignatum trib⁹ virginibus Cecropidis/commen dauit euidens: vt opinor inceſtū quod nullo modo poſſit colorari.

¶ Altera cū pene amatorem ſuū perdidiſſet: qui erat turbatis diſtra ctus equis: pręſtantiſſimū medicū Aeſculapium curando iuueni ad uocauit: eumq̄ꝫ ſenatum Secretis alma recondit Sedibus: & nym= phæ Aegerię: nemoriq̄ꝫ relegat: Sol⁹ vbi ī ſiluis italis ignobilis ęuū Exigeret: verſoq̄ꝫ ibi nomine virbius eſſet. Quid ſibi vult hæc tā di= ligens: tam ſollicita curatio? quid ſecretę ſedes? quid relegatio vł tā longe: vel ad mulierem: vel in ſolitudinem? quid deinde nominis cō mutatio? Poſtremo quid equorū tam pertinax abominatio? Quid ſignificāt hęc omnia: niſi conſcientiam ſtupri? aut amorem minie virginalem. Erat plane cur tantum laborem pro tam fideli iuuene ſuſciperet: quia amanti nouercę obſequium pernegarꝫt.

Sanos in= ſula. Varro parthenia inſula. Iuno ſa= mia

Veneris a dulteria. harmonia Herma= phrodit⁹. Cupido Eryx Ven⁹ iſti= tuit arteꝫ meretrici am Erichtho ni⁹ qui & vñ. erich= thoni⁹ ex ſemie vul cani ī ter= ra p̄fuſo genitus.

Hyppoli t⁹ a diana amatus. Virgilius

¶Quõ refellant̃ hi q̃ deos eẽ factos ex hoib⁹ mẽtiunt̃. Ca. XVIII.

HOc in loco refellendi ſunt etiam hi:qui deos ex hominibus eſſe factos nõ tm̃ fatentur:ſed vt eos laudent: etiam gloriant̃:aut virtutis gratia :vt Herculem:aut munerum vt Cererẽ ac liberum:aut artium repertarum: vt Aeſculapium vel Mineruam. Hæc vero q̃ inepta ſint quamq; non digna ꝓpter quę homines inexpiabili ſe ſcelere contaminent: hoſteſq; deo vero fiant:quo cõtempto mortuorũ ſacra ſuſcipiunt: ex ſingulis rebus oſtendã.

Virt⁹ hoïe3 tollit i cęlum

De fortitudine.

Herculi buſtum.

Virtutem eſſe dicunt:q̃ hominẽ tollat in cęlũ:non illã de qua philoſophi dixerunt:quę poſita eſt in bonis animi:ſed hanc corporalem quæ dicitur fortitudo:quæ quoniam præcipua in Hercule fuit immortalitatẽ meruiſſe credit̃. Quis tam ſtulte inept⁹ eſt: vt corporis vires diuinum vel etia3 humanũ bonũ iudicet:cum ſint & maiores pecudibus attributæ:& vno morbo ſępe frangantur:vel ipſa ſenectute minuantur & corruant. Itaq; idem ille cum deformari vlceribus totos ſuos cerneret:nec ſanari ſe voluit:nec ſenem fieri: ne quando ſeipſo minor aut deformior videretur. Hunc ergo qui viuũ ſeipſũ cõbuſſerat:aſcendiſſe in cælũ putauerũt: eaq; ipſa quæ ſtultiſſime admirati ſunt:ſimulacris & imaginibus expreſſa & cõſecrata poſuerunt:vt in perpetuũ vanitatis eorũ monumẽta ꝑſtarent: qui ob necem beſtiarũ deos fieri crediſſent.

culpa gręcorũ

Gręci res leuiſſimaſ pro max. habent.

Sed hæc græcorũ fortaſſe culpa ſit:q̃ res leuiſſimas pro maximis ſemper habuerũt. Quid noſtri:num ſapientiores? Qui athlęticã quidẽ virtutem cõtẽnunt: quia nihil obeſt:ſed regiam (quia late ſolet nocere) ſic admirant̃:vt fortes & bellicoſos duces in deorum cœtũ locari arbitrent̃. Nec eſſe vllã alia3 ad immortaliatem viã:q̃ exercitus ducere:aliena vaſtare: vrbes delere:oppida excidere:liberos pp̄los aut trucidare : aut ſubijcere ſeruituti:videlicet quo plures homies afflixerint: ſpoliauerit: occiderint:eo ſe nobiliores & clariores putãt:& inanis glorię ſpecie capti ſceleribus ſuis nomen virtutis imponunt. Iam mallem vt a ferarum cędibus deos ſibi fingerent:q̃ immortalitatẽ tam cruẽtam ꝓbarent. Si quis vnum hominem iugulauerit:pro cõtamiato ac nefario habetur:nec ad terrenũ hoc domiciliũ deorũ admitti eu3 fas putant. Ille autẽ qui infinita hominũ milia trucidauerit:cruore cãpos inundauerit:flumina infecerit:non modo in templũ:ſed etiam i cælum admittitur.

Ennius.

Aphricãi epitaph.

¶Apud Enniũ ſic loquitur Aphrican⁹. Si faciẽdo plagas cęleſtia ſcandere cuiquã eſt:Mi ſoli cæli maxima porta patet. Scilicet quia magnã partẽ generis humani extinxit ac perdidit O quantis in tenebris Aphricane verſatus es:vel potius o poeta qui per cędes & ſanguinẽ patere hominibus in cœlũ aſcenſũ putaueris Cui vanitati & Cicero aſſentit. Eſt vero (inquit) Aphricane: nam &

Herculi eadẽ ipſa porta patuit:tãquã ipſe plane cũ id fieret:ianitor fuerit in cęlo.Eqdẽ ſtatuere nõ poſſũ:dolẽdũ ne potius an ridendũ putẽ:cũ videã & graues & doctos:&(vt ſibi vidẽtur)ſapientes viros: in tam miſerandis errorum fluctibus volutari.Si hęc eſt virtus : quę nos immortales facit:mori equidẽ malim:q̃ exitio eſſe q̃plurimis. Si aliter parari immortalitas nõ poteſt niſi per ſanguinẽ:quid fiet ſi omnes in cõcordiã cõſenſerint? Quod certe fieri poterit:ſi pernitioſo & impio furore proiecto innocentes eſſe ac iuſti velint.Nũ igitur nemo erit cęlo dignus? nũ peribit virtus:quia hominibus in homines ſęuire non dabitur? Sed iſti qui euerſiones vrbiũ populorũq; ſũmã gloriã cõputant:ociũ publicũ nõ ferẽt:rapient:ſęuient:& iiurijs inſolẽter illatis humanę ſocietatis fœdus irrũpent:vt habere hoſtes poſſint:quẽ ſceleratius deleãt/q̃ laceſſierit. ❡Nũc ad reliqua pergamus.Nomẽ deorũ Cereri ac Libero traditio munerũ fecit. Poſſum diuinis docere litteris Vinum atq; fruges ante progeniẽ cęli atq; Saturni fuiſſe in vſum hominũ:ſed ab his ſane inuẽta eſſe fingam⁹. Nũ poteſt plus aut minus videri/collegiſſe fruges/hiſq; fractis panẽ facere docuiſſe:aut vuas devitibus lectas expreſſiſſe:vinũq; feciſſe q̃ fruges ipſas aut vites generaſſe/aut protuliſſe de terra? Reliquerit hæc ſane deus humanis ingenijs eruenda:tamẽ fieri nõ poteſt quin ipſi⁹ ſint omnia qui tribuit ſapiẽtiã homini/ vt inueniret & ipſa illa quæ poſſent inueniri:primus inuenit. ❡Artes quoq; ſuis iuẽtorib⁹ imortalitatẽ peperiſſe dicũtur:vt Aeſculapio medicina:Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos:qui fullonicã ſutrinãq; docuerunt.Cur aũt figulino reptori honos nõ habet? An qa iſti diuites vaſa ſamia contẽnũt.Sũt & alię artes:q̃rũ reptores humanę vitę plurimũ ꝓfuerũt. Cur non ẽt illis attributa ſũt tẽpla? ſed nimirũ Minerua ẽ q̃ oẽs repperit. Ideoq; illi opifices ſupplicãt.Ergo ab his ſordib⁹ Minerua aſcẽdit i cęlũ.Eſt vero cã cur qſquã dereliquat eũ.q terrã cũ animãtib⁹:cęlũ cũ aſtris & luminib⁹ exorſ⁹ ẽ:vt eã venereť:q̃ telã docuit ordiri? qd ille q vulnera i corporib⁹ ſanare docuit? Nũ pt eẽ pręſtantior : q̃ qui corpora ipſa formauit? ſẽtiẽdi ac vidẽdi rationẽ dedit? Herbas deniq; ipſas & cętera:quib⁹ medẽdi ars cõſtat:excogitauit ac protulit.

Herculeſ virtus i cęlum ſuſtulit.

Quare homines ſũt dij appellati.

Ceres iuẽtrix frugũ

Vini inuẽtor.

Aeſculapi⁹ medicinę inuẽtor.

Vulcanus inuentor. fabricę.

Samnia vaſa

Minerua

❡Qđ deos vanos & deũ verũ nemo ſimul põt colere.Cap.XIX.

AT ei dicet aliqs & huic ſũmo:q fecit oĩa: & illis qui partis profuerũt ſuã venerationẽ eẽ tribuẽdã. Primũ nec factum eſt vnquam:vt qui hos colit : etiã deũ coluerit neq; fieri poteſt:quoniam ſi honos idem tribuitur alijs ipſe ideo non colitur:cuius religio eſt illum eſſe vnum ac ſolum deum credere.Clamat ſummus poeta eos omnes qui inuentas vitam excoluere per artes:apud inferos eſſe:ipſumq; illũ medicinæ repertorem

*Eſculapiꝰ a Ioue fulminatus.*

talis & artis ad ſtygias vndas fulmine eſſe detruſum: vt intelligamꝰ quantum valeat pater omnipotens: qui etiã deos fulminibus extinguat. Sed homines ingenioſi hanc ſecũ habebãt fortaſſe rationem: quia deus fulminari non poteſt: apparet non eſſe factum: immo vero quia factum eſt: apparet hominem fuiſſe non deum. Mendaciũ enim poetarum non in facto eſt: ſed in nomine. Metuebant.n. malũ ſi contra publicam perſuaſionem faterentur: quod erat verum. Q̃ ſi hoc conſtat inter ipſos ex hominibus deos factos: cur ergo nõ credunt poetis: ſi quando illorum fugas & vulnera: & mortes: & bella & adulteria deſcribunt? Quibus ex rebus intelligi datur: non potuiſſe vllo pacto fieri deos: quia ne homines quidem hi probi fuerunt: eaq́ in vita ſua geſſerunt/quæ mortem pariunt ſempiternam.

¶ De propria Romanorum religione. Cap. XX.

*Lupa nutrix romuli.*

*Liuius.*

*Leęna meretricis ſimulachrũ.*

VEnio nunc ad ꝓprias Rhomanorũ religiones: quoniam de cõmunibus dixi: Romuli nutrix Lupa honoribꝰ ẽ affecta diuinis. Et ferrẽ ſi nõ animal id ipſũ fuiſſet: cuius figurã gerit: cuius auctor eſt Liuius larẽtine eſſe ſimulachrũ: & quidem non corporis: ſed mentis ac morum. Fuit enim Fauſtuli vxor: & propter vulgati nominis vilitatẽ Lupa inter paſtores id eſt meretrix nũcupata eſt: vnde etiã lupanar dicitur: exemplum ſcilicet Athenienſium in ea figuranda romani ſecuti ſunt: apud quos meretrix q̃dã noie leęna cũ tyrannũ occidiſſet: quia nefas erat ſimulachrũ conſtitui meretricis in templo: animalis effigiem poſuerunt: cuius nomẽ gerebat. Itaq́ vt illi monumentũ ex nomine: ſic iſti ex ꝓfeſſione fecerunt.

*Larentinalia.*

*Faula herculis ſcortũ de quo Plutar. in problem.*

*Flora dea quę.*

*Chloris dea quæ.*

*Floralia cur iſtituti*

Huius nominis etiã dies feſtus dicatus eſt: & laurẽtalia conſtituta. Nec hanc ſolã Romani meretricẽ colunt: ſed Faulã quoq́ quã Herculis ſcortũ fuiſſe verrius ſcribit. ¶ Iã quãta iſta imortalitas putãda ſit: quã etiã meretrices aſſequãt̃? Flora cũ magnas opes ex arte meretricia quęſiuiſſet: populũ Rhomanũ ſcripſit hęredẽ: certãq́ pecuniã reliquit: cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorũ: quos appellant Floralia: Quod quia ſenatui flagitioſũ videbat̃: ab ipſo noie argumẽtũ ſumi placuit: vt pudẽdæ rei quędã dignitas adderetur. Deã finxerũt eſſe q̃ floribus pręſit eaq́ oportere placari: vt fruges cũ arboribus aut vitibus bene proſpereq́ floreſcerẽt: Eũ colorẽ ſecutus in faſtis poeta non ignobilem nymphã narrauit: quę ſit Cloris vocitata: eaq́ zephyro nuptã quaſi dotis loco id accepiſſe muneris a marito: vt haberet omniũ florũ poteſtatẽ. Honeſte quidẽ iſta dicũtur: ſed inhoneſte turpiterq́ credũt̃. Nõ debẽt: cũ veritas quęrit̃: huiuſmodi nos velamẽta decipe. Celebrãt̃ ergo illi ludi cũ oĩ laſciuia: cõuenietes memorię meretricis. Nã pręter verborũ licẽtiã: quibꝰ obſcœnitas oĩs effũditur: exuũt

etiam veſtibus populo flagitãte meretrices: quę tũc minimorũ funguntur officio/& in conſpectu populi vſq; ad ſatietatem impudicorũ luminũ cum impudẽdis motibus detinentur. Cloacinæ ſimulacrum in cloaca maxima repertu; Tatius conſecrauit: & quia cuius eſſet effigies ignorabat: ex loco illi nomẽ impoſuit. Pauorem palloremq; Tullus Hoſtilius figurauit/& coluit. Quid de hoc dicam: niſi dignũ fuiſſe qui ſemper deos ſuos, ſicut optari ſolet: præſentes haberet? Ab hoc illud. M. Marcelli de conſecratione honoris atq; virtutis honeſtate nominum differt: re congruit. Eadẽ vanitate mentẽ quoq; inter deos collocauit ſenatus: quam ꝑfecto ſi habuiſſet: eiuſmodi ſacra nunq̃ ſuſcepiſſet: Magnum Cicero audaxq; conſiliũ ſuſcepiſſe Græciam dicit: ꝙ cupidinum & amoru; ſimulacra in gymnaſijs cõſecraſſet: adulatus eſt videlicet Attico: & irriſit hominẽ familiarem. Non enim illud magnum: aut omnino conſilium dicẽdũ fuit: ſed impudicorum hominu; perdita & deplorata nequitia: qui liberos ſuos quos erudire ad honeſta deberent: proſtituerunt libidini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos & in illis potiſſimum locis: vbi nuda corpora/corruptorum luminibꝰ patẽt: & in illa coli ętate voluerunt: quæ ſimplex & improuida prius irretitur: & in laqueos poteſt cadere: q̃ cauere. Quid mirum ſi ab hac gente/vniuerſa flagitia manarunt: apud quam ipſa vitia religioſa ſunt: eaq; non modo non vitantur: verum etiam coluntur. Et ideo huic ſententię tan q̃ græcos prudentia vinceret: adiecit: Virtutes enim oportere: non vitia conſecrari. Quod ſi recipis o. M. Tulli: non vides fore vt irrumpant vitia cum virtutibus: quia mala bonis adhęrent: & in aĩs hominũ potentiora ſunt: quę ſi vetas conſecrari: reſpondebit tibi illa eadem Græcia ſe alios deos colere: vt proſint: alios ne noceãt. Hęc n. ſemper excuſatio eſt eorũ qui mala ſua pro dijs habent: vt Romani Rubiginem ac febrẽ. Sic ergo vitia conſecranda non ſunt in quo tibi aſſentior ne virtutes quidem. Nõ. n. per ſe ſapiunt aut ſetiunt: neq; intra parietes aut ædiculas luto factas: ſed intra pectus collocandę ſunt: & interius compræhendẽdæ ne ſint falſæ: ſi extra hominem fuerint collocatæ? Itaq; præclaram illam legem tuam derideo quam ponis his verbis. Aſt illa propter quę datur homini aſcenſus in cælum: mentem: virtutem: pietatem: fidem earumq; laudum delubra ſũt. ℂ Atqui hæc ſeparari ab homine non poſſunt. Si. n. colendã ſunt: in hoie ipſo ſint neceſſe eſt. Si autem ſunt extra hominem: quid opus eſt ea colere: quibus careamus. Virtus colenda eſt: non imago virtutis: & colẽda eſt non ſacrificio aliquo: aut thure aut p̃catiõe ſolẽni: ſed voluntate ſola atq; propoſito. Nam quid eſt aliud colere virtutem: niſi eã compręhendere animo & tenere? Q̃d vnuſ-

Cloacina dea q̃ pauor deus. pallor deꝰ honoris ædes. Virtutis ędes Mẽs dea. Cupidinũ ſĩlacra in gymnaſijſ

Gręci om niũ flagitiorũ magiſtri Rubigo dea.

Febris dea. Edicula. Vbi virtutes colloquãdo.

Quid colere virtutem. Virtꝰ quõ colenda.

quiſq; ſimul ac cœpit velle: cõſequitur. Hic ſolus virtutis eſt cultus: nã religio & veneratio nulla alia niſi vnius dei tenẽda eſt. Quid igitur opus eſt o vir ſapientiſſime ſupuacuis extructionibus loca occupare: q̃ poſſint humanis vſibus cedere? quid ſacerdotes conſtituere vana & inſenſibilia culturos? quid immolare victimas? Quid tãtos ſumptus vel fingendis vel colendis imaginibꝰ impẽdere? Firmiꝰ & incorruptius templum eſt pectus hũanum: hoc potius ornetur: hoc veris illis numinibus impleat̃. Has ergo falſas conſecrationes ſequitur: quod neceſſe eſt. Qui.n. virtutes ſic colunt. i. vmbras atq; imagines virtutũ conſectant̃: ea ipſa quæ vera ſũt: tenere non poſſunt.

tẽplũ hũanũ firmu;

Itaq; nulla in quoq̃ virtus eſt: vitijs vbiq; dominãtibus. nulla fides: vno (omnia/pro ſe) quoq; rapiẽte: nulla pietas nec cõſanguineis nec parentibus parcente auaricia: & cupiditate in venenũ & ferrũ ruẽte: nulla pax: nulla concordia publice bellis ſeuiẽtibus: priuatis inimicitijs vſq; ad ſanguinẽ furentibus. Nulla pudicitia: libidinibus effrenatis oẽm ſenſũ & omnes corporis partes contaminãtibus: nec tamen deſinunt ea colere quæ fugiunt & oderunt. Colunt eni; thure ac ſummis digitis: quæ ſenſibus intimis colere debuerunt: qui error omnis ex illius prĩcipalis ac ſummi boni ignoratione deſcẽdit.

Secula p̄ditiſſima: qualia ſũt hæc

Vrbe a Gallis occupata obſeſſi in capitolio: romani cum ex mulierum capillis tormenta feciſſent: ædem Veneri caluę conſecrauerũt Non igit̃ intelligunt q̃ vanæ ſint religiones: vel ex eo ipſo q̄ eas his ineptijs cauillantur. A Lacedęmonijs fortaſſe didicerant deos ſibi ex euentis fingere. Qui cum Meſſenios obſiderent: & illi furtim deceptis obſeſſoribus egreſſi ad diripiendã Lacedæmonẽ cucurriſſẽt: a ſpartanis mulieribus fuſi fugatiq; ſunt. Cognitis autem hoſtiu; inſidijs Lacedæmonij ſequebant̃. His armatæ mulieres obuiam longius exiuerunt: quæ cum viros ſuos cernerent parare ſe ad pugnam q̄ putarẽt Meſſenios eſſe: corpora ſua nudauerunt. At illi vxoribꝰ cognitis: ex aſpectu in libidinẽ concitati: ſicut erant armati: permixti ſunt vtiq; promiſcue. Nec enim vacabat diſcernere: ſic iuuenes ab iiſdem antea miſſi cum virginibus: ex quibus ſunt parthenij nati.

Quare veneri armatę ædes ſacrata ẽ.

Propter huius facti memoriam ædem Veneri armatę ſimulacrum poſuerunt: quod tametſi ex cauſa turpi: tamẽ honeſtius videtur armatam Venerẽ cõſecraſſe: q̃ caluam. Eodem tp̃e Ioui quoq; piſtori ara appoſita eſt. q̄ eos in quiete monuiſſet: vt ex omni frumẽto q̃d haberent: panem facerent: & in hoſtium caſtra iactarent: eoq; facto ſoluta eſſet obſidio: deſperantibꝰ Gallis inopia ſubigi poſſe Romanos. Quę iſta religionũ deriſio eſt? ſi eorũ defenſor eſſem: quid tam grauiter queri poſſem: q̃ deorum nomen in tantum veniſſe contemptum: vt turpiſſimis nominibus ludibrio habeatur? Quis nõ rideat

Iouis piſtoris ędes

Fornacem deam? vel potius doctos viros/ celebrãdis fornacalibus operari? qs cũ audiat deã Mutã: tenere riſum queat? Hanc eẽ dicũt ex qua ſint nati lares: & ipſam Larã nominãt vel Larũdã. Quid præſtare colẽti poteſt: q̃ loqui nõ poteſt? Colitur & cæca: quæ Herculi fecit indicium de furto boũ: diuinitatẽ cõſecuta: q̃a pdidit fratrẽ. Et cunina quę iſantes in cunis tuetur: ac faſcinũ ſummouet: Et Stercutiꝰ qui ſtercorãdi agri rationẽ primꝰ induxit. Et Futinus: in cunis ſinu pudẽdo nubẽtes pręſidẽt: vt illarũ pudicitiã prior deꝰ delibaſſe videatur. Et mille alia portenta: vt iã vaniores qui hæc colẽda ſuſceperint q̃ ęgyptios eſſe dicamus: qui mõſtruoſa & ridicula quædam ſimulachra venerãt & colũt: hęc tamẽ habẽt aliquã imaginẽ. Quid qui lapidẽ colũt informẽ atq; rudẽ: cui nomẽ erat terminus? Hic eſt quẽ ꝓ Ioue Saturnus dicitur deuoraſſe: nec immerito illi honos tribuitur. Nã cũ Tarquinus capitoliũ facere vellet: eoq; in loco multorũ deorũ ſacella eſſẽt: cõſuluit eos p auguria vtrũ Ioui cedere vellẽt: & cedẽtibus cæteris: ſolꝰ Terminus mãſit. Vnde illũ poeta capitoli immobile ſaxũ vocat. Iã ex hoc ipſo q̃ magnꝰ ſit Iuppiter iuenitur: cui nõ ceſſit lapis: ea fortaſſe fiducia q̃ illũ de paternis faucibꝰ liberauerat. Facto itaq; capitolio: ſupra ipm Terminũ foramẽ ẽ i tecto relictũ: vt q̃a nõ ceſſerat: libero cælo frueretur: quo ne ipſi q̃dẽ fruebãtur: qui lapidẽ ftui putauerũt. Et huic ergo publice ſupplicat̃ quaſi cuſtodi finiũ: deo q nõ tñ lapis: ſ; etiã ſtipes iterdũ ẽ. Quid de his dicã: qui colunt talia? niſi ipſos potiſſimũ lapides ac ſtipites eſſe?

Lara dea
Larunda dea.
Muta dea
Caca caci ſoror
Cunina dea.
Sterculiꝰ deus.
Tutinus deus
Stercutiꝰ.
Futinus
Termini ſacellum.
Verg. locꝰ

❡ De ſacrificijs & myſterijs eorum. Cap. XXI.

DIximus de dijs ipſis: qui colũt. Nũc de ſacris ac myſterijs eorũ pauca dicẽda ſũt. Apđ cyprios humanã hoſtiã Ioui Teucrꝰ imolauit. Idq; ſacrificiũ poſteris tradidit qđ ẽ nu p Hadriano iperãte ſublatũ Erat lex apđ Thauros ihumanã & ferã gẽtẽ vti Dianæ hoſpites imolarẽt: & id ſacrificiũ mltis tẽporibꝰ celebratũ ẽ. Galli Eſũ atq; theutatẽ hũano cruore placabãt. Nec latini q̃dẽ huius imanitatis exptes fuerũt. Siquidẽ latialis Iuppiter & nũc ſãgule colit̃ hũano. Quid ab his boni precãt̃: qui ſic ſacrificãt? Aut q̃d tales dij hoibꝰ pſtare pñt: quorũ pœnis ꝓpiciãt̃? ❡ Sed de barbaris nõ ẽ adeo mirãdũ: quorũ religio cũ moribꝰ cõgruit. Noſtri vero qui ſemper mãſuetudinis & humanitatis gloriã ſibi vẽdicarũt. nõne ſacrilegis his ſacris imaniores repiũt̃? Hi.n. potiꝰ ſcelerati ſũt habẽdi qui cũ ſint liberaliũ diſciplinarũ ſtudijs expoliti: ab humanitate deſiſtũt: q̃ qui rudes & iperiti ad mala facinora bonorũ ignoratiõe labũt̃. Apparet tñ ãtiquũ eẽ hũc imolãdorũ hominũ ritũ. Siquidẽ ſaturnus in Latio eodẽ genere ſacrificij cultus eſt: non quidem vt homo ad aram imolaretur; ſed vti in Tyberim de ponte Miluio mittere

Humanæ hoſtiæ.
Teucer. apđ cyprũ
Tauri ſcythæ.
Eſꝰ & teutates
Iuppiter latialis.

tur. Quod ex reſponſo quodam factitatum Varro auctor eſt. Cuius vltimus verſus eſt talis κὰι κεφαλὰσ κρονιδη κὰι τῶ ϖατρὶ ϖέμϖετε φῶτα.i. Et capita Saturno & patri mittere lumina id eſt hominem. Quod quia videtur ambiguum: & fax illi: & homo iaci ſolet. Verum id genus ſacrificij ab Hercu. cũ ex Hiſpania rediret: dicitur eſſe ſublatũ ritu tamen permanente vt pro veris hominibus imagines iacerentur ex ſcyrpo. vt Ouidius in faſtis docet. Donec in hęc venit Tirynthius arua: quot annis Triſtia leucadio ſacra parata modo. Illum ſtramineos in aquam miſiſſe quirites Herculis exẽplo corpora falſa iace. Hæc ſacra veſtales virgines faciunt: vt ait idem: Tum quoq; priſcoruʒ virgo ſimulachra virorum. Mittere roboreo ſcyrpea ponte ſolet.

Argeoruʒ ſacra.

¶ Nã de infãtibus: qui eidem Saturno imolabãtur propter odiũ Iunonis: quid dicã? Nõ inuenio tam barbaros: tam immanes fuiſſe homines: vt parricidiũ ſuum.i. tetrũ atq; execrabile humano generi facinus ſacrificiũ vocarent: cũ teneras atq; innocentes animas: quæ maxime eſt ætas parentibus dulcior: ſine vllo reſpectu pietatis extinguerent: immanitatẽq; omniũ beſtiarũ: quę tamẽ fœtus ſuos amant: feritate ſuperarent. O demẽtiam iſanabilẽ: quid illis iſti dij amplius facere poſſent: ſi eſſent iratiſſimi: q̃ faciunt ꝓpitij? Cũ ſuos cultores parricidijs inquinant: orbitatibus mactant: humanis ſenſibus ſpoliant. Quid poteſt eſſe his omnibus ſancti? Aut quid in profanis locis facient: qui inter aras deorum ſumma ſcelera committũt?

Saturno cur imolarentur iſãtes.

Poſtennius Feſtus in libris hiſtoriarum per ſatyram refert Carthaginẽſes Saturno humanas hoſtias ſolitos imolare: & cũ victi eſſent ab Agathocle rege ſiculorum iratuʒ ſibi deuʒ putauiſſe. Itaq; vt diligentius piaculum ſoluerent: ducentos nobilium filios imolaſſe. Tantum religio potuit ſuadere malorum: Quę peperit ſceleroſa ſępe atq; impia facta. Cui ergo dementiſſimi homines illi ſacrificio cõſulebãt: cũ tantam partem ciuitatis occiderẽt quantam fortaſſe ne Agathocles quidẽ victor occiderat. Ab iſto genere ſacrorum non minoris inſanię iudicanda ſunt publica illa ſacra: quorum alia ſunt matris deum: in quibus homines ſuis ipſi virilib⁹ litãt. Amputato .n. ſexu nec viros ſe: nec fœminas faciũt. Alia virtutis: quaʒ eandẽ Bellonaʒ vocant: in quib⁹ ſacerdotes non alieno ſed ſuo cruore ſacrificant. Sectis nãq; humeris & vtraq; manu diſtrictos gladios exerentes currunt efferuntur & inſaniunt. Optime igitur Quintil. in Phanatico. Iſtud (inq̃t) ſi deus cogit: iratus eſt: etiã ne hæc ſacra ſũt? Nõne ſatius eſt pecudũ more viuere: q̃ deos tam impios: tam profanos: tam ſanguinarios colere? Sed vnde iſti errores: & hæc tanta flagitia manauerint: ſuo loco diſſeremus: interim videamus & cætera: quæ carẽt ſcelere: ne ſtudio inſectandi videamur eligere peiora. Iſy-

Hiſtoriæ p ſatyram Carthaginẽſes hoſtias humanas Saturno immolabant

Agathocles ſicilię rex

Galli cybeles.

Bellona dea quæ

Fanatici bellonæ

Iſides ſacra.

Quintilianus.

dis ægyptiæ ſacra ſunt: quatenus filium paruulum vel pdiderit: vel inuenerit. Nã primo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora tũdũt: lamentãtur: ſicut ipſa/ cũ perdidit: fecerat. Deinde puer pducitur quaſi inuẽtus: & in lęticiã luctus ille mutatur: Ideoq;. Ouidius Nũq̃q; ſatis quęſitus Oſiris. Sẽper enim perdũt: ſẽper & inueniunt. Refertur ergo in ſacris imago rei: quæ vera geſta eſt: quę profecto (ſiquid ſapimus) declarat mortale; mulliere; fuiſſe: ac pene orbam: niſi vnicum repperiſſet: quod illum ipſum poetam minime fugit apđ quẽ Põpeius adoleſcens morte patris audita: hæc loquitur Euoluam buſto iam numen gentibus iſin: Et tectum ligno ſparga; per vulgus oſirim. Hic eſt Oſiris quem Serapim & Serapidem vulgus appellat. Solent enim mortuis conſecratis nomina imutari: credo nequis putet eos homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt: & Lęda Nemeſis: & Circeæ Marica & Ino poſt q̃ ſe pręcipitauit Leucothea: materq; Matuta. Et Melicertes filius ei⁹ Palęmon: atq; Portun⁹. Sacra vero Cereris Heleuſinę nõ ſũt his diſſimilia. Nã ſicut ibi Oſiris puer planctu matris inquiritur: ita hic ad incęſtum patrui matrimoniu; rapta Proſerpina: quã quia facib⁹ ex Aethnę vertice accenſis quęſiſſe in Sicilia Ceres dicitur: iccirco ſacra eius ardẽtiũ Tedarum iactatione celebrãtur. Apđ Lãpſacum Priapo lętalis victima eſt aſellus. Cuius ſacrificij ratio in faſtis hæc redditur. Cum dij omnes ad feſtum matris magnę conueniſſẽt: epuliſq; ſatiati noctem luſibus ducerent: quieuiſſe humi Veſtam: ſomnumq; cępiſſe: ibi Priapũ ſomno eius ac pudicitię inſidiatum ſ; illã intempeſtiuo clamore aſelli: quo Silenus vehebatur excitatam: libidine; vero inſidiatoris eſſe deceptam. Hac de cauſa Lampſacenos aſellũ Priapo quaſi in vltionem mactare conſueuiſſe. Apud Romanos vero eundem veſtalib⁹ ſacris in honorem pudicitiæ conſeruatę panibus coronari. Quid turpius? Quid flagitioſius: q̃ ſi Veſta bñficio aſini virgo eſt? At poeta fabulam finxit. Nũ ergo illud eſt veri⁹ qđ referunt hi: qui phænomena conſcripſerunt? cum de duabus cãcri ſtellis loquuntur: quas gręci ὄνους vocant: aſellos fuiſſe qui liberum patrem tranſuexerint: cum amnẽ tranſire nõ poſſet: quorũ alteri hoc pręmiũ dederit: vt humana voce loqueretur. Itaq; inter eum Priapũq; ortũ eſſe certamẽ de membri obſcœni magnitudine: Priapum victum & iratũ interemiſſe victorem: Hoc vero multo magis ĩeptu; eſt: ſed poetis licet quicquid velint. Non excutio ta; deforme myſteriu;: nec priapũ denudo: ne quid appareat riſu dignũ. Finxerunt hæc ſane poetę: ſed neceſſe eſt alicuius maioris turpitudinis tegẽdę gr̃a ficta ſint. Quę ſit ergo quęramus. At ea pfecto manifeſta eſt. Nam ſicut Lunæ taurus mactatur: quia ſimiliter habet cornua:

Oſiris qui Serapis q̃ Quirinus ex Romulo. Nemeſis ex leda. Marica ex Circe. Leucothea ex Ino. Palemon ex Mellicer. Proſerpinę raptus Priapi victima cur aſellus. Veſtę ſacra. Aſelli in cælo. cur. Lunę taurus mactat.

& placat equo perſis radijs Hyperiona cinctũ: Ne detur celeri victi
ma tarda deo. Ita in hoc: quia magnitudo mẽbri virilis enormis eſt:
nõ potuit ei mõſtro aptior victima reperiri. q̃ quę ipſũ: cui mactaſ:
Lindos oppi.
poſſet imitari. Apd Lyndũ: quod eſt oppidum Rhodi: Herculis ſa
cra ſũt: quorũ a cęteris lõge diuerſus ẽ ritus. Siquidẽ nõ Euphemia
(vt græci appellant) ſed maledictis & execratione celebrãt. Ea qua
pro violatis habent: ſi quando inter ſolẽnes ritus: vel ĩprudẽti alicui
exciderit bonũ verbũ. Cuius rei hęc ratio redditur: ſi tamen vlla eſ
Herculis cindij ſa=cra.
ſe in rebus vaniſſimis poteſt. Hercules cum eo delatus eſſet: famẽq
pateretur: aratorẽ quẽdã aſpexit operantem: ab eoq petere cœpit:
vt ſibi vnũ bouem venderet. Enimuero ille negauit fieri poſſe: quia
Bona verba ĩ ſacris.
ſpes ſua oĩs colendę terrę: duobus illis iuuencis niteretur. Hercules
ſolita violẽtia vſ⁹: quia vnũ accipere nõ potuit: vtrũq ſuſtulit/ At il=
le infœlix cũ boues ſuos mactari videret/ iniuriam ſuam maledictis
vltus eſt/ qd̃ homini eleganti & vrbano gratiſſimũ fuit. Nam dũ co=
mitibus ſuis epulas apparat/ dumq alienos boues deuorat/ illũ ſibi
amariſſime conuitiantem/ cum riſu & cachinnis audiebat. Sꝫ poſtq̃
Herculi diuinos honores ob admirationẽ virtutis deferri placuit. a
ciuibus ei ara poſita eſt: quã de facto βοὐξυτον. i. bouis iugũ nomi
nauit: ad quã duo iuncti boues immolarentur: ſicut illi quos abſtu=
lerat aratori: eumq ipſũ ſibi cõſtituit ſacerdotem: ac pręcepit: vt iiſ
deꝫ maledictis ſemper in celebrandis ſacrificijs vteretur: q negaret
ſe nunq̃ epulatũ eſſe iucundius. Hęc iam non ſacra ſunt ſed ſacrile=
Iouis ſa=cra.
gia ĩ quib⁹ id factũ dicitur: quod in alijs ſi fiat: ſeueriſſime vindica=
tur. Ipſius autem cretici Iouis ſacra quid aliud q̃ quõ ſit aut ſubtra=
amalthea capella.
ctus patri aut nutritus oſtenditur? Capella ei Amaltheæ nymphæ
quæ vberibus ſuis aluit infantẽ: de qua Germanicus Cæſar ĩ arateo
Muſeus.
carmine ſic ait: Illa putatur Nutrix eſſe Iouis: ſi vere iuppiter infãs
Iuppiter.
Vbera creteæ mulſit fidiſſima capræ: Sydere quæ claro gratum teſta
Aegioch⁹
tur alumnum: Huius capellæ corio vſum eſſe pro ſcuto Iouẽ contra
Egis in Ioue quid.
Titanas dimicantẽ Muſæus auctor eſt: vnde a poetis Aegioc⁹ noĩa
tur. Ita quicquid eſt geſtum in abſcondendo puero: idipſũ per ima=
Cybeles ſacra.
ginẽ geritur in ſacris: ſed & matris ei⁹ miniſteriũ idẽ cõtinet: qd̃ Oui
dius exponit in faſtis. Ardua iam dudum reſonant tinnitibus Idæ:
Curetes cur Ioueꝫ dicantur. aluiſſe.
Tutus vt infanti vagiat ore puer: Pars clypeos ſudibus: galeas pars
tundit inanes: Hoc curetes habent: hoc corybantes opus: Res latuit
priſciq manẽt imitantia facti: æra deæ comites raucaq terga mo=
uẽt: Cymbala pro galeis: pro ſcutis tympana pulſãt: Tibia dat phry
Saluſtius.
gios: vt dedit ante modos. Hanc totã opinionẽ quaſi a poetis fictam
Saluſtius reſpuit: voluitq ĩgenioſe interpretari: cur altores Iouis di
cãtur curetes fuiſſe: & ſic ait. Quia principes intelligendi diuini fue

runt:vetuſtatē:vt cętera in maius cōponentē altores Iouis celebra=
uiſſe.Quantū errauit homo eruditus:iam res ipſa declarat.Si enim
princeps eſt Iuppiter:& deorum & religionū:ſi ante illū nulli dij co
lebantur vulgo:quia nondū nati fuerant:qui colunť:apparet Cure=
tes ex diuerſo principes fuiſſe diuini non intelligēdi:per quos error
oīs induct⁹ eſt:& dei veri memoria ſublata. Ex ipſis itaq; myſterijs
& cęrimonijs intelligere debuerunt hominibus ſe mortuis ſupplica
re.¶Nō igiť exigo:vt aliquis poetarū fictionib⁹ credat.qui hos mē
tiri putat:pontificum ipſorum ſcripta conſideret:& quicquid ē lit=
terarū ad ſacra pertinētium reuoluat:plura fortaſſe q̄ nos aſſerim⁹: Salij lu=
inueniet:in quib⁹ intelligat inania inepta:cōmēticia eſſe oia q̄ ꝓ ſā= perci
ctis habētur.Siquis aūt percepta ſapiētia depoſuerit errorē:ꝓfecto
ridebit ineptias hominū pene dementiū:illos dico:qui vel inhone=
ſto ſaltatu tripudiant:vel qui nudi:vncti:coronati:perſonati: aut lu Furius
to obliti currūt.Quid de ſcutis iam vetuſtate putidis dicā? quæ cū Bibacul⁹.
portant deos ipſos ſe geſtare humeris ſuis arbitranť. Nam Furi⁹ Bi
baculus inter pręcipua pietatis exempla numeratur. Qui cū p̄tor
eſſet tamen lictoribus pręeuntibus ancilę portauit:cū haberet ma=
giſtratus officio vacationē.Nō ego ille furius:ſed plane furioſ⁹ fuit:
qui p̄turam hoc miniſterio ſe putauit ornare.Merito igiť cum hęc
a viris non imperitis ac rudibus fiāt Lucretius exclamat: O ſtultas
hominū mentes:o pectora cęca:Qualib⁹ in tenebris vitæ:quantiſq;
periclis Degitur hoc æui quodcūq; eſt.Quis hęc ludibria non deri
deat.qui habeat aliquid ſanitatis?Cū videat homines velut mente
captos ea ſerio facere:quę ſiquis faciat: in luſu nimis laſciuus & in=
eptus eſſe videatur.

¶Quis auctor prędictarum vanitatum in italia apud roma=
nos fuerit:& quis apud alias gentes. Cap.XXII Numę ſu

HARVM vanitatum apud romanos auctor & conſtitutor pſtitiones
Sabinus ille rex fuit:qui maxime aīos hoim rudes:atq; i Sabinus
peritos nouis ſuperſtitionibus īplicauit: quod vt faceret rex.
aliqua cum auctoritate:ſimulauit cū dea Aegeria noctur Aegeria
nos ſe habere cōgreſſus.Erat quędā ſpelūca ꝑopaca in nemore ari= nympha
cino:vnde riuus perēni fōte manabat.Huc remotis arbitris ſe infer dea.
re cōſueuerat:vt mētiri poſſet monitu deę cōiugis ea ſacra populo Minos a
ſe tradere:quæ acceptiſſima dijs eſſent: videlicet aſtutiam Minois ioue legeſ
voluit imitari:qui ſe in antrū iouis recondebat:& ibi diu morat⁹: le accepit.
ges tanq̄ ſibi a ioue traditas afferebat:vt hoies ad parēdū nō mō im Pōtifices.
perio:ſed etiā religione conſtringeret.Nec difficile ſane fuit perſua Flamines
dere paſtoribus. Itaq; pontifices:flamines:ſalios: augures creauit Salij
deos ꝑ familias deſcripſit:ſic noui populi feroces aīos mitigauit:&

ad ſtudia pacis a rebus bellicis auocauit. Sed cũ alios falleret: ſeip̃ſ tñ non fefellit. Nã poſt annos plurimos Cornelio & bebio conſulibus in agro ſcribæ petilij ſub ianiculo arcę duę lapideę ſunt repertę a foſſoribus: quarum in altera corpus Numæ fuit: in altera ſeptẽ latini libri de iure pontificio. Itẽ græci totidẽ de diſciplina ſapientiæ ſcripti: quibus religiones nõ eas modo: quas ipſe inſtituerat: ſed omnes p̃terea diſſoluit. Qua re ad ſenatum delata: decretũ eſt: vt hi libri abolerent̃. Ita eos. Q. Petilius prętor vrbanus in cõcione populi cõcremauit. Inſipiẽter id quidẽ: quid enim profuit libros eſſe cõbuſtos: cum hoc ipſum ꝙ ſunt ideo combuſti: quia religiõibus derogabãt: memorię ſit traditum. Nemo ergo tunc in ſenatu nõ ſtultiſſimus. Potuerunt enim & libri aboleri: & res tamen in memoriã nõ exire. Ita dum volũt & poſteris approbare quanta pietate defenderint religiones: auctoritate religionũ ipſarum teſtando minuerunt. Sed vt Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionũ fuit: ſic ante Pompilium Faunus in Latio: qui & Saturno nefaria ſacra conſtituit: & Picum patrem inter deos honorauit & ſororem ſuam fautam Faunã: eandẽq; coniugem cõſecrauit: quã. C. Baſſus Fatuam nominatã tradidit: ꝙ mulieribus fata canere conſueuiſſet: vt Faunus viris. Eandẽ Varro ſcribit tantę pudicitiæ fuiſſe: vt nemo eã (quoad vixerit) præter virũ ſuũ mas viderit: nec nomẽ eiꝰ audierit. Iccirco illi mulieres in operto ſacrificant: & bonam deam nominant. Et. C. ſex. Clodius in eo libro: quẽ græce ſcripſit: refert Fauni hanc vxorem fuiſſe: quæ quia cõtra morem decuſq; regium clam vini ollam ebiberat: & ebria facta erat: virgis myrteis a viro vſq; ad mortẽ cæſam. Poſtea vero cum euꝫ facti ſui pœniteret: & deſideriũ eius ferre nõ poſſet: diuinum illi honorem detuliſſe: iccirco in ſacris eius obuolutã vini amphorã poni. reliquit ergo poſteris Faunꝰ quoq; nõ parũ erroris: quem tamen prudentes quiq; perſpiciunt. Nam Lucilius eorũ ſtultitiam: qui ſimulacra deos putãt eſſe: deridet his verſibus: Terricolas Lamias Fauni quas Pompilijq; Inſtituere Numæ: tremit: has: hic omnia ponit. Vt pueri infantes credũt ſigna oĩa ahæna Viuere: & eſſe homines: ſic iſti numina ficta Vera putãt: credunt ſignis cor ineſſe ahænis. Pergula pictorum: Et cętera. Poeta quidem ſtultos homines infantibus comparauit: at ego multo imprudentiores eſſe dico. Illi. n. ſimulacra homĩes putant eẽ hi deos. Illos ętas facit putare quod non eſt: hos ſtultitia. Illi vtiq; breui deſinunt falli: horũ vanitas & durat: & ſemper creſcit. Sacra liberi patris primus Orpheus induxit in Græciã: primuſq; celebrauit in mõte Boetię Thebis: vbi Liber natus eſt proximo: qui cum frequenter Cithare cantu perſonaret: Citheron appellatus eſt. Ea ſacra ẽt nũc

Numę libri

Faunus.
Picus.
Fauna
Fatua

Bona dea

Vino latinis mlieribꝰ interdictum

Lamiæ.

Liberi ſacra q̃s & vbi iſtituerit

Citherõ mõs vnde

Orphica nominanť:in quibus ipſe poſtea dilaceratus & carptus eſt & fuit per eadem fere tempora:quibus Faunus.Sed quis ętate præceſſerit:dubitari poteſt:ſi quidem ꝑ eoſdē ānos Latinus priamuſq; regnauerunt.Item patres eorum Picus & Laomedon: quo regnāte Orpheus cum Argonautis ad Ilienſium littus acceſſit.Procedam⁹ igiť vlterius:& quæramus quis omnino colendorum deorū primus auctor extitit.Didymus in libris ἐξηγήσεως ή τῶιν Δαρικῶς.id eſt expoſitionis pindaricæ ait. Meliſſea cretenſium regem primū dijs ſacrificaſſe:ac ritus nouos ſacrorumq; pompas introduxiſſe.Huius duas fuiſſe filias.Amaltheam & Meliſſam:quæ Iouem puerū caprino lacte ac melle nutrierunt.Vnde poetica illa fabula originem ſūpſit:aduolaſſe apes:atq; os pueri melle cōpleſſe.Meliſſā vero a patre primam ſacerdotē matri magnæ conſtitutam: Vnde adhuc eiuſdem matris antiſtites Meliſſę nuncupanť.Hiſtoria vero ſacra teſtatur ipſum Iouem poſtq̄ rerum potitus eſt:in tantam inſolētiam veniſſe:vt ipſe ſibi phana multis in locis conſtitueret:Nā cū terras circuiret:in quācunq; regionē venerat:reges principeſue populorum hoſpitio ſibi & amicitia copulabat:& cum a quoq; digrederetur:iubebat ſibi phanum creari hoſpitis ſui nomine:quaſi ita poſſet amicitiæ & fœderis mēoria conſeruari.Sic conſtituta ſunt templa Ioui Athabyrio:Ioui Labryando Athabyrius enim & Labryand⁹ hoſpites eius atq; adiutores in bello fuerunt.Item ioui Laprio:Ioui Molioni:ioui Caſſio:& quæ ſunt in eundem modum.quod ille aſtutiſſime excogitauit:vt & ſibi honoreȝ diuinū:& vt hoſpitib⁹ ſuis perpetuum nomen acquireret cum religione coniunctum.Gaudebāt ergo illi & huic imperio eius libenter obſequebanť:& nomīs ſui gratia ritus ānuos:& feſta celebrabāt.Simile quiddā in Sicilia fecit Aeneas:cū conditæ vrbis Aceſtę hoſpitis nomen impoſuit:vt eā poſtmodū lætus ac libens Acæſtes diligeret:augeret:ornaret.Hoc modo religionem cultus ſui per orbem terræ Iuppiter ſemīauit:& exēplū cæteris ad imitandum dedit.Siue igitur a Meliſſeo:ſicut Dydimus tradit:colendorū deorū ritus affluxit:ſiue ab ipſo quoq; Ioue vt Euhemerus tradit.De tempore tamen cōſtat:quādo dij coli cœperint.Meliſſeus quidem non multum anteceſſit ætare quippe qui educauerit Iouem pronepotem.Et iccirco fieri poteſt: vel vt ante: uel vt adhuc puero Ioue deos colere inſtituerit: ideſt alūui ſui matrem/ & auiam Tellurem quæ fuit Vrani coniūx.patrem Saturnū. Et ipſe hoc exemplo atq; inſtituto iouē ad tantaȝ ſuperbiam prouexerit:vt poſtea ſibi diuīos honores auderet aſſumere.

Meliſſeu cretę rex prim⁹ dijs ſacrificauit.

Orphęi ætas

Deorū primi honores amalthea quę.

Meliſſa q̄

Quō iupiter vſurpauerit honores diuinos.

Iouis cognomēta ab hoſpitibus.

Acęſta ciui.ab Enea .cōdita.

¶Quo tempore cœperint vanæ ſuperſtitiones: & quibus ſub auctoribus. Cap.xxiij.

HVNC quoniam vanarũ ſuperſtitionũ originẽ deprehen-dimus: ſupereſt vt etiã tẽpora colligamus: per quæ/quiq fuerint illi: quorũ memoria colitur. Theophil⁹ i libro de temporibus ad Autolycũ ſcripto: ait in hiſtoria ſua Tallũ dicere: ꝙ Belus: quem Babylonij & Aſſyrij colunt: antiquior. troiano bello fuiſſe inuenitur. CCC.xxij. annis. Belum autem Saturno ęqualem fuiſſe: & vtrumq vno tp̄e adoleuiſſe. Quod adeo verũ eſt vt ratione ipſa colligi poſſit. Nã & Agamẽnon (q̄ geſſit bellum troi-cũ) Iouis abnepos fuit: & achilles: Aiaxque pronepotes: & Vlyſſes eodem gradu ꝓximus: Priamus quidem longa ſerie. Sed auctores quidam tradunt dardanum & Iaſium Coriti filios fuiſſe: non Iouis Nec enim (ſi ita fuiſſet) ad vſus impudicos Ganymedem ꝓnepotē ſuum habere potuiſſet. Itaq parẽtibus illorum: quos ſupra nominaui (ſi congruenter annos diuidas) numerus conſentiet. Ab excidio autem troianæ vrbis colliguntur anni mille quadringenti ſeptuaginta. Ex hac temporum ratione manifeſtum eſt ante annos non amplius q̄ mille octingentos natum eſſe Saturnum: qui & ſator omniũ deorum fuit. Non ergo iſti glorientur ſacrorum vetuſtate: quorum & origo: & ratio: & tempora deprehenſa ſunt. ¶ Reſtant adhuc aliqua quæ ad arguendas religiones falſas plurimum valeant. Sꝫ iam finem facere libro decreui: ne modum excedat. Ea enim pleni⁹ ſũt exequenda: vt omnibus refutatis quę veritati videntur obſtare: homines: qui bonorum ignorantia vagantur incerti ad religionem veram poſſimus imbuere. Primus autem ſapientię gradus eſt falſa intelligere. Secundus vera cognoſcere: Ergo apud quem hæc prima inſtitutio noſtra profecerit/qua falſa deteximus: excitabitur ad veri cognitionem: quia nulla eſt homini iucundior voluptas: & erit iã ſapientia cæleſtis diſciplinæ dignus qui ad cognoſcenda cętera libens ac paratus acceſſerit.

Belus aſſyriorum rex. Saturn⁹ ęq̄lis belo. Quo tp̄e cultura deorũ cœperit. Dardan⁹ ꝯ iaſius. coriti filij

¶ Lactantij Firmiani inſtitutionum diuinarum aduerſus gentiles. Liber Secundus.

¶ Quod rationis obliuio: & ignorantia ſui facit hoies ingratos veri dei qui colitur in aduerſis: & in proſperis cõtẽnitur. Ca.I.

QVanq̄ primo libro religiones deorum falſas eē mõſtrauerim: ꝙ hi quorũ varios diſſimileſq cultus per vniuerſam terrã cõſenſus hominũ ſtulta perſuaſione ſuſcepit: mortales fuerit: fũctiq vita diuinę neceſſitati morte cõceſſerint: tamẽ ne qua dubitatio relinquatur: hic ſecund⁹ liber fõtem ipſũ patefaciet errorũ: cauſaſq omnes ex

plicabit: quibus decepti homines & primitus deos eſſe crediderunt & poſtmodum inueterata perſuaſione in ſuſceptis prauiſſime religionibus perſeuerauerint. Geſtio enim cõuictis inanibus: & hominũ ipſa vanitate detecta ſingularis dei aſſerere maieſtatem: ſuſcipiens vtilius & mai⁹ officiũ: ſcilicet reuocãdi homines a prauis itineribus: & in gratiã ſecũ ipſos reducendi: ne ſe (vt quidem philoſophi faciunt) tantopere deſpiciant: neue ſe infirmos & ſuperuacuos: & nihil: & fruſtra omnino natos putent: quę opinio plęroſq; ad vitia cõpellit. Nam dum exiſtimant nulli deo nos eſſe curę: aut poſt mortẽ nihil eſſe futuros: totos ſe libidinibus addicunt: & duʒ licere ſibi putant: hauriendis voluptatibus ſcienter incumbunt: per quas imprudentes in laqueos mortis incurrant. Ignorant enim quæ ſit hominis ratio: quam ſi tenere vellent: in primis deum ſuum agnoſcerent virtutem: iuſtitiamq; ſequerentur: terrenis figmentis animas ſuas non ſubſternerẽt: mortiferas libidinum voluptates non appeterẽt. Deniq; ſeipſos magni æſtimarẽt: atq; intelligerent plus eſſe in homine q̃ videtur: cuius vim conditionemq; non aliter poſſe retineri: niſi cultum veri parentis ſui depoſita prauitate ſuſceperint. Et quidẽ ſicut oportet de ſumma reruʒ ſæpenumero cogitans: admirari ſoleo maieſtatem dei ſingularis quæ continet regitq;: omnia in tantam veniſſe obliuionem: vt quę ſola coli debeat/ſola potiſſimum negligatur. Homines autem ipſos ad tantam cæcitatem eſſe deductos: vt vero ac viuo deo mortuos anteferant: terrenos autem in terraq; ſepultos ei qui fundator ipſius terræ fuit. Et tamen huic impietati hominuʒ poſſet venia concedi: ſi omnino ab ignorantia diuini nominis veniret hic error. Cum vero ipſos deorum cultores ſæpe videamus deum ſummum & confiteri: & prædicare: quam ſibi veniã ſperare poſſint impietatis ſuæ: qui non agnoſcunt cultum eius: quem prorſus ignorari ab homine fas non eſt. Nam & cum iurant: & cuʒ optant: & cum gratias agunt: non Iouem: aut deos multos: ſed deum nominant: adeo ipſa veritas (cogente natura) etiam ab inuitis peccatoribus erumpit. Quod quidem non faciunt in proſperis rebus. Naʒ tũ maxime deus ex memoria hominum elabitur: cum beneficijs eius fruenter honorem dare diuinæ indulgentiæ debent. At vero ſiqua neceſſitas gauis preſſerit: tunc deum recordantur. Si belli terror infremuerit: ſi morborum peſtifera vis incubuerit: ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauerit: ſi ſæua tempeſtas: ſi grando ingruerit: ad deum confugiunt: a deo petitur auxilium: deus vt ſubueniat oratur. Siquis in mari vento ſęuiente iactatur: hunc inuocat. Siquis aliqua vi afflictatur: hunc potius implorat. Siquis ad extremam mendicandi neceſſitatem deductus: victum preci-

Prouidentia ſublata vitę ratio puertitur.

Veritas ab inuitis pectorib⁹ erumpit.

dei meminerũ homines tñ in malis.

buſ expoſcit: deum ſolum obteſtatur: & per eius diuinum atq; vnicum nomen hominum ſibi miſericordiam quærit. Nunq̄ igitur dei meminerunt: niſi dum in malis ſunt. Poſtq̄ metus deſeruit: & pericula receſſerunt: tum vero alacres ad deorum templa cōcurrūt. his libāt his ſacrificant: hos coronant. Deo autē: quē in ipſa neceſſitate implorauerūt: ne verbo quidem gratias agunt: adeo ex rerum proſperitate luxuria: ex luxuria vero vitia omnia: ſic impietas aduerſ⁹ deū naſcitur. ¶ Quanā iſtud ex cauſa fieri putemus? niſi eſſe aliquā peruerſam poteſtatem: quę veritatis ſit ſemper inimica: quæ humanis erroribus gaudeat? Cui vnicum ac perpetuū ſit opus effūdere tenebras: & hominum cæcare mentes: ne lucem videant: ne deniq; i cælum aſpiciant: ac naturam corporis ſui ſeruent. Nam cu; cæteri animantes pronis corporibus in humum ſpectent: quia rationem ac ſapientiam non acceperunt: nobis autem ſtatus rectus: ſublimis vultus ab artifice deo datus ſit: apparet iſtas religiones deorum nō eē rationis humanæ: quia curuant cæleſte animal ad veneranda terrena. Parēs enim noſter ille vnus & ſol⁹ cū fingeret hominē: ideſt animal intelligens & rationis capax: eū vero ex humo ſubleuatum ad contemplationem ſui artificis erexit quod optime ingenioſ⁹ poeta ſignauit. Pronaq; cum ſpectent animantia cætera terram: Os homini ſublime dedit: cælumq; videre iuſſit: & erectos ad ſydera tollere vultus. Hinc vtiq; ἄνθρωπον græci appellauerūt: q; ſurſū ſpectaret Ipſi ergo ſibi renunciant: ſeq; hominum nomine abdicant qui non ſurſū aſpiciant: ſed deorſum: niſi forte idipſum q; recti ſumus: ſine cauſa homini attributū putant. ¶ Spectare nos cælum deus voluit: vtiq; non fruſtra: nam & aues & ex mutis pene omnia cælum vidēt ſed nobis proprie datū eſt cælum rigidis ac ſtantibus videre: vt religionem ibi quæramus: vt deum cuius ſedes illa eſt: quem oculis nō poſſumus: animo cōtemplemur: quod profecto non faciunt: qui ęs aut lapidem: quę ſunt terra venerantur. Eſt autem prauiſſimum cū ratio corporis recta ſit: quod eſt temporale: ipſum vero animū qui ſit ęternus: humilem fieri: cum figura & ſtatus nihil aliud ſignificēt: niſi mentem hominis eo ſpectare oportere: quo vultum: & animu; tam rectu; eſſe debere q̄ corpus: vt id cui dominari debet imitetur: verum homines & nominis ſui: & rationis obliti: oculos ſuos ab alto deiiciunt ſoloq; defigunt: atq; timent opera digitorum ſuorū quaſi quicq̄ eſſe poſſit artifice ſuo maius.

Hominis ratis ac officium.

Ouidius ingenioſus poeta.

Hominis ſtatus rectus & os ſublime.

¶ Quę fuerit prima cauſa fingendi ſimulachra: & q; veriſſima dei imago eſt homo: & q; extra ſe deum nemo fideliter colit. Cap. II.

QVæ igitur amentia eſt:aut ea fingere quæ ipſi poſtmoduꝫ
timeant:aut timere quæ finxerint? Non ipſa inquiunt ti=
memus:ſed eos:ad quorũ imaginẽ ficta:& quorum nomi
nibus conſecrata ſunt.Nempe ideo timetis:ꝙ eos eſſe in
cælo arbitramini.Neqꝫ enim ſi dij ſunt:aliter fieri poteſt. Cur igitur
oculos in cælum non tollitis:& aduocatis deorum nominibus in ap=
to ſacrificia celebratis?Cur ad parietes & ligna & lapides potiſſimuꝫ
q̃ illo ſpectatis vbi eos eſſe creditis? Quid ſibi templa? quid aræ vo=
lunt? Quid deniqꝫ ipſa ſimulachra:quę aut mortuorum ; aut abſen=
tium monumenta ſunt?Nam omnino fingendarum ſimulitudinum
ratio iccirco ab hominibus inuenta eſt:vt poſſet eorum memoria re=
tineri : qui vel morte ſubtracti : vel abſentia fuerant ſeparati. Deos
igitur in quorum numero reponemus? Si in mortuorum quis tam
ſtultus vt colat? in abſentium colendi ergo non ſunt : ſi nec vident
quæ facimus : nec audiunt quę precamur. Si autem dij abſentes eſ=
ſe non poſſunt. qui (quoniam diuini ſunt) in quacunqꝫ mundi parte
ſunt : vident & audiunt. vniuerſa. Superuacua ergo ſunt ſimulachra
illis vbiqꝫ pręſentibus:cum ſatis ſit audientium nomina precibus ad
uocare. At.n.pręſentes non niſi ad imagines ſuas adſunt : ita plane
quemadmoduꝫ vulgus exiſtimat:mortuorum animos circa tumulos
& corporum ſuorum reliquias aberrare.Sed tamen poſtq̃ deus ille p̃
ſto eſſe cœpit:iaꝫ ſimulachro eius opus non eſt.Quæro.n.ſi quis ima
ginem hominis peregre conſtituti contempletur ſæpius:vt ex ea ſo=
latium capiat abſentis : num idem ſanus eſſe videatur : ſi eo reuerſo
atqꝫ pręſente in contemplãda imagine perſeueret:eaqꝫ potius q̃ ipſi
hominis aſpectu frui velit? Minime profecto. Et tamẽ hominis ima
go neceſſaria tum videtur:cum procul abeſt ſuperuacua futura cum
præſto eſt.Dei autem cuius ſpiritus ac numen vbiqꝫ diffuſum abeſſe
nunq̃ poteſt:ſemper vtiqꝫ imago ſuperuacua eſt.ſed verentur ne om=
nis eoruꝫ religio inanis ſit:& vacua ſi nihil in pręſenti videant:quod
adorent:& ideo ſimulacra conſtituunt:quæ quia mortuoruꝫ ſũt ima
gines:ſimilia mortuis ſunt:omni.n. ſenſu carent. Dei autem in ęter=
num viuentis:viuum & ſenſibile debet eſſe ſimulacrum.Quod ſi a ſi
militudine id nomen accepit:quomodo poſſunt iſta ſimulachra deo
ſimilia iudicari:quæ nihil ſentiunt:nec mouentur? Itaqꝫ ſimulachrũ
dei nõ illud eſt:quod digitis hominis:ex lapide aut eræ: aliaue mate
ria fabricatur:ſed ipſe homo:quoniam & ſentit & mouetur : & mul=
tas magnaſqꝫ actiones habet. Nec intelligũt homines ineptiſſimi ꝙ
ſi ſentire ſimulachra & moueri poſſent:vltro adoratura homines fuiſ
ſent : a quibus ſunt expolita:quæ eſſent aut incultus & horridus la=
pis ; aut materia informis & rudis : niſi fuiſſent ab homine formata.

Homo igitur illorũ quaſi parẽs putãd⁹ eſt:per cuius manus nata ſũt: per quem ſpeciẽ:figuram:pulchritudinẽ habere cœperunt. Et ideo melior eſt q̃ fecit:q̃ illa quæ facta ſunt. Et tamen factorem ipſum nemo ſuſpicit aut veretur. Quæ fecit timet:tanq̃ plus poſſit eſſe in opere:q̃ in opifice. Recte igitur Seneca in libris moralib⁹: ſimulachra inquit deorũ venerãtur. illis ſupplicãt:genu poſito illa adorãt :illis per totum aſſident diem:aut aſtant illis. illis ſtipẽ iaciunt:victimas cędũt: & cum hæc tantopere ſuſcipiãt: fabros qui illa fecere contemnunt. Quid inter ſe tã cõtrariũ:q̃ ſtatuarũ deſpicere factorẽ:ſtatuam adorare:& eum ne in conuictu quidẽ admittere:qui tibi deos faciat? Quã ergo vim:quã poteſtatẽ habere poſſunt:cũ ipſe qui fecit illa: non habeat? ſed ne hæc quidẽ dare his potuit:quæ habebat:videre: audire: loqui:moueri. Quiſq̃ ne igitur tam ineptus eſt: vt putet aliquid eſſe in ſimulacro dei:in quo ne hominis quidem quicq̃ eſt pręter vmbrã: ſed hęc nemo cõſiderat:infecti ſunt.n.perſuaſione:ac mentes eorum penitus ſuccuʒ ſtultitię perbiberũt. Adorãt ergo inſenſibilia qui ſentiunt:irrationabilia qui ſapiunt:exanima qui viuũt:terrena qui oriũtur e cælo. Iuuat ergo velut in aliqua ſublimi ſpecula conſtitutum vnde vniuerſi exaudire poſſint Perſianum illud proclamare: O curuę in terras animæ: & celeſtiũ manes. Cælum potius intuemini: ad cuius ſpectaculum vos excitauit ille artifex verus deus. Ille vobis ſublimẽ vultũ dedit:vos in terram curuamini:vos altas mẽtes & ad patrem ſuum cũ corporibus ſuis erectas ad inferiora deprimitis:tanq̃ vos pœniteat non quadrupedes eſſe natos. Fas non eſt cæleſte animal cũ terrenis in terraq; vergẽtibus adæquari. qd vos beneficiis cæleſtibus orbati:proniq; in terrã veſtra ſponte procũbitis? Humi.n. miſeri volutamini:cũ deorſum quæritis:quod in ſublimi quærere debuiſtis. Nã iſta mortaliũ digitorũ ludicra & fragilia figmenta:ex quolibet materiæ genere formata: quid aliđ ſunt:niſi terra ex qua nata ſunt? quid ergo rebus inferioribus ſubiacetis. quid capitib⁹ veſtris terrã ſupponitis. Cũ ergo vos terræ ſubmittitis:humilioreſq; facitis:ipſi vos vltro ad iferos mergitis:ad morteq; dãnatis:qa nihil ẽ terra inferius & humilius:niſi mors & inferi:quæ ſi effugere velletis:ſubiectã pedib⁹ veſtris terrã cõtẽneretis:corporis ſtatu ſaluo:quod iccirco rectum accepiſtis:quo oculos atq; mẽtẽ cũ eo q̃ fecit cõferre poſſetis. Contẽnere aũt & calcare terrã nihil aliud eſt:q̃ ſimulacra non adorare (qa de terra ficta ſunt. Itẽ diuitias non concupiſcere voluptates corporis ſpernere:quia opes & corpus ipſum cuius hoſpitio vtimur:terra eſt. Viuuʒ colite:vt viuatis. Moriatur enim neceſſe eſt:qui ſe ſuamq; animã mortuis adiudicauit.

Seneca auctor.

Perſian⁹.

¶ Q̃đ.C.& alij q̃ videbãt ſapiẽtes:cęteris deteri⁹ peccauerũt. Ca. III

SEd quid prodeſt ad vulgus & ad homines īperitos hoc mo
do concionari/cum videamus etiam doctos & prudentes
viros cum religionum intelligant vanitatem: nihilominꝰ ta
men etiā in his ipſis: quę dānant: colendis (neſcio qua pra-
uitate) pręſtare/intelligebat Cicero falſa eſſe: quę homines adora-
rent. Nam cum multa dixiſſet: quę ad euerſionem religionum vale-
rent: ait tamen non eſſe illa vulgo diſputanda: ne ſuſceptas publice
religiones diſputatio talis extinguat. Quid ei facies: qui cum errare
ſe ſentiat: vltro ipſe in lapides impinguat: vt populus omnis offenda-
tur/ipſe ſibi oculos eruat: vt oēs cęci ſint/qui nec de alijs bene merea
tur: quos patitur errare: nec de ſeipſo: qui alienis accedit erroribus:
nec vtitur tandem ſapientię ſuę bono: vt factis impleat: quod mente
percepit: ſed prudens & ſciens pedem laqueo inſerit: vt ſimul cum
cęteris: quos liberare vt prudentior debuit: & ipſe capiatur. Quin po
tius ſiquid tibi Cicero virtutis eſt: experire populum facere ſapientē.
Digna res eſt: vbi omnes eloquentiæ tuę vires exerceas. Non enim
verendum eſt ne tibi in tam bona cauſa deficiat oratio: qui ſępe etiā
malas copioſę ac fortiter defēdiſti. Sed nimirum Socratis carcerem
times: ideoq; patrocinium veritatis ſuſcipere non audes. At mortem
vt ſapiens contemnere debuiſti. Erat multo pulchrius: vt ob bene pri
us dicta: q̄ ob male dicta morereris. Nec tibi laudis plus philippicæ
afferre potuerunt: q̄ diſcuſſus error humani generis: & mentes homī
num ad ſanitatem tua diſputatione reuocare: ſed concedamus timi-
ditati: quę in ſapiente eſſe non debet. Quid ergo ipſe in eodem ver-
ſaris errore/ Video te terrena & manufacta venerari. Vana eſſe intel
ligis: & tamen eadem facis: quę faciunt ipſi quos ipſe ſtultiſſimos cō
fiteris. Quid igitur profuit vidiſſe te veritatem: quam nec defenſurus
eſſes: nec ſecuturus/ Sed ſi libenter errant hi. qui errare ſe ſentiunt:
quanto magis vulgus indoctum: quod pompis inanibus gaudet: ani
miſq; puerilibꝰ ſpectat omia: oblectatur friuolis: & ſpecie ſimulacro-
rum capitur: nec ponderare ſecum vnāquamq; rem poteſt: vt intelli-
gat nil colendū eſſe: quod oculis mortalibus cernitur: quia neceſſe ē
mortale ſit. Nec mirandum eſſe: ſi deū non videant: cū ipſi ne quidē
hominem videant: quē videre ſe credunt. Hoc enim quod oculis ſub
iectū eſt: nō homo ſed hominis receptaculum eſt: cuius qualitas & fi
gura: non ex liniamentis vaſculi: quo continetur: ſed ex factis & mo-
ribus peruidetur. Qui ergo colunt ſimulacra: corpora ſunt homini
bus carentia: quia ſe corporibus dediderunt: nec vident plus aliquid
mente q̄ corpore: cum ſit animi officium ea ſubtilius cernere: quæ
acies corporalis non poteſt tueri. Quos homines idem ille philo-
ſophus: ac poeta grauiter accuſat: tanq̄ humlies & abiectos: qui con

tra naturæ ſuę rationem ad veneranda ſe terrena proſternant. Ait enim: Et faciunt animos humiles formidine diuum Depreſſoſq̨ premunt ad terram. Aliud quidem ille cum hoc diceret: ſentiebat: nihil vtiq̨ eſſe collendum: quia dij humana non curent. Deniq̨ alio loco religiones deorum: & cultus inane eſſe officium confitetur. Nec pietas vlla eſt: velatum ſæpe videris Vertere ſe ad lapidem: atq̨ omnes accedere ad aras: Et procūbere humi proſtratum: & pādere palmas. Ante deum delubra nec aras ſanguine multo Spargere quadrupedū nec votis nectere vota. Quę profecto ſi caſſa ſunt: non oportet ſublimes & excelſos animos aduocari: atq̨ in terram premi: ſed nihil aliđ q̄ cęleſtia cogitare. Impugnatæ ſunt ergo a prudentioribus falſæ religiones: quia ſentiebant eſſe falſas: ſed non eſt inducta vera: quia qualis: aut vbi eſſet ignorabant. Itaq̨ ſic habuerunt tanq̄ nulla eſſet oio: quia veram nō poterāt inuenire. Et eodem modo inciderunt in errorē multo maiorem: q̄ illi qui falſam tenebāt. Nā & iſti fragiliuꝫ cultores: q̄uis ſint inepti: quia cæleſtia cōſtituunt in rebus corruptibilibus atq̨ terrenis: aliquid tamen ſapientię retinent: & habere veniā poſſunt: quia ſummum hominis officium: & ſi non re ipſa: tamen propoſito tenent: ſi quidem hominnm atq̨ mutorum: vel ſolū: vel certe maximum in religione diſcrimen eſt. Hi vero quanto fuerunt ſapientiores: ꝙ intellexerunt falſę religionis erroreꝫ: tanto facti ſunt ſtultiores ꝙ eſſe aliquam veram non putauerunt. Itaq̨ quoniam facilius eſt de alienis iudicare q̄ de ſuis: dum aliorum pręcipitium vident non proſpexerunt quid ante ſuos pedes eſſet. In vtraq̨ igitur parte & ſumma ſtulticia inuenitur: & odor quideꝫ ſapientię: vt poſſis dubitare quos dicas potiſſimum ſtultiores: illos ne qui falſam religionem ſuſcipiūt: an eos qui nullam. Sed (vt dixi) venia concedi poſſet imperitis: & qui ſe ſapientes eſſe non fateantur. His vero non poteſt qui ſapientiā profeſſi: ſtultitiam potius exhibent. Non ſum equidem tam iniquus: vt eos putem diuinare potuiſſe: vt veritatem per ſeipſos inuenirent: qđ fieri ego non poſſe confiteor: ſed hoc ab is exigo; quod ratione ipſa pręſtare potuerunt. Facerent enim prudentius ſi & intelligerent eſſe aliquā verā: & falſis impugnatis aperte pronunciarēt eam quæ vera eſſet ab omnibus non teneri. Sed mouet eos fortaſſe illud: ꝙ ſi qua vera eſſet religio: exerceret ſe ac iudicaret; nec patereꝭ eſſe aliuđ quicquā. Videre enim nullo modo poterant: quare aut a quo & quem admodum religio vera opprimeretur: quod eſt diuini ſacramenti: & cæleſtis arcani. Id vero niſi doceatur: aliquis ſcire nullo pacto poteſt Summa rei hęc eſt. Imperiti & inſipientes falſas religiones pro veris habent quia: neq̨ veram ſciunt: neq̨ falſam intelligunt. Prudētiores vero: quia veram neſciūt: aut in his: quas falſas eſſe intelligunt: perſe

uerant:vt aliquid tenére videantur:aut omnino nihil colunt:ne inci‑
dant in errorem:cũ idipſum maximi ſit erroris:vitam pecudũ ſub fi‑
gura hominis imitari. Falſum vero intelligere eſt :quid ſapientiæ: ſꝫ
humanæ. Vltra hunc gradum procedi ab homine non poterit. Itaqꝫ
multi philoſophorum religiones(vt docuit)ſuſtulerunt. Verũ autem
ſcire diuinæ eſt ſapientiæ. Homo autẽ per ſeipſum peruenire ad hãc
ſcientiam non poteſt:niſi doceatur adeo. Philoſophi quod ſummuꝫ
fuit humanæ ſapientiæ aſſecuti ſunt:vt itelligerent:quod non ſit: illđ
aſſequi nequiuerunt:vt dicerent quid ſit(Nota)Ciceronis vox eſt:vti
nam tam facile vera inuenire poſſem:ꝗ falſa conuincere. Quod quia
vires humanæ conditionis excedit:eius officij facultas nobis eſt attri
buta:quibus tradidit deus ſcientiam veritatis:cui explicandæ quat‑
tuor poſteriores libri ſeruient. Nunc interim falſa vt cœpimus:dete‑
gamus.

¶Quod nil maieſtatis & reuerentiæ habeant idola. Cap.IIII.

QVid igitur maieſtatis poſſunt habere ſimulachra: quæ fue
runt in homũculi poteſtate: vel vt aliud fierent: vel vt oĩo
non fierent:iccirco apud Horatium Priapus ita loquitur. Horatius
Olim trũcus eram ficulnus inutile lignum:Cum faber in‑
certus ſcamnum faceretne priapum. Maluit eſſe deum: deus inde
ego furum:auiumqꝫ Maxima formido. Quis non ſit tanto hoc cuſto
de ſecurus? Fures enim tam ſtulti ſunt: vt priapi tentiginem time‑
ant cum aues ipſæ:quas terrore falcis:aut inguinis abigi exiſtimãt: ſi
mulacris fabrefactis.i.hominũ plane ſimilibus inſidiant: nidificent:
inquinent. Sed Flaccus:vt ſatyrici carminis ſcriptor deriſit:hominuꝫ
vanitatẽ. Verum hi qui faciunt:ſeriam ſe facere rẽ opinantur. Deniqꝫ
poeta maximus:homo in cæteris prudens:in hoc ſolũ non poeticæ:
ſꝫ aniliter deſipuit:cũ ĩ illis emẽdatiſſimis libris ẽt fieri hoc iubet. Et
cuſtos furum atqꝫ auiuꝫ cũ falſe ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela
Priapi. Adorant ergo mortalia:aut a mortalibus facta: frangi enĩ cre
mari poſſunt ac perire. Nã & tectis vetuſtate labentibus ſæpe cõmi‑
nui ſolent: & conſumpta incẽdio dilabũtur in cinerẽ: & plærũqꝫ (niſi
ſua illis magnitudo ſubuenerit:aut cuſtodia diligens ſepſerit) in præ
dam furibus cedũt. Quæ igitur inſania eſt ea timere: pro quibus aut
ruinæ.aut ignes:aut furta timeãtur? quæ vanitas aliquã ab his ſpecta
re tutelã:quæ tueri ſemetipſa non poſſunt? quæ peruerſitas ad eoruꝫ
prę́ſidia decurrere:quæ ipſa cũ violantur multa ſunt: niſi a colẽtibus
vindicẽt? Vbi ergo veritas eſt: vbi nulla vis adhiberi poteſt religioni
vbi nihil quod violari poſſit apparet:vbi ſacrilegiuꝫ fieri non poteſt?
Quicquid autẽ oculis manibuſqꝫ ſubiectũ eſt: id vero quia fragile ẽ:
ab omni ratione immortalitatis eſt alienũ. Fruſtra igitur hoĩes auro:

ebore:gemmis deos excolūt & exornant:quaſi vero ex his rebus vl-lam poſſint capere voluptatem. Quis vſus eſt precioſorum munerū nihil ſentientibus? An ille qui mortuus? Pari enī ratione defunctorū corpora odorib⁹ ac pcioſis veſtibus illita & cōuoluta humi condunt: qua deos honorāt:qui neq; cū fierēt ſentiebant:neq; cum colūtur ſciunt. Nec enim ſenſum conſecratione ſumpſerunt. Non placebat Perſio. q aurea vaſa tēplis inferantur:ſuperuacuū putanti eſſe inter religiones:q nō ſanctitatis:ſed auaritiæ ſit inſtrumentum. Illa enī ſatius eſt deo:quē recte colas:inferre pro munere. Compoſitū ius: faſq; animi ſāctoſq; receſſus Mētis:& icoctū generoſo pectus honeſto. Egregie ſapienterq; ſenſit. Verum illud ridiculū ſubdidit. Hoc eſſe aurū i templis:quod ſint Veneri donatæ a virgine puppæ: quas illa omittere fortaſſe cōtēpſit. Non videbat eni; ſimulachra ipſa & effigies deorum Polycleti & Euphranoris & Phidiæ manu ex auro atq; ebore pfectas:nihil aliud eſſe q grandes puppas:non a virginibus quarū luſibus venia dari poteſt:ſed a barbatis hominibus conſecratas. Merito igitur etia; ſenum ſtultitiam Seneca deridet: Non inquit bis pueri ſumus (vt vulgo dicitur) ſed ſemper. Verum hoc itereſt: q maiores nos ludimus. Ergo his ludicris: & ornatis: & grandibus puppis: & vnguēta & thura & odores inferunt. His opimas & pingues hoſtias immolant:quibus eſt quidē os:ſed carent officio dentiū. His peplos & indumenta precioſa:quibus vſus velaminis nullus eſt. His aurum & argētum conſecrant: quæ tam non habent qui accipiunt: q qui illa donarunt. Nec immerito Dionyſius Siciliæ tyrannus poſt victoriam Græcia potitus deos tales contempſit:ſpoliauit.illuſit. Siquidē ſacrilegia ſua iocularibus etiam dictis pſequebatur. Na; cū Ioui Olympio aureum amictū detraxiſſet:laneū iuſſit imponi dicens æſtate eſſe grauē aureum:hyeme frigidum:laneū vero vtiq; tempori aptum. Idē; auream barba; detrahēs Aeſculapio incongruens & iniquū eſſe ait:cū Apollo pater eius imberbis eſſet adhuc ac leuis:priorem filiū q patrē barbatū videri Itē pateras & exuuias: & parua quædā ſigilla:quæ ſimulachrorū ptētis manibus tenebantur:detrahebat: & accipere ſe illa:non auferre dicebat. Perq.n. ſtultum eſſe & ingratum: nolle accipere ab his vltro porrigentibus:a quibus bona ſibi homines pcarēt. Hæc.n.fecit impune:quia rex & victor fuit. Quin ēt ſecuta eſt eum ſolita fœlicitas vixit enim vſq; ad ſenectutem:regnūq; per manus filio tradidit. In eo igitur quia homines ſacrilegia vindicare nō poterāt oportuit deos ipos ſui vindices eſſe. At ſi humilis quid tale cōmiſerit:huic præſto ſūt flagella:ignes:eculei:cruces: & quicquid excogitare iratis & furentibus licet. Sed cū puniunt deprehenſos in ſacrilegio:ipſi de deorum ſuorū poteſtate diffidunt. Cur.n.illis potiſſimum

Margin notes: Perſius. — Polyclet⁹. — Euphranos. — Phidias — Seneca auctor. — Dionyſi⁹.

non relinquant vlciſſendi ſui locum: ſi eos poſſe aliquid arbitrantur? Quinetiã. putant illorũ numine accidiſſe: vt prædones rerum ſacrarum deprehenſi tenerentur: & ſęuiunt non tam ira q̃ metu: ne ſi deorum iniuriam non vindicauerint: ipſos expectãt pœne incredibili.ſ. vanitate: qui nocituros ſibi deos putent ob aliena ſcelera: qui ipſis a quibus violati ſpoliatiq; ſunt: per ſeipſos nichil nocere potuerunt. At enim ſępe ipſi quoq; in ſacrilegos vindicauerunt: poteſt id vel caſu accidiſſe ꝙ aliquando non ſemper. Sed tamen paulopoſt (quãdo id acciderit) oſtendam. Sed quęro cur illi tot & tanta ſacrilegia in Dionyſio non vindicauerunt? qui non furtim: ſed palam deos ludibrio habuit Cur hunc tam potentem ſacrilegum a templis: a cerimoniis: ab imaginibus ſuis non acuerunt? Cur etiam ſacris rebꝰ ablatis proſpere nauigauit? quod ioco ipſe teſtatus eſt (vt ſolebat) Videtis ne inquit comitibus ſuis naufragium timentibus: q̃ proſpera ſacrilegis nauigatio ab ipſis diis immortalibus tribuatur? Sed hic fortaſſe a Platone didicerat deos nihil eſſe. Quid caius Verres: quem Tullius accuſator eius idem Dionyſio & Phalaridi & tyrannis omnibus comparat: nõne omnem Siciliam compilauit: ſublatis deorum ſimulachris: ornamentiſq; phanorum? Ocioſum eſt perſequi ſingula vnũ libet commemorare: in quo accuſator omnibus eloquentię viribus: omni deniq; conatu vocis & corpis deplorauit. De Cerere Catanẽſi vel Aethnenſi: quarum alterius tanta fuit religio vt adire tẽpli eius ſecreta penetralia viris nefas eſſet. Alterius antiquitas tanta fuit vt omnes hiſtorię loquantur ipſam deam fruges in Aethnę ſolo primum repperiſſe filiamq; eius virginem ex eodem loco raptam. Deniq; gracchanis tẽporibus turbata republica & ſeditionibus & oſtentis cum repertum eſſet in carminibus Sibyllinis: antiquiſſimã Cererem debere placari: legati ſunt Aethnam miſſi. Hæc igitur Cereres vel religioſiſſima: quam videre maribus ne adorandi quidem gratia licebat vel ãtiquiſſima: quam ſcilicet ſenatus. Po.Q.Ro. ſacrificiis doniſq; placuerat ex arcanis & vetuſtis penetralibus a.C.Verre immiſſis latronibus ſeruis impune ſublata eſt. Idem vero cum affirmaret ſe a ſiculis (vt cauſam prouincię ſuſciperet) oratum his verbis vſus eſt: ſeſe iam ne deos quidem in ſuis vrbibus (ad quos confugerent) habere ꝙ eorum ſimulachra ſanctiſſia. C.Verres ex delubris religioſiſſimis ſubſtuliſſet. quaſi vero ſi Verres ex urbibus delubriſq; ſuſtulerat: de cælo quoq; ſuſtulerat. Vnde apparet iſtos deos nihil habere in ſe ãplius q̃ materiam de qua ſũt fabricati: nec imerito a te.M.Tulli: hoc eſt ad teipſum hominẽ. Siculi cõfugerũt: quoniã triẽnio ſunt expti deos illos nichil valere. Eſſent.n. ſtultiſſimi: ſi ad eos ob defendendas iniurias

Plato auctor

C.Verres

Tullius. auctor.

Ceres.

hominũ confugiſſēt:qui.C.Verri nec pro ſe ipſis irati eſſe potuerũt. At enim verres ob hęc facinora dãnatus eſt.Non ergo dij vindicauerunt:ſed Ciceronis induſtria:qua vel defenſores eius oppreſſit:vel gracię reſtitit.Quid ꝙ apud ipſum Verrem non fuit vlla damnatio ſed vacatio vt quemadmodum Dionyſio deorũ ſpolia geſtãti dij immortales bonã dederãt nauigationē:ſic etiã Verri bonã qetē tribuiſſe videantur:in qua ſacrilegijs ſuis tranquille frui poſſet. Nã frementibus poſtea ciuilibus bellis ſub obtentu dominationis ab omni periculo & metu remot⁹:aliorũ graues caſus & miſerabiles exitus audiebat:& qui cecidiſſe ſolus omnibus ſtãtibus videbatur:is vero vniuerſis cadentibus ſolus ſtetit:donec illum & opibus ſacrilegio partis:& vita ſatiatum:ac ſenectute confectum ꝓſcriptio triũuiralis auferret. eadem ſciliſcet quæ tullium violatę deorum maieſtas vltorem.Quin etiam fœlix in eo ipſo fuit:ꝙ ante ſuam mortem crudeliſſimum exitum ſui accuſatoris audiuit.Dijs videlicet prouidentibus:vt ſacrilegus ac prædo ille religionum ſuarum non ante moraretur:ꝗ ſolatiuꝫ de vltione cœpiſſet.

❡Quod ſolus omnium creator verus deus eſt:ſoluſqꝫ colendus:nec elemẽta nec corpora cęleſtia aliquid diuinitatis habẽt:in quo & ſtoici deſipiunt:qui ſtellas deos putant:quę non ſua voluntate mouentᷣ: ſed dei:& qua ratione eas ſic fieri voluit. Ca.V.

QVanto igiẗ rectius eſt omiſſis inſẽſibilibus & vanis:oculos eo tendere:vbi ſedes:vbi habitatio eſt dei veri:qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit:qui cælum diſtinxit aſtris fulgẽtibus:qui ſolem rebus humanis clariſſimum ac ſingulare lumen in argumentum ſuæ:vnicæ maieſtatis accendit. Terris autem maria circunfudit:flumina ſempiterno lapſu fluere pręcepit.Iuſſit & extendi campos:ſubſidere valles. Fronte tegi ſiluas:lapidoſos ſurgere montes.Que vtiqꝫ omnia non Iuppiter fecit:qui ante annos mille ſeptingentos natus eſt:ſed idem ille opifex rerum mundi melioris origo.Qui vocatur deus:cuius principium:quoniam non poteſt compręhendi:ne quęri debet quidem.Satis ęſt homini ad plenã perfectamqꝫ prudentiam:ſi deum eſſe intelligat:cuius intelligentiæ vis & ſumma hæc eſt:vt ſuſcipiat & honorificet communem parentem generis humani:& rerum mirabilium fabricatorem. Vnde qdã hebetis obtuſiqꝫ cordis:elementa quę & facta ſunt:& carent ſenſu tanꝗ deos adorant:qui cum dei opera mirarenẗ. cęlum cum luminibus varijs:terram cum campis & montibus:maria cuꝫ fluminibus & ſtagnis & fontibus:earum rerũ admiratione obſtupefacti:& ipſi⁹ artificis obliti:queꝫ videre non poterant:eius opera venerari:& colere cœperunt:nec vnꝗ intelligere quiuerunt:quãto maior:quãtoqꝫ mira

bilior ſit:qui illa fecit ex nihilo:quæ cuꝫ videant diuinis legibus ob-
ſequentia.commodis atq; vſibus hoīm perpetua neceſſitate famula-
ri:tamen illa deos exiſtimant eſſe:ingrati aduerſus beneficia diuina
qui deo patri indulgentiſſimo ſua ſibi opera prętulerunt. Sed quid
mirum:ſi aut barbari:aut imperiti homines errant: cum ēt philoſo-
phi ſtoicæ diſciplinæ in eadem ſint opinione:vt omnia cęleſtia quę
mouentur:in deorum numero habēda eſſe cenſeanť. Si quidē Lucil- Lucillius.
lius ſtoicus apđ Ciceronē ſic loquiť: Hanc igiť in ſtellis conſtantiam
hanc tantam in tam varijs curſibus in omni ęternitate conuenientiā
temporum non poſſum intelligere ſine mente: ratione:conſilio quæ
cum in ſyderibus eſſe videamus:non poſſumus ea ipſa non in deorū
numero ponere. Item paulo ſuperius. Reſtat inquit vt motus aſtro-
rum ſit voluntarius:quę qui videat non indocte ſolum:veruꝫ etiā im
pie faciat:ſi deos eſſe neget. Nos vero & quidem cōſtāter negam⁹:ac
vos o philoſophi:nō ſolū indoctos:& ipios: verū etiā cæcos & inep-
tos deliroſq; probamus:q ignorātiā impitoꝝ vanitate viciſtis. Illi eñ
ſolē & lunā:vos etiā ſydera deos putatis. Tradite igiť nobis ſtellaruꝫ
myſteria:vt aras & templa ſingulis erigamus:vt ſciam⁹ quo quamq;
ritu:quo die colamus:quibus nominibus:quib⁹ p̄cibus aduocemus:
niſi forte nullo diſcrimīe:tā innūerabiles:tā minutos deos aceruatim
colere debemus. Quid ꝙ argumentū illud:quo colligūt vniuerſa cæ-
leſtia deos eſſe:in contrariū valet? Nā ſi deos eſſe idcirco opinanť:q̄a
certos & rationabiles curſus habent:errāt. Ex hoc eniꝫ apparet deos
nō eſſe:ꝙ exorbitare illis a preſtitutis itineribus nō licet. Cęterum ſi
dij eſſent:huc atq; illuc paſſim ſine vlla neceſſitate ferrētur:ſicut ani-
mātes in terra:quorum (quia liberę ſunt voluntates) huc atq; illuc va
gantur: vt libuit:& quo queq; mens duxerit eo fertur. Non eſt igitur
aſtrorum motus volūtarius:ſed neceſſarius:quia præſtitutis legibus
officijſq; deſeruiunt. Sed cū diſputaret de curſibus ſyderum: quos ex
ipſa rerū ac temporū cōgruentia intelligebat non eſſe fortuitos:exiſti
mauit volūtarios eſſe:tanq̄ non poſſent tā diſpoſitę q̄ ordinate moue
ri:niſi ſenſus illis ineſſet officij ſui ſciens. O quam difficilis eſt ignorā
tibus veritas:& quam facilis ſcientibus. Si motus inquit aſtrorum
fortuitu non ſūt:nihil aliud reſtat niſi vt volūtarij ſint. Immo vero vt
non eſſe fortuitos manifeſtū eſt:ita nec volūtarios. Quomodo igiť in
cōficiendis itineribus conſtantiā ſuaꝫ ſeruant? Nimirū deus vniuerſi
artifex ſic illa diſpoſuit:ſic illa machinatus eſt: vt per ſpacia cæli di-
uina:& admirabili ratione decurrerēt: ad efficiendas ſuccedentiū ſi- Archime
bi tēporū varietates. An Archimedes ſiculus concauo ære ſimilitudi- des
nem mundi ac figurā potuit machinari:in quo ita ſolē ac lunam com
poſuit:vt inæquales motus:& cęleſtibus ſimiles conuertionibus ſin-

guliſq;:quaſi diebus efficerent:& nō modo acceſſus ſolis & receſſus vel incrementa diminutioneſq; lunæ:verum etiam ſtellarum: vel errantium : vel vagarum diſpares curſus orbis ille dum vertitur : exhiberet? Deus ergo illa vera non potuit machinari & efficere : q̄ potuit ſolertia hominis imitatione ſimulare? Vtrū ne igitur ſtoicus ſi aſtrorum figuras in illo aere pictas effictaſq; vidiſſet ſuo illa conſilio moueri diceret:ac non potius artificis ingenio. Ineſt ergo ſyderibus ratio ad peragendos meatus ſuos apta:ſed dei eſt illa ratio: qui & fecit & regit omnia. Non ipſorum ſyderum:quæ mouentur. nam ſi ſolem ſtare voluiſſet:perpetuus dies vtiq; eſſet. Itē ſi motus aſtra non haberent:quis dubitet ſempiternam noctē fuiſſe futuram? Sed vt diei ac noctis vices eſſēt moueri ea voluit:& tam varię moueri : vt non modo lucis ac tenebrarū mutuę viciſſitudines fierent : quibus laboris & quietis alterna ſpacia conſtarēt:ſed etiam frigoris: & caloris:& diuerſorum tēporū vis:ac poteſtas:vel generandis vel maturandis frugib9 cōueniret. Quam ſolertiā diuię poteſtatis in machinandis itineribus aſtrorū:quia philoſophi nō videbāt aīalia eſſe ſydera putauerūt tāq̄ pedibus & ſponte:non diuina ratione procederent. Cur autē excogitauerit illa deus:quis non intelligit? Scilicet ne ſolis lumine decedente nimiū cęca nox tetris atq; horrentibus tenebris ingraueſceret:noceretq; viuētibus. Itaq; & cælum ſimul mira varietate diſtinxit:& tenebras ipſas multis minutiſq; luminibus temperauit. Quanto igitur Naſo ſapientius:q̄ illi:qui ſapiētię ſtudere ſe putant: qui ſentit a deo lumina illa:vt horrorē tenebrarum depellerēt:inſtituta? Is eū librū: quo phænomena breuiter cōpręhendit:his trib9 verſibus termiauit. Tot numero:taliq; de9 ſimulachra figura Impoſuit cælo perq; atras ſparſa tenebras Clara pruinoſę iuſſit dare lumina nocti: Quod ſi fieri nō poteſt:vt ſtellæ dij ſint. ergo nec ſol quidē nec luna dij eē poſſūt qm̄ luminibus aſtrorū:non ratione differūt. ſed magnitudine. Quod ſi hi dij non ſūt:ergo nec cælum quidē:in quo illa oīa continent.

Naſo auctor

¶ Qđ nec terra:nec aqua:nec ps aliqua mūdi:nec tot9 ipē de9 eſt aiatus ſicut ſtoici mētiunt:qui qđ aſtruunt:pariter & euertunt. Cap. VI.

Simili modo ſi terra quam calcamus : quam ſubigimus:& colimus ad victū deus:non eſt:nec campi quidem ac mōtes dij erunt. Sed ſunt. ergo non tellus quidem vniuerſa deus videri poteſt. Item ſi aqua. quę ſeruit animantibus ad vſum bibendi : aut lauandi: deus non eſt:nec fontes quidem:ex quibus aqua profluit. Si fontes non ſunt:nec flumina quidem:quæ de fontibus colliguntur. Si flumina quoq; dij non ſunt: ergo & mare : quod ex fluminibus conſtat : deus haberi non poteſt. Quod ſi neq; cęlum:neq; terra:neq; mare:quę mundi partes ſūt

dij eſſe nõ poſſunt:ergo ne mũdus quidem totus deus eſt:quem ideꝫ ipſi ſtoici & animantem & ſapientem eſſe contendunt: & propterea deũ.in quo tã inconſtãtes fuerunt:vt nihil dictũ ſit ab his: quod non ab iiſdem fuerit euerſum.Sic enim argumentantur:fieri nõ poſſe: vt ſenſu careat:quod ſenſibilia ex ſe generat.Mundus autẽ generat hominẽ:qui eſt ſenſu prędictus: ergo & ipſum ſenſibilẽ eſſe. Itẽ ſine ſenſu eſſe nõ poſſe:cuius pars habeat ſenſum.Igitur quia homo ſenſibilis eſt:etiam mundo:cuius pars homo eſt:ineſſe ſenſum. Prępoſitiones quidem veræſunt:& ſenſibile eſſe quod ſenſu præditum gignat: & habere ſenſum:cuius pars ſenſu aucta ſit. Sed aſſumptiones falſæ: quibus argumenta concludunt:quia neqꝫ mundus generat hominẽ: neqꝫ mundi homo pars eſt.nam hominem a principio idem deus fecit:qui & mũdũ:& nõ eſt mundi pars homo:ſicut corporis membrũ. poteſt.n.mundꝰ eſſe ſine homine:ſicut & vrbs & domus. Atqui vt domus vnius hominis habitaculum eſt:& vrbis vnius populi: ſic & mundus domicilium totius generis humani: Et aliud eſt quod incolitur: aliud quod colit.Sed illi dum ſtudent id quod falſo. ſuſceperant confirmare & ſenſibilem eſſe mundum & deum:argumentorum ſuoruꝫ conſequentia nõ viderunt.Nã ſi mũdi pars eſt. homo & ſenſibilis eſt mundus qa ſentit.Ergo quia mortalis eſt homo:mortalis ſit & mũdꝰ neceſſe eſt:nec tantũ mortalis:ſed etiã omnibꝰ morbis et paſſionibus ſubiectus:& econtrario:ſi deus eſt mũdus & partes eius vtiqꝫ immortales ſunt:ergo & homo deus eſt:quia pars eſt(vt dicitis)mundi.ſi homo: ergo iumenta & pecudes: & cætera genera beſtiarum & auium & piſciũ:quoniam illa eodem modo ſentiunt:& mundi partes ſũt.At hoc tolerabile eſt.Nã & hoc colũt ægiptij.ſed res eo nõ peruenit: vt ranæ & culices & formicæ dij eſſe videantur : quia & ipſis ineſt ſenſus ex parte mundi ſunt.Ita ſemper argumenta ex falſo petita: ineptos & abſurdos exitus habent.Quid qꝫ iidem ipſi aiunt:deorum & hominũ cauſa mũdũ eſſe conſtructum quaſi cõmunem domũ? Ergo nec mundus deus eſt: nec animas ſi conſtructus eſt: animans .n. non conſtruitur ſed naſcitur. Et ſi eſt ædificatus: & ſic vtiqꝫ tanq̃ domus: tanq̃ nauis.Eſt ergo aliquis artifex mundi deus: & ſeorſum erit mundus q factus eſt:ſeorſum ille qui fecit. Iam illud quidem repugnãs & abſurdum:qꝫ cum cæleſtes ignes:cęteraqꝫ mundi elementa deos eẽ affirmant Itẽ ipſum deum munduꝫ dicunt. Quomodo poteſt ex deorũ multoruꝫ aceruo vnus deus confici.ſi aſtra dij ſunt mundus ergo non deus ſed domicilium deorum eſt.Si vero deus mundus eſt:ergo omnia illa quę ſunt in eo dij non ſunt:ſed dei membra: quę vtiqꝫ ſoliꝰ dei nomen accipere non poſſunt. Nec.n recte quis dixerit mẽbra hoīs vnius multos hoīes eſſe:ſed tamẽ nõ ẽ ſimilis cõparatio aīal' &

mundi. Animal.n.quia ſenſu prędituȝ eſt:et membra eius habēt.ſē-ſū:nec niſi à corpore diuulſa putreſcunt. Cuius igitur rei ſimilitudinē gerit mundus? Nimirū ipſi docēt:cū factū eē ñ diffitētur: vt eſſet dijs & hoibus quaſi cōis dom⁹. Si ergo eſt constructꝰ vt dom⁹: nec ipſe deus eſt:nec elemēta quæ ſunt partes eius: quia neq; domus habere dominiū ſui poteſt:neq; illa de quibus domus conſtat. Non tantum igitur veritate:ſed etiā verbis ſuis reuincuntur. Sicut .n. dom⁹ in vſū habitandi facta per ſe nihil ſentit:dominoq; ſubiecta eſt:q eā fecit aut icolit:ita mundus per ſe nihil ſentiens:factori deo ſubiacet: qui euȝ in vſum ſui fecit.

¶Quod dupliciter peccant inſipientes : & ꝙ auaritia ſub obtētu religionis collitur:pręualente ratione: traditione maioruȝ:& qui fuerint maiores:quorum auctoritas pręiudicat veritati. Cap.VII.

DVplici ergo ratione peccatur ab inſipientib⁹.primū ꝙ elemēta.i.dei opa deo pręferūt.Deinde ꝙ elementorm ipſoruȝ figuras humana ſpecie comprehenſas colunt. Nam ſolis lunęq; ſimulachra humanum in modum formāt. Item ignis & terrę & maris q̄ illi Vulcanū:Veſtā:neptunū vocāt:nec elemētis ipſis i apto litāt. Tāta hoies imaginū cupiditas tenet: vt iā viliora dicanť,illa quæ vera ſūt auro.ſ.gēmis & ebore delectantur. Horū pulchritudo ac nitor præſtringit oculos:nec vllam religionē putant vbicunq; illa nō fulſerint. Itaq; ſub obtentu deorū auaritia & cupiditas coliť. Credūt.n.deos amare quicquid ipſi cōcupiſcūt:quicquid eſt ꝓpter quod furta: & latrocinia.& homicidia quotidie ſæuiūt:propter quod bella per totum orbē populos vrbeſq; ſubuertūt. Conſecrant ergo dijs manubias & rapinas ſuas:quos certe neceſſe eſt imbecilles eē ac ſummæ virtutis expertes:ſi ſubiecti ſunt cupiditatibus: cur enī cæleſtes eos putemus ſi deſiderāt aliquid de terra? Vel beatos:ſi aliqua re indigent? Vel incorruptos:ſi voluptati habēt ea:in quib⁹ appetendis cupiditas hoīm nō immerito damnať? Veniūt igiť ad deos.nō taȝ religionis gratia:quæ nulla poteſt eſſe in rebus male partis & corruptibilibus:q̄ vt aurum oculis hauriant.nitorem leuigati marmoris aut eboris aſpiciāt:vt inſignes lapillos & coloribus veſtes:vel diſtincta gēmis fulgentibus pocula inſatiabili contemplatione contrectent. Et quanto fuerint ornatiora templa & pulchriora ſimulachra : tanto plus maieſtatis habere credantur:adeo religio aliorū nihil aliud eſt q̄ quod cupiditas humana miratur. Hæ ſunt religiones quas ſibi a maioribus ſuis traditas pertinaciſſime tueri ac defendere perſeuerāt nec conſiderant:quales ſint:ſed ex hoc probatas atq; veras eſſe confiduntꝙ eas veteres tradiderunt: tantaq; eſt auctoritas vetuſtatis: vt inquirere in ea ſcelus eſſe dicatur Itaq; creditur ei paſſim tanquā co-

gnitæ veritati. Deniqꝫ apud Ciceronem ſic dicit Cotta Lucillo. Habes Balbe quid Cotta quid pontifex ſentiat: fac nunc ego intelligaꝫ: quid tu ſentias: a te enim philoſophę rationem religiõis accipere debeo. Maioribus autem noſtris etiam nulla ratione reddita rationis ē credere. Si credis: cur ego rationē requiris: quę poteſt efficere ne credas? Si rationem requiris & quærendam putas: ergo nõ credis. Ideo enim quæris vt eam ſequaris cum inueneris: docet te ecce ratio non eſſe veras religiones deorum: quid facies? Maiores ne potius an rationem ſequeris? Quę quideꝫ tibi non ab alio inſinuata; ſed a teipſo inuenta & electa eſt: cum omnes religiones radicitus eruiſti. Si rationem mauis: diſcedere te neceſſe eſt ab inſtitutis & auctoritate maiorum: quoniam id ſolum rectum eſt: quod ratio pręſcribit. Si autē pietas maiores ſequi ſuadet fatere igitur & ſtultos illos fuiſſe: qui excogitatis contra rationem religionibus ſeruiunt: & te ineptum qui id colas: quod falſum eſſe conuinceris. Sed tamen quoniam nobis tantopere maiorum nomem opponitur: videamus tamen qui fuerint maores illi: a quorū auctoritate diſcedi nefas ducitur. Romulus vrbem conditurus: paſtores: inter quos adoleuerat: cõuocauit. Cumqꝫ is numerus condendæ vrbi parum idoneus videretur: conſtituit aſilum. Eo paſſim confugerunt ex finitimis locis peſſimi quique ſine vllo cō ditionis diſcrimine. Ita conflauit ex his omnibus populum: legitqꝫ ī ſenatum eos: qui ętate anteibant: & patres appellauit: quorum conſilio gereret omnia de quo ſenatu Propertius elegiarum ſcriptor hæc loquitur. Buccia cogebat priſcos ad verba quirites Centum. illi ī prato ſæpe ſenatus erat. Curia prętexto nunc quę nitet alta ſenatu: Pellitos habuit ruſtica corda patres. Hi ſunt patres: quorum decretis eruditi ac prudentes viri deuotiſſime ſeruiebant. Idqꝫ verum ac immutabile omnis poſteritas iudicet: ꝙ centum pelliti ſenes ſenatum eſſe voluerunt. quos tamen (vt in primo libro dictuꝫ eſt.) Pompilius illexit vt vera crederent eſſe ſacra: quę ipſe tradebat. Eſt vero ꝙ illoruꝫ auctoritas tanti habeatur a poſteris: quos nemo cum viuerent: neqꝫ ſummus neqꝫ infimus affinitate dignos iudicauit.

Cicero. auctor Cotta Lucilius.

Romulus

### Quod ratione potius innitendum eſt: & quæ miracula ſcripta ſunt ad confirmationem erroris multorum. Cap. VIII

Quare oportet in ea re maxime: in qua vitæ ratio verſat̄ ſibi quēqꝫ confitere: ſuorum iudicio ac proprijs ſenſibus niti ad inueſtigandam & perpendendam veritatem: q̄ credentem alienis erroribus decipi: tanq̄ ipſum rationis expertē. Dedit omnibꝰ deus pro virili portione ſapientiaꝫ: vt & inaudita inueſtigare poſſent & audita perpendere. Nec quia nos illi tēporibꝰ anteceſſerunt. ſapientia quoqꝫ anteceſſerunt: quę ſi oibus ęqualiter datur

occupari ab antecedentibus non poteſt. Illibabilis eſt tanq̃ lux & claritas ſolis: quia vt ſol oculorum. ſic ſapiẽtia lumen eſt cordis humani Quæ cum ſapere. i. veritatem quęrere omnibus ſit innatum ſapientiam ſibi adimunt: qui ſine vllo iudicio inuẽta maiorũ probant: & ab alijs pecudum more ducũtur. Sed hoc fallit: ꝙ maiorũ nomine poſito non putant fieri poſſe: vt aut ipſi plus ſapiant: quia minores vocantur: aut illi deſipuerint: quia maiores nominantur. Quid ergo impedit: quin ab ipſis ſumamus exemplum? aut quomõ illi qui falſa inuenerant: poſteris tradiderunt: ſic nos qui verũ inuenimus: poſteris meliora tradamus. Supereſt ingens quęſtio: cuius diſputatio non ab ingenio ſed a ſcientia venit: q̃ pluribus explicanda erit: ne quid dubium omnino relinquatur: Nam fortaſſe aliquis ab illa cõfugiat quę a multis & non dubijs traduntur auctoribus: eos ipſos quos docuim⁹ deos non eſſe: maieſtatem ſuam perſępe oſtendiſſe & ꝓdigijs: & ſomnijs & augurijs & oraculis. Et ſane multa enumerari poſſunt digna miracula. In primis illud quod Actius nauius ſummus augur cum Tarquinum Priſcum cõmoneret: vt nihil noui facere inciperet: niſi prius eẽt inauguratus: eiq́ꝫ rex artis eius eleuans fidem diceret. vt conſultis auibus renunciaret ſibi vtrum ne fieri poſſet id quod ipſe animo cõcepiſſet: affirmaretq́ꝫ Nauius poſſe. Cape igitur hanc inquit cotẽ. eamq́ꝫ nouacula diſijce. at ille incõtãter accepit ac ſecuit. Deinde illd̃ quod Caſtor & Pollux bello latino apud lacuꝫ Iuturnæ viſi ſunt equorum ſudorem abluentes: cum ędes eorum: quę iuncta fonti erat: ſua ſpõte patuiſſet: Idem bello macedonico equis albis inſidentes. P. Vatieno Romã nocte venienti: ſe obtuliſſe dicuntur: nunciantes eo die regem Perſen victum atq́ꝫ captum: quod paucis poſt diebus litteræ Pauli verum fuiſſe docuerũt. Illud etiã mirabile: ꝙ ſimulacrũ fortunę muliebri non ſemel locutũ eſſe traditur. Item Iunonis Monetæ cuꝫ captis Veijs ex militibus ad eam transferandã miſſus vnus iocabund⁹ ac ludens interrogaret: vtrũ ne Romã migrare vellet? reſpõdit velle. Claudia quoq́ꝫ proponitur in exẽplo miraculi. Nã cum ex libris Sibyllinis Idæa mater eſſet accita: & in vado Tyberini fluminis nauis in qua vehebatur hęſiſſet: nec vllo mõ aut vlla vi cõmoueretur. Claudiã ferũt: q̃ ſemp ĩpudica eſſet habita: ob nimios corporis cultus deam ſubmiſſis genibus oraſſe: vt ſi ſe caſtaꝫ iudicaret ſuũ cingulũ ſequeretur. Ita nauiꝫ quę ab oĩ iuuẽtute nõ valuit cõmoueri: ab vna muliere eſſe cõmotã. Illud eque mirũ: ꝙ lue ſæuiẽte Aeſculapius Epidauro accitus vrbẽ Romã diuturna peſtilẽtia liberaſſe ꝓhibetur. Sacrilegi quoq́ꝫ numerari poſſunt: quorũ præſentibus pœnis iniuriã ſuam dij vindicaſſe creduntur: Appius Claudius cenſor: cum aduerſus reſpõſũ ad ſeruos publicos ſacra Herculis tranſtuliſſet: luminibus orbat⁹ ẽ. Et potitios

Miracula

rum gens quæ prodidit: intra vnius anni tēpus extincta eſt. Item cenſor Fuluius cum ex Iunonis Laciniæ templo marmoreas tegulas ſuſtuliſſet: quibus ædem deę Fortunæ equeſtris: quam Romæ fecerat tegeret: mente captus eſt: & amiſſis duobus filijs in Illyrico militantibus: ſummo animi mœrore conſumptus eſt. Præfectus etiam marci Antonij Turullius cum apud Choos euerſo Aeſculapij luco claſſem feciſſet: eodē poſtea luco a militibus Cęſaris eſt interfectus. His exēplis adiungitur Pyrrhus: qui ſublata ex theſauro Proſerpinę Locrenſis pecunia naufragium fecit: ac vicinis deę littoribus illiſus eſt: vt nihil prętter eam pecuniam incolume reperiretur. Ceres quoq͂ Mileſia multum ſibi apud homines venerationis adiecit: Nam cū ab Alexandro capta ciuitas eſſet: ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſēt: omnium oculos repente obiectos fulgor ignis extinxit. Reperiūt̄ etiam ſomnia: quę vim deorum videantur oſtendere. Tyberio nāq͂ Attinio homini plebeio per quietem obuerſatus eſſe Iuppiter dicitur: & præcepiſſe vt conſulibus & ſenatui nunciaret ludis circēſibus ꝓximis pręſultorem ſibi diſplicuiſſe: q̄ Antonius maximus quidam verberatuꝫ ſeruuꝫ ſub furca medio circo ad ſuppliciū duxerat: ideoq͂ ludos iſtaurari oportere. Quod cum ille neglexiſſet. eodem die filiū perdidiſſe: ipſe autem graui morbo eſt correptus. Et cum rurſus eādē imagineꝫ cerneret: quęrētē ſatis ne pœnarū ꝓ neglecto īperio pependiſſet: lectica delatus ad cōſules: & oī re ī ſenatu expoſita recepiſſe corporis firmitatem: ſuiſq͂ pedibus domum rediјſſe. Illud quoq͂ ſomnium non minoris fuit admirationis: quo Cęſar Auguſtus dr̄ eſſe ſeruatus. Naꝫ cuꝫ bello ciuili Brutiano īplicitus graui morbo abſtinere a pręlio ſtatuiſſet: medico eius Artorio Mineruę ſpecies obſeruata eſt: monens ne propter corporis ībecillitatē caſtris ſe cōtineret Cęſar. Itaq͂ ī aciē lectica perlatus eſt. Eodemq͂ die a Bruto caſtra capta ſunt. Multa p̄terea exempla ſimilia poſſunt proferri: ſed vereor ne ſi fuero ī propōne reruꝫ contrariarum diutius īmoratus: aut oblitus eſſe propoſiti videar: aut crimen loquacitatis īcurram. Somnia.

¶ Quod per īuidiam diaboli ītrauit mors: & pullularunt radices errorum. Et q̄ deus ipſe natura ē: q materiam primordialeꝫ & oīa fecit ex nihilo. Cap. IX.

Exponam igr̄ oīm iſtorum rōnem: quo facilius res difficiles & obſcurę itelligantur: & has omēs ſimulati numinis pręſtigias reuelabo: quibus inducti homines a veritatis via longius receſſerunt: ſed repetam longe altius: vt ſi quis ad legendum expers veri & ignarus acceſſerit: inſtituatur atq͂ intelligat quod tandem ſit caput horum & cauſa malorum & lumine accepto: ſuos ac totius generis humani perſpiciat errores.

Sicut mater ſine exemplo genuit auctorem ſuum: ſic ineffabiliter pater genuiſſe credendus eſt coæternum. De matre natus eſt: qui ante iam fuit de patre: qui aliquando non defuit. Hoc fides credat: intelligentia non requirat. Ne aut non inuentum putet incredibile: aut repertum non credat ſingulare. Cum eſſet deus ad excogitandum prudentiſſimus: ad faciendum ſolertiſſimus: anteq̃ ordiretur hoc opus mundi: quoniam pleni & conſummati boni fons in ipſo erat: ſicut eſt ſemper: vt ab eo bono tanq̃ riuus oriretur: longeq́ȝ proflueret: ꝓduxit ſimilem ſui ſpiritum: qui eſſet virtutibus dei patris præditus. Quomodo autem id voluerit: in quarto docere conabimur libro Deinde fecit alterum in quo indoles diuinæ ſtirpis non permanſit. Itaq́ȝ ſuapte inuidia tanq̃ veneno infectus eſt: & ex bono ad malum tranſcẽdit ſuoq́ȝ arbitrio quod a deo illi liberum datum fuerat: contrarium ſibi nomen adſciuit. Vnde apparet cunctoruȝ malorum fontem eſſe liuorem. Inuidit. n. illi anteceſſori ſuo: qui deo patri perſeuerando tũ probatus: tum etiam carus eſt. Hunc ergo ex bono per ſe malum effectũ græci Διαβολον appellant: nos criminatorem vocamus: ꝙ crimina in quæ ipſe illiſit: ad deum deferat. Exorſus igitur deus fabricam mundi: illuȝ primum & maximum filium præfecit operi vniuerſo: eo q́ȝ ſimul & conſiliatore vſus eſt & artifice in excogitandis: ornandis perficiendiſq́ȝ rebus: quoniam is & prudentia: & ratione & poteſtate perfectus eſt: de quo nunc perſius: ꝙ alio loco & virtus & nomẽ eius & ratio in enarrãda nobis erit. Nemo querat ex quibus iſta materijs tam magna: tam mirifica opera deus fecerit. Omnia. n. fecit ex nihilo: Nec audiendi ſunt poetæ: qui aiunt chaos in principio fuiſſe ideſt confuſionem rerum atq́ȝ elementorum. Poſtea vero deum diremiſſe omnem illam congeriem: ſinguliſq́ȝ rebus ex confuſo aceruo ſepatis in ordinemq́ȝ deſcriptis: inſtruxiſſe mundum pariter & ornaſſe: q̄bus facile eſt reſpondere poteſtatem dei non intelligentibus: quem credunt nihil efficere poſſe niſi ex materia ſubiacente ac preparata: in quo errore etiam philoſophi fuerunt. Nam Cic. de natura deorũ diſputans ait ſic. Primum igitur non eſt probabile eam materiam rerũ: vnde orta ſunt omnia: eſſe diuina prouidentia effectam. Sed habere & habuiſſe vim: & naturam ſuam. Vt igitur faber cum quid ædificaturus eſt: nõ ipſe facit materiam: ſed ea vtitur quæ ſit parata: fictorq́ȝ item cæra: ſic iſti prouidentiæ diuinę materiam pręſto eſſe oportuit: non quaȝ ipſe faceret: ſed quam haberet paratã. Quod ſi nõ eſt a deo materia facta: ne terra quidẽ: & aqua: & aer: & ignis a deo factus eſt O quam multa ſunt vitia in his decem verſibus. Primum ꝙ is qui in alijs diſputationibus & libris fere omnibus prouidentię fuerit aſſertor: & qui acerrimis argumentis impugnauerit eos qui prouidentiaȝ

Contra Ciceronẽ.

non eſſe dixerũt: Idem nunc quaſi proditor aliquis aut tranſfuga ꝓuidentiam conatus eſt tollere: in quo ſi contradicere velis: nec cogitatione opus eſt: nec labore: ſua illi dicta recitãda ſunt. Nec enim ab vllo poterit Cicero q̃ a Cicerone vehementius refutari. Sed concedamus hoc more & inſtituto academicorũ: vt liceat hominibus valde liberis dicere ac ſentire quę velint: ſententias ipſius conſideremus. Non eſt inquit probabile materiam rerum adeo factam. Quibꝰ hoc argumẽtis probes. Nihil enĩ dixiſti quare hoc nõ ſit probabile: Itaq̃ mihi econtrario vel maxime probabile videtur: nec tamen temere videtur cogitanti plus eſſe aliquid in deo: quẽ profecto ad imbecillitatem hominis redigis: cui nihil aliud q̃ opificium concedis; Quomodo igitur ab homine diuina illa vis differret: ſi vt homo: ſic etiam deus ope indigeat aliena? Indiget autẽ ſi nihil moliri poteſt: niſi ab altero illi materia miniſtretur. Quod ſi fit: imperfecte vtiq̃ virtutis ẽ & erit iam potentior iudicandus materiæ inſtitutor. Quo igitur nomine appellabitur qui potentia deum vincit? Siquidem maius ẽ propria facere: q̃ aliena diſponere. Si autem fieri non poteſt: vt ſit potentius deo quicq̃: quem neceſſe eſt perfectæ eſſe virtutis poteſtate rationis. Idem igitur materię fictor eſt. qui & rerum ex materia conſtantium (Neq̃ enim deo non faciente & inuito) eſſe aliquid: aut potuit aut debuit. Sed probabile eſt inquit materiaꝫ rerum & habere & habuiſſe naturam ſuam & vim: quam vim potuit habere nullo dante? quam naturam nullo generante? Si habuit vim: ab aliquo eam aſſũpſit. A quo autẽ ſumere niſi a deo potuit? ſi habuit naturam: quæ vtiq̃ a naſcendo dicitur: nata eſt: a quo autem niſi a deo potuit procreari? Natura enim qua dicitur orta eſſe omnia: ſi conſilium non habet: efficere nihil poteſt. Si autem generandi aut faciendi potens eſt: habet ergo conſiliũ: & propterea deus ſit neceſſe eſt. Nec alio nomine appellari poteſt ea vis: in qua ineſt & prouidentia excogitandi: & ſollertia poteſtaſq̃ faciendi. Melius igitur Seneca omniuꝫ ſtoicorũ acutiſſimus qui vidit nil aliud eſſe naturam q̃ deum. Ergo inquit deum non laudabimus: cui naturalis eſt virtus: nec enim illam didicit ex vllo: immo laudabimus: quanuis enim naturalis illa ei ſit: ſibi illam dedit: quoniam deus ipſa natura eſt. ¶ Igitur ortũ rerũ tribuis naturæ ac detrahis deo? Cur in eodem luto hęſitans / verſuram ſoluis. A quo enim fieri negas: ab eodem plane fieri mutato nomine confiteris: ſequitur ineptiſſima comparatio: vt.n. faber iquit cum quid ędificaturus eſt: non ipſe facit materiam: ſed vtitur ea: quę ſit parata: fictorq̃ item cæra. Sic iſti prouidentiæ diuinæ materiam eſſe præſto oportuit: non quã ipſe faceret: ſed quam haberet paratam: immo vero nõ oportuit. Erit.n. deus minoris poteſtatis; ſi ex parato facit: quod eſt

Natura q̃ & vnde.

Seneca ſtoicorum acutiſſimꝰ

Natura idem qđ deus.

Verſuram ſoluis.

hominis faber.n.ſine ligno nihil ædificat:quia lignum ipſum facere non poteſt.Non poſſe autẽ imbecillitatis eſt humanæ: deus vero facit ſibi ipſe materiã quia poteſt.Poſſe.n.dei eſt:nã ſi non poteſt:de⁹ non eſt. Homo facit ex eo quod eſt: quia per mortalitatẽ imbecillis eſt: per imbecillitatẽ definitæ ac modicę poteſtatis. Deus autẽ facit ex eo quod non eſt:quia per æternitatem fortis eſt:per fortitudinem poteſtatis immenſę:quę fine ac modo caret:ſicut vita factoris.Quid ergo mirũ ſi facturus mũdũ deus: prius materiam de qua faceret: p̃parauit ex eo quod non erat:quia nefas eſſet deum aliunde aliquid mutuari:cũ i ipſo vel ex ĩpo ſint oia: Nã ſi eſt aliquid ante illũ factũ & quicquã non ab illo factum eſt:poteſtatem dei & nomen amittet. At.n.materia nunquam facta eſt:ſicut deus qui ex materia fecit mũdum. Duo igitur conſtituuntur ęterna:& quidem inter ſe contraria: quod fieri ſine diſcordia & pernicie non poteſt. Collidant enim neceſſe eſt ea:quorum vis & ratio diuerſa eſt:ſic vtraq; æterna eſſe non poterunt:ſi repugnant:quia ſuperare alterum neceſſe eſt. Ergo fieri non poteſt quin æterni natura ſit ſimplex:vt inde omnia velut ex fõte deſcẽderint. Itaq; aut deus ex materia ortus ẽ aut materia ex deo quid horũ ſit verius:facile eſt intelligi. Ex his.n.duobus alterum ſenſibile eſt:alterũ caret ſenſu. Poteſtas faciendi aliquid non poteſt eſſe niſi in eo quod ſentit quod ſapit: quod cogitat:quod mouetur. Nec incipi aut fieri:aut cõſummari quĩq̃ poteſt:niſi fuerit ratione pręuiſum. Et quemadmodum fiat:anteq̃ eſt:aut quemadmodum conſtet poſtq̃ fuerit effectum. Deniq; is facit aliquid:qui habet voluntatem ad faciendum:& manus ad id quod voluit implendũ. Quod autem inſenſibile eſt.iners:& torpidũ:ſemper iacet nihil inde oriri poteſt:. vbi nullus eſt motus voluntarius: nam ſi omne animal ratione conſtat:certe naſci ex eo non poteſt:quod ratione pręditum non eſt:nec aliunde accipi poteſt: id quod ibi vnde petitur non eſt. Nec tamen commoueat aliquem:q̊ animalia quædam de terra naſci videntur. Hęc.n. non terra per ſe gignit: ſed ſpiritus dei:ſine quo nihil gignitur. Non ergo deus ex materia:quia ſenſu prędítũ ex inſenſibili: ſapiens ex Bruto:impatibile de patibili:expers corporis de corporali nunq̃ poteſt oriri:ſed materia potius ex deo eſt. Quicquid.n.eſt ſolido & contractabili corpore:accepit externã vim:quod accepit vim diſſolubile eſt: quod diſſoluit interibit quod interit: ortũ ſit neceſſe eſt:quod ortum eſt habuit fontem vnde oriretur.i.factorem aliquẽ ſentientem prouidum peritumq; faciendi. Is eſt profecto nec vll⁹ alius q̃ deus Qui quoniam ſenſu:ratione:prudentia:poteſtate:virtute præditus eſt; & animantia & inanimata creare & efficere poteſt: quia tenet quomodo:quidq; ſit faciẽdum. Materia vero ſẽper fuiſſe

Mundus a deo factus ex nihilo.

Patibile. Impatibile.

nõ poteſt:q̃a mutationẽ non caperet:ſi fuiſſet. Quod.n.ſemp fuit ſẽ per eẽ nõ deſinit:& vñ abfuit prĩcipiũ:ab eiſe hinc etiã finẽ neceſſe eſt. Quinetiã facilius eſt vt id quod habuit initium:fine careat:q̃ vt habeat finem:quod initio caruit. Materia ergo ſi facta non eſt: nec fieri ex ea quicq̃ poteſt. Si fieri ex ea nõ poteſt:nec materia quidem erit. Materia enim eſt ex qua fit aliquid. Omne autẽ ex quo fit: q̃a recipit opificis manum deſtruitur:& aliud eſſe icipit. Ergo quoniã finem habuit materia tum cum factus eſt ex ea mundus:& initium quoqȝ habuit. Nã quod deſtrui tur:ædificatum ẽ:quod ſoluitur. alli gatum:quod finitur:incœptum eſt. Si ergo ex commutatione ac fi ne materia colligit̃ habuiſſe principiũ:a quo alio fieri niſi a deo po tuit? Solus igitur de9 eſt qui factus non eſt:& icciirco deſtruere alia poteſt:ip ſe deſtrui non poteſt:permanebit ſemper in eo qđ fuit: q̃a non eſt aliunde generatus nec ortus:nec natiuitas eius ex aliqua re alia pendet: quę illum mutata diſſoluat. Ex ſe ipſo eſt:vt in prĩo di ximus libro. Et ideo talis eſt:qualẽ ſe eſſe voluit:impaſſibilis:imuta bilis:incorruptus:btũs:ætern9 ¶ Iã vero illa concluſio qua ſenten tiam terminauit Tullius multo abſurdior:qꝫ ſi materia (inq̃t) a deo non eſt facta:nec terra quidem:& aqua:& aer:& ignis a deo fact9 ẽ Qꝫ callide periculũ præteruolauit. Sic enim ſuperius illud aſſum pſit:tanq̃ probatiõe non indulgeret:cum id multo eſſet incertius q̃ illud propter qđ aſſumptum eſt. Si nõ eſt inquit a deo facta materia nec mũdus a deo factus eſt. Ex falſo maluit colligere qđ falſum eſt: q̃ ex vero quod verum. Et cum debeant incerta de certis ꝓbari:hic ꝓbationẽ ſumpſit ex incerto:ad euertendũ quod erat certuʒ Nam diuina prouidentia effectũ eſſe mundum:vt taceant de maxio Triſ megiſtro:qui hoc prędicat:taceam de carminibus Sybillarum:quæ idem nunciant. taceam de prophetis: qui opus mundi ac opificiuʒ dei vno ſpiritu ac pari voce teſtantur:etiaʒ inter philoſophos pene vniuerſos cõueuit. Idem etiam Pythagorici:ſtoici:peripatherici: q̃ ſunt principales omnium diſciplinæ. Deniqȝ a primis illis ſeptẽ ſa pientibus:vti a Socrate vſqȝ ad Platonem pro confeſſo & indubita to habitũ eſt:donec vnus multis poſt ſæculis extitit delirus Epicu rus:qui auderet negare id quod eſt euidẽtiſſimum:ſtudio ſcilicet in ueniendi noua vt nomine ſuo cõſtitueret diſciplinam. Et quia nihil noui potuit reperire:& tamẽ diſſentire a cæteris videret̃:vetera vo luit vertere:in quo illum circunlatrãtes philoſophi omnes coargue runt. Certius eſt igit̃ mundum prouidentia ĩſtructũ:q̃ materiã pro uidẽtia cõglobatã. Quare nõ oportuit putare icciirco mũdũ nõ eſſe diuina ꝓuidentia factũ:quia materia eius diuina ꝓuidẽtia facta nõ ſit:ſed quia mundus diuina prouidentia ſit effect9 etiam materiam

Materia quid

De9 ſcʒ pſ ex ſeipſo ẽ.i.ex nul lo.vti pri mo diximus libro vbi decla ratur in fa ctus & in genit9

eſſe factam diuinitus. Credibilius eſt.n. materiã potius adeo factã: quia deus omnia poteſt: q̃ mundum adeo nõ eſſe factum: quia ſine mẽte ratione conſilio nihil fieri poteſt. Verũ hæc non Ciceronis eſt culpa ſed ſectę. Cum enim ſuſcepiſſet diſputationem: qua deorum naturã tolleret: de qua philoſophi garriebant: omnem diuinitatē ignorantia veri putauit eſſe tollendam. Itaq̃ deos potuit tollere: q̃a non erant. Cum autem prouidentiam diuinã quę eſt in vno deo conaretur euertere: quia contra veritatem niti cœperat: deficientibus argumẽtis: in hanc foueam neceſſario decidit: vnde ſe extricare nõ poſſet. Hic ergo illum teneo hærentem teneo defixũ: quia Lucilius: qui cõtra differebat: obmutuit. Hic eſt ergo cardo rerum: hic vertũtur omnia. Explicet ſe Cotta (ſi poteſt) ex hac voragine proferat argumenta: quibus doceat ſemper fuiſſe materiam: quam nulla prouidentia effecerit. Oſtendat quomodo quicquam ponderoſũ & graue. aut eſſe potuerit ſine auctore: aut immutari valuerit: ac deſierit eſſe quod ſemper fuit: vt inciperet eſſe quod nunquam fuit. Quæ ſi docuerit tum demum aſſentiar: ne mundũ quidem diuĩa ꝓuidẽtia conſtitutum: & tamen ſic aſſentiar: vt aliis illum laqueis teneã. Eodem.n. quo nollet reuoluetur: vt dicat & materiam. de qua mundus eſt: & mundũ qui de materia eſt: natura extitiſſe: cum ego ipſam naturam deũ eſſe contendã. Nec.n. poteſt facere mirabilia ideſt maxima ratione conſtantia: niſi qui habet mentem: prouidentiam: poteſtatem. Ita fiet vt deus fecerit omnia: nec quicq̃ eſſe poſſit omnino quod non originem a deo traxerit. ¶ At idẽ quotiens Epicureus ẽ: & non vult a deo factum eſſe mundum: quærere ſolet quibus manibus: quibus machinis: quibus vectibus: qua molitione hoc tantum opus fecerit. Videret fortaſſe: ſi eo tempore potuiſſet eſſe: quo deus fecit. Sed ne perſpiceret homo dei opa: noluit eum inducere in hũc mundum: niſi perfectis omnibus: ſed ne iduci quidẽ poterat. Quo modo.n. ſubſiſteret cum fabricaretur deſuper cælũ: terra ſubtus fũdaretur: cũ fortaſſe humida vel nimiis rigoribus corporata concreſcerent: vel igneis caloribus incocta & ſolidata dureſcerẽt. Aut quo modo viueret ſole nondum inſtituto: nec frugibus ac aĩalibus natis? Itaq̃ neceſſe fuit hominem poſtremo fieri: cum iam mundo cæteriſq̃ rebus manus ſumma eſſet impoſita. Deniq̃ ſanctę litterę docent hominem fuiſſe vltimum dei opus: & ſic inductũ fuiſſe in hũc mundum: quaſi in domum iam paratam & inſtructam. Illius.n. cauſa facta ſunt omnia. ¶ Idẽ etiam poetę fatentur. Ouidius perfecto iam mũdo & vniuerſis animalibus figuratis hoc addidit. Sanctius his animal mentiſq̃ capacius altę De erat adhuc: & quod dominari in cętera poſſet. Natus homo eſt adeo nefas eſtimandũ ẽ ea ſeru

Cice. locus ex libr. de deorũ natura

Lucilli

Cottę cõfutatio q ponebat materiã i effectam.

Qua rõne deus vltio hoiẽ creauit.

hõ vltimũ dei opus.

Ouidius auctor

tari:que deus voluit eſſe cęlata. Verum ille non audiendi aut diſcēdi ſtudio requirebat:ſed refellendi:quia cōfidebat neminē id poſſe dicere. Quaſi vero ex hoc putandum ſit non eſſe hæc diuinitus facta:quia quomodo facta ſint:non poteſt prouideri. An tu ſi educatus in domo fabrefacta & ornata nullam vnq̄ fabricam vidiſſes:domum illam putaſſes non ab homīe eſſe ædificatam:quia quomodo ædificetur ignorares? Idem ꝑfecto de domo:quæreres:quod nunc de mundo requiris:quibus manibus:quibus ferramentis homo tāta eſſet opera molitus maxime ſi ſaxa ingentia:immenſa cæmenta:vaſtas columnas:opus totum ſublime & excelſū videres. Nōne hęc tibi humanarū virium modum viderentur excedere? quia illa non tam viribus:q̄ ratione atq; artificio facta eſſe neſcires. Quod ſi homo in quo nihil perfectum eſt tamen plus efficit ratione:q̄ vires eius exiguæ patiantur:quid eſt:cur incredibile tibi eſſe videatur: cum mūdus dicitur factus a deo:in quo (quia perfectus eſt) nec ſapientia poteſt habere terminum:nec fortitudo menſuram? Opera ipſius vidētur oculis. quomodo autem illa fecerit:ne mente quidem videtur: quia (vt Hermes ait) mortale immortali temporale ꝑpetuo: corruptibile incorrupto propinquare nō poteſt. i. propius accedere: & itelligentia ſubſequi:& ideo terrenū adhuc animal rerum cæleſtiu; perfectionem non capit:quia corpore quaſi cuſtodia ſeptu; tenet: quo minus ſoluto ac libero ſenſu cernat omnia. Sciat igitur q̄ inepte faciat:qui res inenarrabiles q̄rit. Hoc eſt enim modum conditionis ſuæ tranſgredi:nec intelligere quouſq; homini liceat accedere. Deniq; cum apperiret homini veritatem deus:ea ſola ſcire nos voluit: quæ interfuit hominē ſcire ad vitā cōſequēdā. Quæ vero ad curioſā & profanā cupiditatē pertinebāt:reticuit:vt arcana eſſent. Quid ergo quęris q̄ nec potes ſcire? Nec ſi ſcias beatior fias. Perfecta eſt i homīe ſapiētia:ſi & deū eē vnū:& ab ipſo eē facta vniuerſa cognoſcat.

¶Quod deus quattuor elemēta diſtinxit:& quattuor qualitates:& quattuor tpa:& quod ex calore & humore ſit vita:& quare hoīes igne. cętera animalia aqua magis vtantur. Cap. X.

NVnc quoniā refutauim⁹ eos:qui de mūdo & factore eius deo aliter ſētiūt q̄ veritas habet:ad diuinā mūdi fabricā reuertamur:de qua in arcanis ſāctæ religiōis litteris tradit. Fecit igit de⁹ primū oiū cęlū. & in ſublīe ſuſpēdit: quod eēt ſedes ipſi⁹ dei cōditoris Deīn terrā fūdauit ac cęlo ſubdidit:quā hō cū cęteris aialiū generibus icoleret. Eā voluit humore circūflui & cōtineri:ſuūq; habitaculū diſtīxit claris lumībus & impleuit ſole ſcilicet lunęq; orbe fulgēti:& aſtrorū micātiū ſplēdētib⁹ ſignis adornauit:tenebras aūt (qđ ē his cōtrariū) cōſtituit in terra. Nihil enim

Suū q; habitaculu; diſtinxit claris lūinib⁹ & impleuit. Iuxtā ſcripturā deus oia iplet. habitaculū tñ dei ꝑprie dr̄ cælū Empyreū: ſupra cęlū criſtalinū & firmamtū ꝑ q̄ triplici cælo ſil'la ctātis acci per vr̄ hiç cęlū ſiue habitaculū dei. niſi dicam⁹ habitaculu; di ēt adornari diffuſis aſtro; ſplendorib⁹ aliove pacto Ne q; ei iepte dr̄ rex re. ſtellato ſedere ſolio idē intellige circa id qđ ſeqt ſupos & vitā ꝑpetuiſ i cęlo poſitam

per ſe continet luminis:niſi accipiat a cęlo:in quo poſuit lucē perē, nem:& ſuperos/& vitā perpetuā.Et cōtra in terra tenebras & infe, ros & mortem.Tanto eñ hæc ab illis ſuperio ribus diſtant:quātum mala a bonis. & vitia a virtutib⁹.Ipſius quoq₃ terræ binas partes cō trarias inter ſe diuerſaſq₃ conſtituit.ſ.orientē occidenteq₃:ex quibus oriens deo ſimilis cenſetur:quia ipſe luminis fons& illuſtrator eſt re rum:& ꝙ oriri nos faciat ad vitam ſempiternā.Occidēs aūt contur batę illi prauæq₃ menti aſcribitur:ꝙ lumē obſcōdat.ꝙ tenebras ſē, per inducat.Et ꝙ hoies facias occidere:atq₃ interire peccatis.Nam ſicut lux orientis eſt:in luce autem vitę ratio verſatur:ſic occidentis tenebræ ſunt.In tenebris aūt mors & interius continetur.Deinde al teras partes eadē ratione dimenſus eſt:meridiē ac ſeptētrionē:quæ partes illis duabus ſocietate iunguntur.Ea.n.quę eſt ſolis calore fla grantior:proxima eſt:& cohæret orienti.At illa quę frigorib⁹& per petuo gelu torpet:eiuſdē ēſt cuius extremus occaſus. Nā ſicut con, trarię ſunt lumini tenebræ:ita frig⁹ calori. Vt igitur calor lumini ē proximus:ſic meridies orienti.Vt frig⁹ tenebris:ita plaga ſeptētrio nis occaſui quibus ſingulis partibus ſuum tp̄s attribuit. Ver.ſ.orien ti:æſtatē meridiōali plagę:occidēti autūnus eſt ſeptētrioni hybem⁹ In his quoq₃ duab⁹ partib⁹:meridionali & ſeptentrionali figura vi, tæ & mortis continetur:quia vita in calore eſt:mors i frigore. Sicut aūt calor ex igne eſt:ita frigus ex aqua.Secundū harū partiū dimen tionem diē quoq₃ fecit ac noctē:quę ſpacia & orbes temporum ppe tuos ac volubiles quos vocamus annos:alterna p vices ſucceſſiōe cō ficiant.Dies quē prim⁹ oriens ſubminiſtrat/dei ſit neceſſe ē: vt om, nia quæcunq₃ meliora ſunt.Nox aūt quē occidens extremus indu, cit:eius.ſ.quē dei eſſe æmulū diximus. Quæ duo etiā in hoc præſ, cius futurorū deus fecit:vt ex his & vere religionis:& falſarū ſuper ſtitionū imago quædā oſtenderet.Nā ſicut ſol qui oritur in diē licet ſit vnus:vnde ſolē eſſe appellatū Cicero vult videri:ꝙ obſcuratis ſi deribus ſolus appareat:tñ quia verū ac perfectæ plenitudis lumen eſt:& calore potiſſimo & fulgore clariſſimo illuſtrat oīa: ita in deo licet ſit vnus:& maieſtas & virtus & claritudo pfecta ē.Nox aūt quā prauo illi Antithęo dicimus attributā:eius ipſius multas & varias religiones p ſimilitudinē demōſtrat.Quanuis.n.ſtellæ innumerabi les micare ac radiare videant:tamē quia nō ſūt plena ac ſolida lumi na:nec caloris pferunt quicquā:nec tenebras multitudine ſua vin, cunt.Duo igitur illa principalia inueniunt:quæ diuerſam & contra riā ſibi habent poteſtatē:calor & humor quę mirabiliter deus ad ſu ſtētanda & gignēda omnia excogitauit:nam cum virtus dei ſit in ca lore & igni:niſi ardorē vimq₃ eius admixta humoris ac frigoris ma

Terra te, nebris ob obducta.

Oriens. Occidens

Ver oriē, tis. Eſtas meridiei. Autūnus occidētis. Hyēs ſep tē trionis. Ann⁹ qd Sol vnde.

Antithe⁹ .i.dei ad, uerſarius.

Calor & hūor oīa gignunt.

teria temperaſſet:nec naſci quicquã:nec cohærere potuiſſet:qui ſtatim conflagratione interiret/quicquid eſſe cœpiſſet. Vnde & philoſophi quidam & poetę diſcordi concordia mundum conſtare dixerũt ſed rationem penitus non viderunt. Heraclytus ex igne nata eſſe omnia dixit. Tales Mileſius ex aqua. Vterq; vidit aliquid:ſed errauit tamen vterq; quod alterutrum ſi ſolum fuiſſet:neq; aqua naſci ex igne potuiſſet:neq; rurſus ignis ex aqua. Sed eſt verius ſimul ex vtroq; pmixto cuncta generari. Ignis quidem permiſceri cum aqua non poteſt: quia ſunt vtraq; inimica: & ſi cominus venerint:alterutrũ quod ſuperauerit conficiat alterum neceſſe eſt: ſed eorum ſubſtantiæ permiſceri poſſunt. Subſtantia ignis calor eſt:aquę humor. Heraclytus. Tales Mileſius.

Recte igitur Ouidius.

Quippe vbi temperiem ſumpſere humorq; calorq;. Ouidij loc⁹ ex prio met.
Concipiunt:& ab his oriuntur cuncta duobus:
Cumq; ſit ignis aquæ pugnax:vapor humidus omnis
Res creat:& diſcors concordia fœtibus apta eſt.

Alterum enim quaſi maſculinum elementum eſt/alterum quaſi fœmineũ:alterum actiuũ/alterum patibile. Ideoq; a veteribus inſtitutum eſt:vt ſacramento ignis & aquę nuptiarum fœdera faciantur:q; fœtus animantium calore & humore corporentur: atq; animentur ad vitam. Cum enim conſtet omne animal ex anima & corpore: materia corporis in humore eſt:animę in calore. Quod ex auium fœtibus datur ſciri:quos craſſi humoris plenos niſi opifex calor fouerit: nec humor poteſt corporari: nec corpus animari. Nuptiarũ fędera aq̃ & igni faciuntur.

¶ Exulibus quoq; ignis & aqua interdici ſolebat. adhuc.n. videbatur nefas:q̃uis malos tamen homines ſupplicio capitis afficere. Interdicto igitur vſu earum rerum:quibus vita conſtat hominum/perinde habebatur:acſi eſſet qui eã ſententiam exceperat:morte mulctatus. Adeo iſta duo elementa prima ſunt habita:vt nec ortum hominis: nec ſine his vitã crediderint poſſe conſtare. Horum alterum nobis commune eſt cũ cęteris animantibus:alterum ſoli homini datum. Nos enim quoniã cęleſte atq; immortale animal ſumus:igne vtimur:qui nobis in argumentum immortalitatis datus eſt:quoniam ignis e cęlo eſt: cuius natura:quia mobilis eſt:& ſurſum nititur:vitæ continet rationem. Cætera vero animalia quoniam tota ſunt mortalia: tantummodo aqua vtuntur:quod eſt elementum corporale atq; terrenum. Cuius natura quia mobilis eſt ac deorſũ vergens:figuram mortis oſtendit. Ideo pecudes neq; in cęlum ſuſpiciunt:neq; religiones ſentiunt:quoniam ab his vſus ignis alien⁹ eſt. Vnde autem vel quomodo deus hęc duo principalia ignem & aquam vel accenderit:vel eliquauerit:ſolus ſcire poteſt qui fecit. Exulibus aqua & igni interdicebatur. Aqua & igni interdicere qd.

¶Quod creato mundo facta animalia propter homines ſunt: & tandem homo ipſe. Et quid ſit ꝙ poetæ finxerunt Deucalionem homines reparaſſe & ꝙ ariſtoteles falſum putauit mundũ eſſe æternum: & quæ ſunt tres parce. Cap.XI.

Iumẽta q̄ & vnde.

Homo vñ

COnſummato igitur mundo: animalia varij generis diſſimilibus formis & magna & minora vt fierent imperauit. Et facta ſunt bina. i. diuerſi ſexus ſingula: ex quorum fœtibus & aer: & terra: & maria completa ſunt. Deditq; omnibus generatim deus alimenta de terra: vt vſui homini eſſe poſſent Alia nimirum ad cibos: alia vero ad veſtimentum. Quæ autem magnarũ ſunt virium: vt in excolenda terra iuuarent: vnde dicta ſunt iumenta. Ita rebus oĩbus mirabili deſcriptione compoſitis regnum ſibi æternum parare conſtituit. Et innumerabiles animas procreare: quibus immortalitatem daret. Tum facit ipſe ſibi ſimulacrum ſenſibile atq; intelligens: id eſt ad imaginis ſuæ formam: qua nihil poteſt eſſe perfectius. hominem figurauit ex limo terræ: vnde homo nuncupatus eſt: ꝙ ſit factus ex humo. Deniq; Plato humanam formam theoidez eſſe ait. Et Sibylla quę dicit. ἐικωνεσ ανθρῶπόσ ἐμηλογόν αρθον εχοῦσα. Id eſt imago eſt homo mea rationem rectam habens.

Et inumerabiles aĩas ꝓcreare: intelligedeũ cõſtituiſſe innumerabiles homines ꝓcreare: ſiue aĩmas: nõ q̄ dẽ ſit: ſed ſigillatim iuxta illđ qui finxit ſigillatim corda eorum.

¶De hac hominis fictione poetę quoq; quanuis corrupte: tamen nõ aliter tradiderunt. Nam hominem de luto a promætheo factum eſſe dixerunt. Res eos non fefellit ſed nomen artificis. Nullas enim litteras veritatis attigerant: ſed quæ prophetarum vaticinio tradita in ſacrario dei continebantur: ea de fabulis & obſcura opinione collecta & deprauata: vt veritas a vulgo ſolet varijs ſermonibus diſſipata corrumpi: nullo non addente aliquid ad id quod audierant: carminibus ſuis comprehenderunt. Et hoc quidem inepte: ꝙ tam mirabile: tamq; diuinum opificum homini dederunt. Quid enim opus fuit hominẽ de luto fingi: cum poſſet eadem ratione generari: qua ipſe Promætheus ex Iapeto natus eſt: qui ſi fuit homo: generare hominẽ potuit: facere non potuit: De dijs autem illum non fuiſſe: pœna eius in Caucaſo monte declarat. Sed neq; patrem ipſius Iapetum: patrumq; Titana quiſquã deos nuncupauit: quia regni ſublimitas penes Saturnum ſolum fuit: per quam diuinos honores cum omnibus ſuis poſteris conſecutus eſt. Multis argumentis hoc figmentum poetarum coargui poteſt. Factum eſſe diluuium ad perdendam tollendamq; ex orbe terræ maliciam conſtat inter omnes. Idem. n. & philoſophi & poetæ: ſcriptoreſq; rerum antiquarum loquuntur: in eoq; maxie cũ prophetarum ſermone conſentiunt. Si ergo cataclyſmus a deo ideo factus eſt: vt malicia. quæ per nimiam multitudinem increuerat: perderetur: quomodo fictor hominis Promætheus fuit; cuius filium

Promætheus hominẽ finxit ex luto

Deucalionem iidem ipſi ob iuſtitiam ſolum eſſe dicunt ſeruatũ/quo modo vnus gradus & vna progenies orbem terræ tam celeriter potuit hominibus implere/Sed videlicet hoc quoq; ſic corruperunt:vt illud ſuperius:cum ignorarent in quo tempore cataclyſmus ſit fact⁹ in terra:& quis ob iuſtitiam meruerit genere humano pereunte ſaluari:& quomodo aut cum quibus ſeruatus ſit: quæ omnia propheticæ litteræ docent:apparet falſum eſſe quod de opificio Promæthei/narrant. ❡Verum quia poetas dixeram non omnino mentiri ſolere/ſed figuris inuoluere & obſcurare quę dicant:non dico eſſe mẽtitos:ſed primũ omniũ Promætheum ſimulachrum hominis formaſſe de pingui & molli luto. Ab eoq; nataꝫ eſſe primo artem/ſtatuas & ſimulachra fingendi. Siquidem Iouis temporibus fuit:quibus primuꝫ tẽpla conſtitui:& noui deorum cultus eſſe cœperunt:ſic veritas fucata mendacio eſt:& illud quod a deo factum ferebatur:homini qui op⁹ diuinum imitatus eſt:cœpit aſſcribi. ❡Cęterũ fictio veri ac viui hominis e limo/dei eſt:quod Hermes q quoq; tradidit:qui non tãtũ hominem ad imaginem dei factum eſſe dixit a deo: ſed etiam illud explanare temptauit/ q̃ ſubtili ratione ſingula quęq; in corpore hominis mẽbra formauerit:cum eorum nihil ſit quod non tantundeꝫ ad vſus neceſſitatẽ quantum ad pulchritudinem valeat. Id vero etiam ſtoici(cum de prouidentia diſſerunt)facere conantur. & ſecut⁹ eos Cicero pluribus quidẽ locis. ❡Sed tamen materiam tam copioſã & vberem ſtrictim contingit:quam ego nunc iccirco prætereo:quia nuper proprium de ea re librum ad Demetrianuꝫ auditorem meũ ſcripſi. ❡Illud hoc loco præterire nõ poſſũ:ꝙ errantes philoſophi qdaꝫ aiunt homines:cæteraq; animalia ſine vllo artifice orta eſſe de terra. Vnde illud virgilianum eſt.

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

❡Et hi maxime fuerunt in ea ſententia:qui eſſe prouidentiã negant. Nam ſtoici animantium fabricam diuinæ ſolertiæ tribuunt. Ariſtoteles autem labore ſe ac moleſtia liberauit: dicens ſemper mundum fuiſſe. Itaq; & humanũ genus & cętera quę in eo ſunt: initium non habere:ſed fuiſſe ſemper:ac ſemper fore. Sed cum videamus ſingula quęq; animalia quæ ante non fuerant. incipere eſſe & eſſe deſinere: neceſſe eſt totum genus aliquando eſſe cœpiſſe: & aliquando deſiturum eſſe:quia cœpit. Omnia eniꝫ tribus temporibus contineri neceſſe eſt:præterito:pręſenti:futuro. Pręteriti eſt origo:preſentis ſubſtantia:futuri diſſolutio. Quę omnia in ſingulis hominibus apparent. Incipimus enim cum naſcimur:& ſumus cum viuimus: & deſinim⁹ cũ interimus. Clotho coluꝫ baiulat:Lacheſis trahit:Atropos occat. Vnde etiam tres parcas eſſe voluerunt:vnam quæ vitã hominis ordia-

Noe cũ ſeptem ſuis ſeruatus ẽ.

Promætheus primus ſtatuarius.

Hermes.

Plaſtes oĩum primus qui.

Lactantij liber đ hominis formatione.

Virgilius.

Ariſto.

Aduerte i his q̃ fide tenenda ſunt apodixin locũ nõ haberẽ; ſꝫ rõnes ſufficere probabiles q̃le ẽ:hominũ gerer ationẽ & aliq̃n icepiſſe & aliq̃n deſituram.

tur:alteram quę contexat:tertiam quæ rumpat ac finiat. In toto autem genere hominum:quia ſolum præſens tempus apparet:ex eo tamen & pręteritum:id eſt origo colligitur:& futurū:id eſt diſſolutio. Nam quoniam eſt/apparet aliquando cœpiſſe. Eſſe enim nulla res ſine exordio poteſt:& quia cœpit:apparet quandoq; deſitura. Nec eni poteſt id totum eſſe immortale/quod ex mortalibus conſtat. Nam ſicut vniuerſi per ſingulos interimus:fieri poteſt:vt aliquo caſu omnes ſimul vel ſterilitate terrarū:quæ accidere vel particulatim ſolet: vel peſtilentia vbiq; diffuſa quę ſingulas vrbes atq; regiones plærumq; populatur:vel incendio in orben miſſo:quale iam fuiſſe ſub phaetōte dicitur:vel diluuio aquarum:quale ſub Deucalione traditur:cum pręter vnum hominem:genus omne deletum eſt. Quod diluuium ſi caſu accidit:profecto potuit accidere:vt & vnus ille qui ſuperfuit interiret. Si autem diuinæ prouidentiæ nutu (quod negari non poteſt) ad reparandos homines reſeruatus eſt:apparet in dei poteſtate eſſe: vel vitam vel interitum generis humani. Quod ſi poteſt accidere in totum quia per partes accidit:apparet aliquando eſſet ortum. & fragilitas vt initium/ſic declarat & terminum. Quę ſi vera ſunt non potuit defendere Ariſtoteles/quo minus habuerit & mundus ipſe principium. Quod ſi Ariſtoteli Plato & Epicurꝰ extorquent:& Platoni & Ariſtoteli qui ſemper fore mundum putauerunt:licet ſint eloquētes:ingratis tamen idem Epicurus eripiet (quia ſequitur) vt habeat & finem. Sed hæc in vltimo libro pluribus. Nunc ad hominis originē recurramus.

¶Quod non de terra vel ſponte nata ſunt animalia:ſed diſpoſitione diuina cuius feciſſet deꝰ nos conſcios ſi ſciret expediret Cap. XII.

AIunt certis conuerſionibus cæli:& aſtrorum motibus maturitatem quandam extitiſſe animalium ſerendorum. Itaq; terram nouam ſemen genitale retinentem:folliculos ex ſe quoſdam in vterorum ſimilitudinem protuliſſe:de quibus Lucretius. Creſcebant vteri terra radicibus apti Eoſq; cum maturaſſent: natura cogente ruptos animalia tenera profudiſſe. Deinde terram ipſam humore quodam qui eſſet lacti ſimilis exuberaſſe: eoq; alimento animantes eſſe nutritos. ¶Quomodo autem vim frigoris aut caloris ferre aut vitare potuerunt:aut omnino naſci cum ſol exureret:frigus adſtringeret? Non erant (inquiunt) i principio mundi nec hyems nec ęſtas:ſed perpetua temperies & ver æquabile. Cur ergo nihil horū fieri etiam nunc videmus:quia ſemel fieri neceſſarium fuit:vt animalia naſcerētur. ¶Poſquā vero eē cœperūt: conceſſa his facultate generādi:& terra parere deſijt:& temporis cō

Nā quum ē & cętera hæc vtiq; d: creaturis.i. rebus alijs a deo vera ſūt. d̄ his ei loqꝛ nā ſupſubſtātialꝰ. exiſtentia ſiue dīna nō appar; iſtar cęterarū vel diuino aq̄rum. &c. Iſtd̄ Lactātius duntaxat cōtra eos aſſumit q id ꝓvero habebāt: Nō q̄ ita i re eē ſētir; nā paulo āte diluuiū vniuerſale (q̄ tm̄ vnꝰ cū ſeptē ſuis ſeruatꝰ ſit) ſacris litteris tractatū eē iſinuauit vl' itellige ſic. Diluuio aq̄rū cū p̄t vnū hoīe; ſc; Noe cū paucıſſi-

ditio mutata eſt. O q̃ facile eſt mendacia redarguere. Primum quia nihil poteſt eſſe in hoc mundo: qđ non ſic permaneat/vt cœpit. Nec enim ſol & luna & aſtra tunc non erant: aut cum eſſent: meatus nõ habebant: aut non diuina moderatio quæ curſus eorum temperat & gubernat/cum ipſis ſimul cœperit. Deinde: ꝗ ſi ita ſit (vt dicunt) prouidentiam eſſe neceſſe eſt: & in idipſum incidunt: quod maxime fugiunt. Nondum enim natis animalibus aliquis vtiq; prouidit vt naſcerentur: ne orbis terræ deſertus atq; incultus horreret. Vt autem de terra ſine officio parentum naſci poſſent: neceſſe eſt magna ratione eſſe prouiſum. Deinde vt humor ille concretus de terra ĩ varias imagines corporum fingeretur. Item vt e folliculis (quibus tegebantur) accepta viuẽdi ſentiendiq; ratione: tanquam ex aluo matrum profunderẽtur: mira inexplicabiliſq; prouiſio eſt: ſed putemꝰ id quoq; caſu accidiſſe: illa certe quę ſequũtur fortuita eſſe non poſſunt: vt terra continuo lacte manaret: vt aeris temperies eſſet ęqualis. Quę ſi cõſtat iccirco eẽ facta: vt animalia recenter edita vel haberent alimentum: vel non haberent periculum: neceſſe eſt vt aliqs diuina neſcio qua ratione prouiderit. Quis autẽ poteſt prouidere niſi deus? Videamus tamẽ an idipſum quod dictitãt fieri potuerit: vt homines naſcerentur e terra. ſi cõdiceret aliquis quandiu & quibꝰ modis educetur infans: intelliget profecto non potuiſſe terrigenas illos pueros ſine vllo educatore nutriri. Fuit em̃ neceſſe q̃ cõpluribꝰ menſibus iacere proiectos: donec confirmatis neruis mouere ſe: locũq; mutare poſſẽt: qđ vix intra vnius anni ſpacium fieri poteſt. Iaʒ vide vtrum ne infans eodẽ modo & eodem loco: quo ẽ effuſus iacere per multos menſes valuerit An non humore illo terræ: quod alimenti gratia miniſtrabat: & ſui corporis purgamẽtis in vnum mixtis: obrutꝰ/corruptuſq; moreref. Itaq; nullo modo fieri poteſt: quin ab aliquo fuerit educatus: niſi forte animalia omnia nõ tenera nata ſunt: ſed excreta: quod vt dicerent: nunquã venit illis in mentẽ. Omnis ergo illa ratio ĩpoſſibilis & vana ẽ: ſi tamen ratio dici poteſt: qua id agitur vt nulla ſit ratio. Qui.n. dicit omnia ſua ſpõte eſſe nata: nihilq; diuinę prouidentię tribuit: hic profecto rationem non aſſerit: ſed euertit. Quod ſi neq; fieri quicq̃ ſine ratiõe neq; naſci poteſt. apparet diuinam eſſe prouidentiam: cuius eſt proprium quod dicit ratio. Deus igitur rerum omnium machinator fecit hominem: quod Cicero quanuis expers cęleſtium litterarum: vidit tamen: qui libro de legibus primo hoc idem tradidit quod prophetę: cuius verba ſubieci. Hoc animal prouidum: ſagax: multiplex: acutum: memor plenum rationis/& conſilij: quam vocamus hominem: pręclara quadam cõditione generatum eſſe a ſummo deo ſoluʒ. Eſt enim ex tot

misſuis genus oẽ deletũ ẽ reliqua quale id eſt cuiꝰ ſiſſe ſub deucalione traditur: q̃ uis non vere.

Lucretius

Hõ ſpõte natꝰ e terra.

Cicero.

Hõ generatus a ſũmo deo.

animãtium generibus atq; naturis particeps rationis & cogitatiõis cum cætera ſint omnia expertia. Videsne hominem quãuis longe a veritatis noticia remotum: tamen quoniam imaginẽ ſapiẽtię tuebatur: intellexiſſe non niſi a deo homĩem potuiſſe generari? Sed tamen diuinis opus eſt teſtimonijs: ne minꝰ humana ſufficiant. Sibylla hominem dei opus eſſe teſtatur. ὃσ μόροσ ἐστί θεοσ κτίστησ ἀκράτητοσ ὃσ τάρχων αὐτόσ Δε ἐστήριξε τύπον μόρφησ μερόπων τε αὐτόσ ἔμιξε φύσιν πάντων γενέτησ βιότοιο. id eſt qui ſolus eſt deus: creator: inuictus: liber. Ipſe autem ſtatuit figuraꝫ formæ hominum. Ipſe miſcuit naturam omnium in generatione vitæ. Eadem tamen ſanctę litterę continent. Deus ergo veri patris officio functus eſt. Ipſe corpus effinxit: ipſe animam qua ſpiramus/infudit. Illius eſt totum/quicquid ſumus. Quomodo id fecerit: ſi nos oporteret ſcire docuiſſet: ſicut docuit cętera: quæ cognitionem nobis & priſtini erroris & veri luminis attulerunt.

¶ Quare duo ſexus mundi mĩoris ideſt hoĩs: & quid ſit mors eiꝰ prima: qđ ſcđa: & de primoꝝ parẽtũ culpa & pœna. Cap. XIII

CVm ergo marem ad ſimilitudinem ſuam primum finxiſſet: tum etiam fœminam configurauit ad ipſius hominis effigiem: vt duo inter ſe permixti ſexus: propagare ſobolẽ poſſent: & omnem terram multitudine opplere. In ipſius autem hominis fictione illarum duarum materiarum: quas inter ſe diximus eſſe contrarias: ignis & aquæ concluſit: perfecitq; rationem. Ficto enim corpore ſpirauit ei animam de vitali fonte ſpiritꝰ ſui: qui eſt perennis: vt ipſius mundi ex contrarijs conſtantis elemẽtis ſimilitudinem gereret: Conſtat enim ex anima & corpore: ideſt quaſi e cælo & terra: quando quidem anima qua viuimꝰ velut e cęlo oritur a deo: corpus e terra: cuius e limo diximus eſſe formatum. Empedocles quem neſcias vtrum ne inter poetas an inter philoſophos numeres: quia de rerum natura verſibus ſcripſit: vt apud Romanos Lucretius/& Varro/quattuor elementa conſtituit. i. ignẽ: aerem: aquã: & terram: fortaſſe Triſmegiſtum ſecutus: qui noſtra corpora ex his quattuor elementis conſtituta eſſe dixit a deo. Habere nã ĩ ſe aliqđ ignis: aliqđ aeris aliquid aquæ: aliqđ terrę: & neq; ignẽ eẽ neq; aerẽ: neq; aquã: neq; terram: quę quidem falſa nõ ſũt. Nam terrę ratio in carne eſt: humoris in ſanguine: aeris in ſpiritu: ignis in calore vitali. Sed neq; ſanguis Corpore ſecerni poteſt: ſicut humor a terrã: neq; calor vitalis a ſpiritu: ſicut ignis ab aere. Adeo reꝝ omnium duo ſola reperiuntur elementa: quarum omnis ratio ĩ noſtri corporis fictione concluſa eſt. ex rebus igitur diuerſis ac repugnantibus homo factus eſt: ſicut ipſe mundus/ex luce ac tenebris. ex vi

Ficto enĩ corpe ſpirauit ei aimã de vitali fõte ſpŝ ſui ſiue ſpiratiõis ſuę De vitali fõte & pẽni. i. potẽtia omniũ viuificatiua qua ſcꝫ dat oĩbꝰ vitã/& inſpirationẽ/& oĩa: vt dicit Paulus actuũ. xix animam creauit itẽ deo pp immortalitateꝫ quãdo quidẽ aĩa velut e cælo oritur a deo. i. a ſolo deo æterno creatur

ta & morte:quæ duo inter ſe pugnare in homine pr cepit:vt ſi anima ſuperauerit quæ ex deo oritur:ſit immortalis: & in ppetua luce verſetur. Si autem corpus vicerit animam : ditioniq; ſubiecerit:ſit in tenebris ſempiternis & in morte. Cuius non ea vis eſt: vt iniuſtas animas extinguat omnino: ſed vt puniat in ęternum. Eam pœnam ſecundam mortem nominamus : quæ eſt & ipſa perpetua ſicut & immortalitas. Primam ſic diffinimus. Mors eſt naturæ animantium diſſolutio : vel ita. Mors eſt corporis animæq; ſeductio. Secundam vero ſic. Mors eſt ęterni doloris perpeſſio. Vel ita. Mors eſt animarum pro meritis ad æterna ſupplicia damnatio. Hæc mutas pecudes non attingit: quarum animæ non ex deo conſtantes : ſed ex communi aere morte ſoluuntur. ¶ In hac igitur ſocietate cæli atq; terræ quorum effigies in homine expreſſa eſt : ſuperiorem partem tenent ea quæ ſunt dei. Anima ſcilicet quæ dominium corporis habet. Inferiorem autem ea : quæ ſunt diaboli. Corpus vtiq; quod quia terrenum eſt: animę debet eſſe ſubiectum : ſicut terra cælo: Eſt enim terrę quaſi vaſculum:quo tanq̃ domicilio temporali ſpiritus cæleſtis vtatur vtriuſq; officia ſunt vt hoc quod eſt ex cælo/& deo imperet:illud vero quod ex terra eſt/diabolo ſeruiat. Quod quidem non fugit hominem neq̃ Saluſtium : qui ait : Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt/animi imperio:corporis ſeruitio magis vtimur. Recte ſi ita vixiſſet vt locutus eſt. Seruiunt enim fœdiſſimis voluptatibus:ſuamque ipſe ſententiaȝ vitæ prauitate diſſoluit. Quod ſi anima ignis eſt (vt oſtendimus) in cælum debet eniti ſicut ignis ne extinguatur hoc eſt ad immortalitatẽ quę in cęlo eſt. Et ſicut ardere ac viuere non poteſt ignis: niſi aliqua pingui materia teneatur:in qua habeat alimentum ſic animæ materia:& cibus eſt ſola iuſtitia:qua tenetur ad vitã. Poſt hęc deus hominem qua expoſui ratione generatum poſuit in paradiſo:id eſt in horto fœcundiſſimo & amœniſſimo:quem in partibus orientis omni genere ligni arborumq; conſeruit:vt ex earũ varijs fructibus aleretur. Experſq; omnium laborum deo patri ſũma deuotione ſeruiret. Tum dedit ei certa mandata : quæ ſi obſeruaſſet:imortalis maneret ſi tranſcendiſſet:morte afficeret. Id aũt pceptũ fuit:vt ex arbore vna:q̃ fuit ĩ medio paradiſi:nõ guſtaret ĩ qua poſuerat intelligentiã boni & mali. Tum criminator ille

mors quotuplex & quid.

Anima ignis ẽ:hoc eſt ſimilis lumini. vt dixit In libro de opificio di ca vxij. ſic Virgilius. Igneus ẽ illis vigor & cęleſtis origo. Nõ q; ſit vnus e q̃ttuor elemẽtis vi de diony. i fine cęleſtis hierar de proprietatibus ignis vbi ẽt angelos rctẽ igneȝ dici oñdit iuxta dauidẽ ſȝ & apls deꝰ inquit nr̃ ignis cõſumẽs eſt.

inuidens operibus dei: omnes fallacias & calliditates ſuas ad decipiendum hominem intendit: vt ei adimeret immortalitatem: Et primo mulierem dolo illexit: vt vetitum cibum ſumeret: & per eam ipſi quoq; homini perſuaſit: vt tranſcenderet dei legem. Percepta igitur ſcientia boni & mali: pudere eum nuditatis ſuæ cœpit abſconditq; ſe a facie dei: quod antea non ſolebat. Tum deus ſententia in peccatores lata: eiecit hominem de paradiſo: vt victum ſibi labore conquireret: ipſumq; paradiſum igni circunuallauit: ne homo poſſet accedere: donec ſũmum iudicium faciat in terra: & iuſtos viros cultores ſuos in eũdem locum reuocet: morte ſublata. Sicut ſacræ litteræ docent: & Sibylla erythræa cum dicit: οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέρραόν τε ζωὴν κληρονομοῦσι τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ οἰκοῦντες παραδείσου ὁμοίως ἐριθηλέα κῆπον. id eſt qui autem deum honorant verum: ſempiternam vtiq; vitam hæreditario iure poſſident ſæculi tempus ipſi habitantes ad paradiſum ſimiliter florentiſſimum hortum. Verum quoniam hæc extrema ſunt: totam extrema operis huius parte tractabimus. Nunc ea quæ prima ſunt: explicemus. Mors itaq; ſecuta eſt hominem ſecundum dei ſententiam: quod etiam Sibylla in carmine ſuo docet dicens: ἄνθρωπον πεπλασται θεοῦ παλάμαις ἐνίαυτοις ὃν καὶ πλάνησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀμέλθειν τοῦ θανάθου γνῶσιν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ. i. hominem factum dei manibus quem etiam ſeduxit ſerpens doloſe ad fatum aſcendere mortis: notionemque accipere boni & mali: vel ſic. hominem plaſmatum dei ipſius palmis: quem dolis fefellit ſerpens: vt vim mortis incurreret: & ſcientiam acciperet boni & mali. Sic facta hominis vita eſt temporalis. Sed tamen lõga: quę in mille annos propagaretur: q̃ diuinis litteris proditũ: & per omnem ſcientiam publicatum: cum Varro non ignoraret: argumentari nixus eſt: cur putarentur antiqui mille annos vixiſſe. Ait enim apud ęgyptios pro annis mẽſes haberi: vt nõ ſolis per duodecim ſigna circuitus faciat annum: ſed lunę: quę orbem illum ſigniferum. xxx. dierum ſpatio luſtrat: quod argumentum perſpicue falſum eſt. Nemo enim tunc milleſimum annum tranſgreſſus eſt. Nunc vero qui ad centeſimum perueniunt (quod

Hõ cur eiect⁹ e paradiſo.

in eũdem locum: id ẽ eiuſdem nõis locũ Nã vbi gloria dei cõſpicitur/recte paradiſus appellatur: iuxta illd̃ euãgelicũ hodie mecũ eris in paradiſo.

Hominũ vita longiſſima.

fit ſæpiſſime)mille certe ac ducentis menſibus viuũt. Et auctores idonei tradunt ad centum viginti annos : perueniri ſolere. Sed quia ignorabat Varro cur aut quãdo vita homis eſſet diminuta ipſe diminuit cum ſciret mille &.cccc.menſibus poſſe viuere hominem.

Quod non Liber pater fuit inuentor vini:ſed Noe poſt diluuium. Et quæ fuerit origo gentium:& qui primi habuerint ſcientiam aſtroruꝫ & ignorantiam dei. Ca.XIIII

DEus autem poſtea cum videret orbeꝫ terræ malicia & ſceleribus oppletum:ſtatuit hũanum genꝰ diluuio perdere:ſed tamẽ ad multitudinem reparandam delegit vnum:quod corruptis omnibus ſingulare iuſtitiæ ſupererat exempluꝫ. Hic cum ſexcentorum eſſet annorum:fabricauit arcam ſicut præceperat ei deus in qua ipſe cum coniuge ac tribus filijs totidẽqꝫ nuribus reſeruatꝰ eſt:cum aqua vniuerſos montes altiſſimos operuiſſet. Deinde orbe ſiccato:execratꝰ iniuſtitiam prioris ſęculi deus:ne rurſus longitudo vitę cauſa eſſet excogitandorum malorum:paulatim per ſingulas progenies diminuit homis ætatẽ Atqꝫ in centum &.xx.annis metam collocauit:quam trãſgredi non liceret. Ille vero cum egreſſus eſſet ex arca(vt ſãctę litterę docent)terram ſtudioſe coluit:atqꝫ vineam ſua manu ſeuit. Vnde arguuntur qui auctorem vini liberum putant. Ille enim nõ modo Liberum:ſed etiam Saturnum atqꝫ Vranum multis anteceſſit ætatibus:qua ex vinea cuꝫ primum fructum cœpiſſet: lętus factus bibit vſqꝫ ad ebrietatem:iacuit que nudus. Quod cum vidiſſet vnus ex filijs cui nomen fuit Chaꝫ:non texit patris nuditatem. Sed egreſſus etiam fratribus indicauit. At illi ſumpto pallio intrauerunt auerſis:vultibus: patremqꝫ texerũt. Quæ cũ facta recognouiſſet pater:abdicauit atqꝫ expulit filiũ. At ille profugus in eius terrę parte conſedit: quæ nunc Arabia nominatur. Eaqꝫ terra de nomine ſuo Canaam dicta eſt & poſteri eius Cananei. Hæc fuit prima gens : quę deum ignorauit: quoniam princeps eius & conditor cultum dei a patre nõ acce

Paulati per ſingulas ꝓgenies dinuit hominis ętatẽ atqꝫ i cẽtũ &.xx.ãnis metã collocauit:quã trãſgredi non liceret. Ge.vi.ita legit erũtqꝫ dies illiꝰ centũ.xx.ãno. Qđ exponens Au.li.đ ci.dei xv.c.xxv.dicit nõ ſic accipiendũ eẽ qſi ꝑnunciatum ſit poſt hac oẽs.cxx.ãnos viuẽdo nõ trãſgredi: quũ et poſt diluuiũ etiã quĩgentos exceſſiſſe inueniamꝰ.ſꝫ qꝫ tot ãnis tranſactis oẽs (Noe cum ſuis excepto) diluuio pirent. Trãſierũt deiñ hãc metaꝫ qui Gene.xi.capite recitant. Itẽ habrahã & ſara. Cęterũ Ioſeh non attigit nec Moſes trãſgreſſus ẽ Quia igit aliqñ iuxta cõem naturæ curſũ tranſgrediẽda nõ eſſet:

pit:maledictus ab eo. Itaq; ignorantiam diuinitatis minoribꝰ ſuis reliquit. Ab hac gente proximi quiq; populi multitudine increſcente fluxerunt. Ipſius autem patris poſteri hebræi dicti:penes quos religio dei recedit:ſed & ab his poſtea multiplicato in immenſum numero:cum eos anguſtiæ locorum ſuoruꝫ capere non poſſent: tum adoleſcentes vel miſſi a parentibus: vel ſua ſponte cum rerum penuria cogere:profugi ad quærendas ſibi nouas ſedes huc atq; illuc diſperſi:omnes inſulas & orbem totum deleuerunt: & a ſtirpe ſanctæ radicis auulſi:nouos ſibi mores atq; inſtituta pro arbitrio condiderunt. Sed omnium primi qui aegyptum occupauerunt:cæleſtia ſuſpicere atq; adorare cœperunt. Et quia neq; domicilijs tegebantur: propter aeris equalitatem nec vllis in ea regione nubibus ſubtexitur cælum:curſus ſiderum & defectus notauerunt:dum ea ſæpe venerantes curioſius atq; liberius intuerentur:Poſtea deinde portẽtificas animalium figuras quas colerent:cõmenti ſunt quibuſdam prodigijs inducti. Quorum mox autores aperiemus.Cæteri autem qui per terram diſperſi fuerunt admiranter elementa mundi:cælum ſolem:terram:mare: ſine vllis imaginibus ac templis venerabãtur.Et his ſacrificia in aperto celebrabant:donec proceſſu temporum potentiſſimis regibus tẽpla & ſimulacra fecerunt.Eaq; victimis & odoribus colere inſtituerunt:ſic aberrantes a noticia dei gentes eſſe cœperunt. Errant igitur qui deorum cultus ab exordio rerum fuiſſe contendunt:& priorem eſſe gentilitatem q̃ dei religionem: quam putant poſterius inuentam:quia fontem atq; originem veritatis ignorant.Nunc ad principium mundi reuertamur.

¶Dæmones eſſe qui d mala tentant:etiã authoritate Triſmegiſtri grammaticoruꝫ & poetarum & philoſophorum & magorum oſtenditur. Cap.XV

CVm ergo numerus hominuꝫ cœpiſſet ĩcreſcere:prouidens deus ne fraudibus ſuis diabolus:cui ab initio terræ dederat poteſtatẽ: vel corrumperet vel diſpergeret homines: quod in exordio fecerat:miſit angelos ad tutellam cultumq; generis humani. Quibus pręcepit ante omnia ne terrę cõtagiõe macu

dicẽte dauide pſalmo.viij. dĩ es ãnorũ nr̃orũ i ipſis. lxx.ãni. & quæ ſequũt: Ioſephus li.antiqtatũ prio capite.xv. ſic ait. Placuit deo minuer̃ hoĩꝫ vitaꝫ ãnisq; nõ quãtis prius vixerant ſed vſq; ad centũ vinginti annos eſſe mẽſuram.

¶Cũ ergo numerꝰ hoĩꝫ: hic recitat Lactantiꝰ opinionẽ de angelis ĩcubis Cuius origo in libello attributo Enoch ab Adã ſeptio reperitur. Et Ioſephus.j.antiqtatũ li.ca.v.ſeq vide. Et Tertullianus ĩ apologetico capi.xxij.ſic ĩquiẽs Sed quõ de angelis ſua ſponte corruptꝫ corruptior gẽs dęmonũ euaſerit damnata a deo cũ generis authoribus & cũ

lati ſubſtantiæ cæleſtis amitterent dignitatem. ſcilicet id eos facere prohibuit: quod ſciebat eſſe facturos: vt veniam ſperare non poſſent. Itaq; illos cum omnibus commorantes: dominator ille terrę fallaciſſimus: conſuetudine ipſa paulatim ad vitia pellexit. Et mulierum congreſſibus inquinauit. Tum in cęlum ob peccata quibus ſe immerſerant: non recepti ceciderunt in terraȝ: ſic eos diabolus ex angelis dei ſuos fecit ſatellites ac miniſtros. Qui autem ſunt ex his procreati: quia neq; angeli neq; homines fuerunt: ſed mediam quandam naturam gerentes: non ſunt ad inferos recepti: ſicut in cælum parētes eorum. Ita duo genera dæmonum facta ſunt: vnum cæleſte: alterum terrenum. ¶Hi ſunt immundi ſpiritus malorum quæ gerunt auctores: quorum idem diabolus eſt princeps. Vnde Triſmegiſt⁹ illum dæmonarchen vocat. Dæmonas antem grammatici dictos aiunt: quaſi Δαημονασ: id eſt peritos ac rerum ſcios. Hos autem putant deos eſſe: ſciunt illi quidem futura multa: ſed non omnia. quippe quibus penitus conſilium dei ſcire non liceat. & ideo ſolent reſponſa in ambiguos exitus temperare. Eos poetæ & ſciunt eſſe dæmonas & loquuntur. Heſiodus ita tradit. τοὶ μέν δαίμονεσ ἐισὶ διὸσ μεγάλου διὰ βουλάσ ἐσθλοι ἐπιχθονίοι φύλακεσ θνητωρ ἀνθρώπωρ. id eſt hi quidem dæmones ſunt Iouis magni propter voluptatem boni terreſtris cuſtodes mortalium hominum. Quod iccirco dictum eſt: quoniam cuſtodes eos humano generi deus miſerat: ſed ipſi cum ſint perditores hominum: cuſtodes tamen ſe vocari volunt: vt ipſi colantur: & deus non colatur.

¶Philoſophi quoq; de his dixerunt. Nam Plato etiaȝ naturas eorum in ſympoſio exprimere conatus eſt. Et Socrates eſſe circa ſe aſſiduum dęmona loquebatur: qui puero ſibi adhæſiſſet: cuius arbitrio & nutu ſua vita regeretur. ¶Magorum quoq; ars omnis ac potentia horum aſpiratiōibus conſtat: a quib⁹ inuocati viſus hominum præſtigiis obcæcantibus fallunt: vt non videant ea quæ ſunt: & videre ſe putent illa quæ non ſunt. Hi vt dico ſpiritus contaminati ac perditi per omnem terram vagant̄: & ſolatium perditionis ſuæ perdēdis hominib⁹ operantur. Itaq; omnia inſidiis: fraudibus: erroribus complent. Adhęrent enim ſingulis hominibus: & omnes hoſtiatiȝ domos occupant: ac ſibi geniorum nomen aſſumunt: ſic enim latino ſermo

eo quē dixim⁹ pricipe apđ litteras ſcās ordo cognoſcitur. Sed tene hic ꝑ oia Augu. q in xv. de ciuitate đi li. c. xxiij. oñdit: ſiue āgelos ſiue filios đi ipſos q ſcđm carnē đ Seth ꝓpagati ſūt Ge. vi. capite nūcupari. Iuxta qđ ſic exponit̄ initiū hui⁹ capitis. miſit deus āgelos hoc ē đ Seth ꝓgenitos: qb⁹ p̄cepit ne terræ .i. aliēigenaruȝ cōtagiōe maculati ſubſtātię cęleſtis .i. ęternitatis amitterēt dignitatē. deiñ ſeqtur: vt veniam ſperare nō poſſēt. Id ē. ſequutū ē vt pñia ſēp ſpreta diluuio tandē obrutive niā ſperare nō poſſēt. itaq; illos cū hoib⁹ .i. alienigenis cōmorātes diabolus tandē ad vitia pelliciendo inquinauit. qđ aūt addit̄. Tuȝ

ne dęmonas interpretantur. Hos in ſuis penetralibus conſecrant. His quotidie profundunt: & ſcientes dæmonas venerantur: quaſi terreſtres deos: & quaſi depulſores malorum: quæ ipſi faciunt & irrogant. Qui quoniam ſunt ſpiritus tenues & incompręhenſibiles inſinuant ſe corporibus hominum: & occulte in viſceribus operti: valitudinem vitiant: morbos citant: ſõniſs animos terrent: mentes furoribus quatiunt: vt homies his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

¶ Quod hi prodeſſe putantur: cum nocere deſinunt: nec poſſũt aliquid in eos: qui in fide ſolidati ſunt: ſed ſanctis ſubiecti eis tã q̃ ſeruis obediunt. Ca. XVI.

QVARVM OMNIVM FALLACIArum ratio expertibus veritatis obſcura eſt. Prodeſſe enim eos putant: cum nocere deſinunt: qui nihil aliud poſſunt q̃ nocere. Dicat fortaſſe aliquis collendos eſſe ergo ne noceant: ſi quidem poſſunt nocere. Nocẽt illi quidem: ſed his a quibus timẽtur: quos manus dei potens & excelſa nõ protegit: qui profani ſunt a ſacramento veritatis. Iuſtos autem: ideſt cultores dei metuũt: cuius nomine adiurati: de corporib⁹ excedunt: quorum verbis tã quam flagris verberati non modo dæmonas ſe eſſe confitentur ſed etiam nomina ſua edũt illa quę in templis adorantur. quod plerumq; coram cultoribus ſuis faciunt: non vtiq; in opprobrium religiõis: ſed honoris ſui: quia nec deo p quẽ adiurant: nec iuſtis quorum voce torquent: mentiri poſſũt. Itaq; maximis ſæpe vlulatibus editis: verberari ſe & ardere & ia; iã; exire ꝓclamant. Tãtũ habet dei cognitio ac iuſtitia poteſtatis. Cui ergo nocere poſſũt: niſi his quos habent in ſua poteſtate? Deniq; affirmat eos hermes: qui cognouerunt deũ non tantum ab incurſibus dęmonũ tutos eẽ: verũ ẽt ne fato qdẽ teneri. μία inqt φύλακή ἔυσ ἐβεια ἔυσεβοῦσ γάρἄνορώπου ὄύτε Δαιμωρ κακοσ ὄύτε ἔιμαρμέρη κρατεῖ. θεὸσ γἄρ ρύεταιτὸρ ἔυσ εβῆ ἔκπαντὸσ κακοῦ τὸ γάρ ἔν καὶ μόνορ

in cælũ vſq; ad lud. hi ſunt im mũdi ſpũs non facile ad ſenſũ prę ſcriptũ trahitur. Itaq; nec tenẽdũ eſt. Et hic pulchre de dęmoib⁹ agit Aduerte circa illd̃. Ab heſio. dæmões cuſtodes mortaliu; ideo dici ꝙ cuſtodes eos deus humano generi miſerat. Ordinauerat q̃dem deus etiã illos angelos cuſtodes fore humano generi ſi nõ cecidiſſent. Sed peccauerunt ab inicio: & nũq̃ cuſtodes fuert̃: licet tales ſe iactitent vt colãtur: cum ſint obſeruatores peruerſi & tentatores.

Dęmones a Chriſtiãis eiiciuntur.

ἓν ἀνθρώποισ ἔστιν ἀγαθὸν εὐσ έβεια.id eſt vna inquit cuſto
dia pietas.Piũ ei hoĩez ẽ:nec dęmõ malꝰ:nec fatũ tenet.Nã deus
liberat piũ ab omni malo:ꝙ vnũ & ſolũ in hoibus bonum eſt pie
tas.Quid ſit autem εὐσέβεια:id ẽ pietas alio loco his verbis te= Pietas qd
ſtatur dicens: ἡ γάρ εὐσέβεια γνῶσισ ἐστι τοῦ θεοῦ :id eſt pie
tas enim notio eſt dei.Aſclepius autem auditor eius:eandem ſen
tentiam latius explicauit/in illo ſermone profecto/quem ſcripſit Aſclepiꝰ.
ad regem.Vterq̧ vero dæmonas eſſe affirmat inimicos & vexato
res hominum:quos ideo Triſmegiſtus ἀγγέλουσ πονήρουσ:
id eſt angelos malignos appellat:adeo non ignorauit ex cæleſti= Terrenos
bus deprauatos terrenos eſſe cœpiſſe. .i.i tacta⁊

Quod hi aſtrologiam aruſpiciam & omnes artes reprobas in= detractos.
uenerunt & perſuaſerunt cultum idolorum per miracula & vari= & Petri.ij.
as fallaciarum tendiculas. Cap.XVII.

EOrũ inuẽta ſũt aſtrologia:& aruſpicia & auguratio:&
ipa q̃ dicũtur oracula:& necromantia:& ars magica &
quicquid p̄ter ea malorũ exercẽt homines:vel palam:
vel occulte:q̃ oĩa p ſe falſa ſũt:vt Sibylla erythrea teſtať
ἐπεὶ πλάνη πάντα τάδ᾽ ἐστὶν ἅπερ ἄφρονεσ ἄνδρεσ ἐρ
ευνῶσι κατ᾽ ἦμαρ.i.quia error hęc oĩa ſũt quę ſtulti homines
ſcrutantur quotidie.Sed idẽ ipi auctores p̄ſẽtia ſua faciũt:vt vera
eẽ credãť.Ita hoĩ credulitatẽ mẽtita diuinitate deludũt:ꝙ illis
verũ aperire ñ expedit.Hi ſũt ꝗ imagines & ſimulacra figere do=
cuerũt ꝗ vt & hoĩ mẽtes a cultu veri dei auerterẽt:& fictos mor=
tuorũ regũ vultus & ornatos exquiſita pulchritudine ſtatui cõſe
crariq̧ fecerũt:& illorũ ſibi nomina quaſi pſonas aliquas ĩduerũt.
Sed eos magi:& hi quos vere maleficos vulgus appellat:cũ artes
ſuas execrabiles exercẽt:veris ſuis nominibus ciẽt illis cæleſtibꝰ: Magorũ
quę in litteris ſãctis legũtur.Hi porro incæſti ac vagi ſpiritus:vt carmina.
turbent omnia:& errores humanis pectoribus offũdunt:ſerũt ac
miſcẽt falſa cũ veris.Ipſi enim cæleſtes multos finxerũt eẽ:vnũq̧
regẽ oĩm Iouẽ:eo ꝙ multi ſũt ſpiritus angelorũ ĩ cælo:& vnus pa
rẽs ac dominꝰ oĩm deus.Sed veritatẽ mẽtitis nominibꝰ inuolutã
ex oculis abſtulerũt Nã deꝰ(vt prĩcipio docui)neq̧ noĩe(cũ ſolus
ſit)eget:neq̧ ãgeli:cũ ſint ĩmortales:dici ſe deos aut patiũť:aut vo
lũt:quorũ vnũ ſolũq̧ officiũ ẽ:ſeruire nutibus dei:nec omnino q̄c=
q̃ niſi iuſſu eiꝰ facere.Sic eni mũdũ regi a deo dicimꝰ:vt a recto=
re p̄uiciã:Cuiꝰ apparitores nemo ſocios eſſe in regẽda prouĩcia
dixerit:q̃uis illorum miniſterio res geratur.Et hi tamen poſſunt

aliquid prętet iuſſa rectoris:per ipſius ignorantiam quę eſt cōdi
tionis humanæ. Ille aūt p̄ſes mundi & rector vniuerſi:qui ſcit om
nia:cuius diuinis oculis nihil ſeptum eſt:ſolus habet rerum oim
cum filio ſuo poteſtatem. nec eſt in angelis quicq̄:niſi parendi ne
ceſſitas. Itaq; nullū ſibi honorē tribui volunt:quorū honor in deo
eſt. Illi autem qui deſierūt a dei miniſterio: qa ſunt veritatis ini-
mici & p̄uaricatores: dei nomē ſibi & cultum deorum vendicare

Demonū pręſtigię

conãtur:nō ꝙ vllum honorem deſiderent. Quis enim honor per
ditis ē:nec vt deo noceãt:cui noceri non poteſt: ſed vt hominibꝰ
quos nituntur a cultura & noticia verę maieſtatis auertere.ne im
mortalitatē adipiſci poſſint quam ipſi ſua nequitia perdiderunt.
Offendūt itaq; tenebras:& veritatem caligine obducūt:ne domi
num:ne patrē ſuū norint:& vt illiciant facile: in templis ſe occu-
lunt:& ſacrificijs ipſis pręſto ad ſunt. Edūtq; ſæpe prodigia:qui-
bus obſtupefacti homines fidem commodent ſimulachris diuini
tatis ac numinis. Inde eſt & ab augure lapis nouacula inciſus eſt:
& ꝙ Iuno veijs migrare ſe Romã velle reſpōdit:ꝙ Fortuna mu-
liebris periculū denūciauit:ꝙ Claudię manū nauis ſecuta eſt:ꝙ
in ſacrilegos & iuno nudata:& Locrēſis Proſerpina & ceres Mile

Actij uijcoſ. Iuno mo-neta Ceres Hercules Iuppiter. Minerua

ſia vindicauit. & hercules de Appio & Iuppiter de Atinio:& Mi
nerua de Cęſare. Hic & ſerpēs vrbem Romã peſtilētia liberauit.
Epidauro accerſitus. Nã iliuc dęmoniarches ipſe in figura ſua ſi-
ne diſſimulatione pductus ē:ſi quidē legati ad eam rem miſſi dra
conem ſecū mirę magnitudinis attulerūt. In oraculis aūt vel ma-
xime fallunt:quorū pręſtigias prophani a veritate itelligere non
pn̄t. Ideoq; ab illis attribui putant:& iperia : & victorias & opes
& euentus proſperos rerum. Deniq; ipſorum nutu ſæpe rempu-
blicam periculis iminentibus liberatam. Quæ pericula & reſpon
ſis denūciauerūt: & ſacrificijs placati auerterūt. Sed omnia iſta
fallacię ſunt. Nam cum diſpoſitiones dei ptęſentiant: quippe qui
miniſtri eius fuerūt: interponunt ſe in his rebus:vt q̄cunq; a deo
vel facta ſunt vel fiunt ipſi potiſſimū facere aut feciſſe videãtur.
Et quotiens alicui populo vel vrbi ſecūdū dei ſtatum boni quid
impēdet:illi ſe id facturos:vel prodigijs:vel ſomnijs vel oraculis
pollicentur. ſi ibi templa:ſi honores. ſi ſacrificia tribuantur. Qui
bus datis cuꝫ illud acciderit quod neceſſe eſt:ſummã ſibi pariūt
venerationē. Hinc templa deuouentur: & uouę imagines conſe-
crãtur:mactantur greges hoſtiarum. Sed cum hæc facta ſunt ni-
hilominus tamen/& vita & ſalus eorum: qui hęc fecerit imolãt.
Quotiēs autem pericula impendēt:ob aliquam ſe ineptã & leuē

cauſam profitentur iratos:ſicut iuno Varroni:ꝙ formoſum puerū i templo iouis ad exuuias tenendas collocarat:& ob hāc cauſam Romanum nomen apud Cannas pene deletuʒ eſt. Quod ſi Iuno alterum Ganymedē verebatur:cur iuuentus Romana luit pœnas? Vel ſi dij tantummodo duces curant:cęteram multitudinem negligūt. Cur Varro ſolus euaſit:qui hoc fecit? & Paulus qui nihil meruit occiſus eſt? Videlicet nil tunc Romanis accidit fatis Iunonis iniq:cuʒ Hannibal duos exercitus populi romani:& aſtu & virtute cōfecit. Nam iuno audere non poterat:aut Carthaginem defendere:vbi arma eius & currus fuit:aut romanis nocere:quia progenieʒ troiano a ſanguine duci Audierat:tyrias olim quæ verteret arces. Sed illorum ſunt iſti luſus:qui ſub nominibus mortuorū deliteſcentes viuētibus plagas tendunt. Itaqꝫ ſiue illud periculū quod imminet vitari poteſt:videri volunt id placati auertiſſe:ſiue non poteſt id agunt:vt propter illorum contemptum accidiſſe videatur. Itaqꝫ ſibi apud homines:qui eos neſciunt:auctoritatem ac timorem pariūt. Hac verſutia & his artibus noticiā veri ac ſingularis dei apd̄ oēs gētes inueterauerunt. Suis enim vitijs perditi ſæuiunt & craſſantur:vt perdāt. Iccirco etiam humanas hoſtias excogitauerunt:ipſi hoſtes humani generis:vt per multas deuorarent animas.

Cannēſis cladeſ vn̄.

Hānibal

¶Cur deus humano generi ſic patiatur illudi; & ꝙ tribus de cauſis vana oſtenſa eſt gentium religio. Ca.XVIII

Dicet aliquis:cur ergo deus hæc fieri patitur? nec tam malis ſucurrit erroribus vt mala cum bonis pugnent:vt vitia ſint aduerſa virtutibus:vt habeat alios quos puniat:alios quos honoret. Vltimis enim temporibus ſtatuit de viuis ac mortuis iudicare:de quo iudicio mihi erit in vltimo libro diſputatio. Differt ergo donec veniat temporum finis:quo effundat iram ſuam in poteſtate ac virtute cęleſti:ſicut vatum prædicta priorū terribili monitu horrificant. Nunc autem patitur homines errare:& aduerſum ſe quoqꝫ impios eſſe:ipſe iuſtus:& mitis:& patiens. Nec enim fieri poteſt:vt non is in quo perfecta ſit virtus:ſit etiam perfecta patientia. Vnde quidam putant:ne iraſci quideʒ deū omnino ꝙ affectibus:qui ſunt perturbationes animi:ſubiectus nō ſit:quia fragile eſt omne animal:quod afficitur & cōmouetur. Quæ perſuaſio veritatem atqꝫ religionem funditus tollit. Sed ſeponat̄ interim locus hic nobis de ira dei differendi:ꝙ & vberior eſt materia & opere proprio latius exequenda. Illos ergo nequiſſimos ſpiritus quiſquis veneratus fuerit & ſecutus nec cælo nec luce potietur:quę ſunt dei ſed in illa decidet:quę in diſtributione rerum attributa eſſe ipſi malorū principi diſputauim⁹:in tenebras. ſ. & inferos:& in ſup-

Vt accipi tur frequē ter ſcd̄ʒ euētū:aliā cām dicit vt docet chryſo. ſuper .j. epiſtolam ad corin.

Falſū eſt deuʒ non iraſci.

de ira dei ſcripturuʒ ſe pollicet.

plicium ſempiternum. ¶ Docui religiões deorũ triplici modo vanas eſſe. vno ꝙ ſimulacra ipſa: quæ coluntur: effigies ſint hominum mortuorum. Et autem peruerſum & incongruens vt ſimulacruȝ hominis a ſimulacro dei colatur. Colit enim quod eſt deterius & imbecillius. Tum inexpiabile facinus eſſe deſerere viuentem: vt defũctorum monumentis ſeruias: qui nec vitam nec lucem dare cuiquã poſſunt: qua ipſi carent. Nec eiſe alium quenquam deũ pręter vnũ: cuius iudicio ac poteſtati omnis anima ſubiecta ſit. Altero ꝙ ipſe imagines ſacrę: quibus inaniſſimi homines ſeruiunt: omni ſenſu carent: quum terra ſint. Quis autem non intelligas nefas eſſe rectum animal curuari: vt adoret terram: quæ icirco pedibus noſtris ſubiecta eſt: vt calcanda nobis: non adoranda ſit: qui ſumus ideo excitati: & ex eo ſtatũ ſublimem pręter cæteras animantes accepimus: vt non reuoluamur deorſum: ne hunc celeſtem vultum proijciam⁹ ad terram. Sed oculos eo dirigamus: quo illos naturæ ſuæ conditio direxit. nihilq; aliud adorem⁹: nihil colamus: niſi ſolius artificis parentiſq; noſtri vnicum nomen: qui propterea hominem rigidum figurauit: vt ſciamus nos ad ſuperna & cæleſtia prouocari. Tertio ꝙ ſpiritus: qui præſunt ipſis religiõibus: condemnati & abiecti a deo per terram volutentur: qui non tantum nihil præſtare cultorib⁹ ſuis poſſint: quoniam rerum poteſtas penes vnum eſt. Verum etiam mortiferis eos illecebris & erroribus perdant: quoniaȝ hoc illis quotidianum eſt opus: tenebras hominibus obducere: ne quæratur ab illis verus deus. Non igitur colendi ſunt: quia ſententiæ dei ſubiacent. eſt enim piaculum maximũ addicere te poteſtati eorum: quibus ſi iuſticiam ſequare: potentior eſſe poſſis: & eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare. Q; ſi apparet religiones iſtas tot modis eſſe vanas: quibus docui: manifeſtum eſt eos qui vel mortuis ſupplicant: vel terram venerantur: vel ſpiritibus impuris aĩas ſuas mancipant: rationem hominum nõ tenere: eoſq; impietatis ac ſceleris ſui ſupplicia penſuros: qui rebelles aduerſus parẽtem generis humani deum: ſuſceptis inexpiabilib⁹ ſacris fas omne violauerũt.

Hõ cur a deo rigid⁹ ẽ factus.

¶ Quod in cultu ſimulacrorum nulla poteſt eſſe religio. Nam a ſimulatione ideſt a falacia dicta ſunt.

Cap. XIX.

QVICVNQVE IGITVR ſacramentum hominis tueri: rationemq; naturę ſuæ nititur obtinere: ipſe ſe ab humo ſuſcitet: & erecta mente oculos ſuos tendat in cælũ: non ſub pedibus quærat deum: nec a veſtigijs ſuis eruat quod adoret: quia quicquid homini ſubiacet: infra hominem ſit ne-

ceſſe eſt. Sed quærat in ſublimi quærat in ſummo: quia nihil poteſt
homine maius eſſe: niſi quod fuerit ſupra hominem. Deus autẽ ma
ior eſt homine: ſupra ergo/non infra eſt. Nec in ima potius: ſed i ſum
ma regione quærendus eſt. ¶ Quare non eſt dubium: quin religio nul
la ſit vbicunq; ſimulachrum eſt. Nam ſi religio ex diuinis rebus ẽ: di-
uini autem nihil eſt: niſi in cæleſtibus rebus. Carent ergo religione ſi
mulachra: quia nihil poteſt eſſe cęleſte in ea re: quę fit ex terra: quod
quidem de nomine ipſo ſapienti apparere poteſt. Quicquid enim ſi Simula-
mulatur/id falſum ſit neceſſe eſt: nec poteſt vnquam veri nomen acci chrum vñ
pere: quod veritatem fuco & imitatione mentitur. Si autem omnis
imitatio non res potiſſimum ſeria: ſed quaſi ludus ac iocus eſt: non re
ligio in ſimulachris: ſed mimus religionis ẽ. Pręferendum eſt igitur
verum omnibus falſis. Calcanda terrena: vt cæleſtia conſequamur.
Ita enim res ſe habet: vt quiſquis animam ſuam: cuius origo de cælo
eſt: ad inferna & ima proſtrauerit: eo cadet: quo ſe ipſe deiecerit.
Ideoq; oportet rationis ac ſtatus memorem nõ niſi ad ſuperna niti ſẽ-
per ac tendere. Quod qui fecerit/hic plane ſapiẽs: hic iuſtus: hic ho
mo: hic cælo deoq; dignus iudicabitur: quem ſuus parens: non hu-
milem: nec ad terram more quadrupedum abiectum: ſed ſtantem po
tius ac rectum ſicut eum fecit: agnouerit.

## ¶ Breuis epilogus: quo docet gentibus ſuperatis ſibi a philoſophis grauius imminere certamen. Cap. XX.

Peracta eſt igitur (ni fallor) magna & difficillis ſu
ſcepti operis portio: & maieſtate cęleſti ſuggerẽ
te nobis dicendi facultatem inueteratos depuli-
mus errores. Nunc vero maior nobis ac difficili
or/cum philoſophis propoſita luctatio eſt: quo-
rum ſumma doctrina & eloquentia quaſi moles
aliqua mihi opponitur. Nam vt illic multitudine
ac prope conſenſu omnium gentium premebamur: ita hic auctori-
tate pręſtantium omni genere laudis virorum. Quis autem neſciat
plus eſſe momenti in paucioribus doctis: q̃ in pluribus imperitis?
Sed non eſt deſperandum iſtos quoq; de ſententia (deo ac veritate Docti pau
ducibus) poſſe depelli. Nec tam pertinaces fore arbitror: vt clariſſi- ciores plu
mum ſolem ſanis/ac patentibus oculis videre ſe negent. Modo illud ris q̃ multi
verum ſit: quod ipſi ſolent profiteri ſtudio inueſtigandę veritatis ſe imperiti.
teneri. Efficiam profecto: vt quæſitam veritatem diu: & aliquãdo i-
uentã eſſę credant: & humanis ingenijs inueniri nõ potuiſſe fateãt.

¶Lactantij firmiani diuinarum inſtitutionum aduerſus gentes. De falſa ſapientia ad Conſtantinum imperatorem.

¶Liber tertius.

¶Commendatur in primis veritas:& omni præfertur eloquentię & quare eam non ſint aſſecuti philoſophi aperitur: & quare ſtilo ſimplici ſacra ſcribantur eloquia:& ꝙ philoſophis tunc maxime credendum eſt: cum ſuam ignorantiam profitẽtur. Capitulum.I.

Ciceron. eloquẽtia admirabilis.

VEllem mihi (quoniam veritas in obſcuro latere adhuc exiſtimatur vel errore atq; imperitia vulgi varijs & ineptis ſuperſtitionibus ſeruientis: vt philoſophis prauitate ingeniorum turbantibus eam potius q̃ illuſtrãtibus) & ſi non qualis in.M. Tullio fuit (quia pręcipua & admirabilis fuit) aliquam tamen proximam eloquentiæ contingere facultatem: vt quantum veritas vi ſua propria valeat: tantum ingenij quoq; viribus nixa exerceret ſe aliquando. & diſcuſſis conuictiſq; tam publicis: q̃ eorum qui ſapientes putantur erroribus: humano generi clariſſimum lumen inferret. ¶Quod quidem duabus ex cauſis fieri vellem: vel ꝙ magis poſſent credere homines ornatæ veritati: qui etiam mendacio credunt: capti orationis ornatu lenocinioq; verborum: vel certe vt ipſi philoſophi ſuis armis potiſſimum quibus placere ſibi & confidere ſolent: opprimerentur a nobis. ¶Sed quoniam deus hanc voluit eſſe rei naturam/vt ſimplex & nuda veritas eſſet luculentior: quia ſatis ornata per ſe eſt. Ideoq; ornamentis extrinſecus additis: fucata corrumpitur: Mendacium vero ſpecie placet aliena: quia per ſe corruptum vaneſcit: ac defluit: niſi aliunde ornatu quæſito: circunlitum fuerit ac politum: æquo animo fero ingenium mihi mediocre fuiſſe conceſſum. Verum ego non eloquentiæ: ſed veritatis fiducia ſuſcepi hoc opus fortaſſe maius: q̃ vt poſſit meis viribus ſuſtineri: quod tamen etiam ſi ego defecerim: deo (cui⁹ eſt hoc munus) adiuuante: veritas ipſa cõplebit. Etenim cum ſciam maximos quoſque oratores a cauſidicis mediocribus ſæpe victos: quia tãta ẽ potẽtia veritatis: vt ſeipſã quanuis in rebus exiguis ſua claritate defendat. Cur hanc ego in maxima cauſa ab ĩgenioſis quidem illis ac diſertis viris: ſed tamen falſa dicentibus: oppreſſum iri putẽ? ac non illa ſi minus oratione noſtra: quę de tenui fonte admodũ exilis emanat: lumine tamen ſuo clara & illuſtris appareat? Nec ſi philoſophi doctrina litterarum mirabiles extiterint: ego etiam illis ſcietiã

Veritas nuda luculentior.

veri cognitionemque conceſſerim:quam nemo cogitando aut diſputando aſſequi poteſt. Neq; enim nunc repræhendo eorum ſtudium: qui veritatem ſcire voluerunt:quia naturam hominis deus veri adipiſcendi cupientiſſimam fecit. Sed id arguo:id reuinco:ꝙ honeſtam illorum & optimam voluntatem ſit non ſecutus effectus: quia neq; quid eſſet verum ipſum ſciebant:neq; quomodo aut vbi aut qua mēte quęrendum. Ita dum ſuccurrere humanis erroribus cupiunt ipſi ſe in plagas & errores maximos induxerunt. Ad hoc igitur me opus coarguendi philoſophiam:ſuſceptæ materiæ ordo ipſe deduxit. Nam cum error omnis aut ex religione falſa oriatur:aut ex ſapientia:in eo conuincendo neceſſe eſt vtrumq; ſubuertere. Cum enim ſit nobis diuinis litteris traditum:cogitationes omnium philoſophorum ſtultas eſſe:idipſum re & argumentis docendum eſt:nequis honeſto ſapientię nomine inductus:aut inanis eloquentiæ ſplendore deceptus:humanis malit q̄ diuinis credere:quæ quidem tradita ſunt breuiter ac nude. Nec enim decebat aliter: vt cum deus ad hominem loqueret: argumentis aſſereret ſuas voces:tanq̄ fides ei non haberetur: ſed (vt oportuit) eſt locutus:quaſi rerum omnium maximus iudex:cuius nō eſt argumentari:ſed pronūciare verum. Ipſe vt deus. nos autem cum ad res ſingulas teſtimonia diuinæ vocis habeamus: profecto mōſtrabimus quanto certioribus argumentis poſſint vera defendi:cum etiam falſa ſic defendantur:vt vera ſoleant videri:quare non eſt ꝙ philoſophis tantum honoris habeamus:vt eorum eloquentiam pertimeſcamus. Loqui enim bene potuerunt:vt homines eruditi: vere autē loqui nullo modo:quia veritatem non didicerant ab eo:qui eius potēs eſſet:nec ſane magnū aliquid efficiemus:ꝙ illos ignorantię redarguemus: quam ipſi ſæpiſſime confitentur. In eo ſolo: quoniam non eis creditur/in quo ſolo credi debuit:conabor oſtendere nunq̄ illos tā veridicos fuiſſe q̄ cum ſententiam de ſua ignoratione dixerunt.

Homo natura ſciendi cupiētiſſimus.

q̄ vere aut nullo mō ex ſe q̄dē: ſed tantū ex ſpūſctō iuxta illđ Cī; hō mēdax. pſalmo. cxv.

¶Quod ipſo nomine philoſophiæ conuincitur q̄ inanis fuerit gentiliter philoſophantium occupatio. Cap. II.

NVnc quoniam duobus ſuperioribus libris religionum falſitas demonſtrata eſt: necnon origo ipſa totius erroris expoſita: huius libri munus eſt philoſophiam quoq; oſtendere:q̄ inanis & falſa ſit:vt omni erroꝛ ſublato:veritas patefacta clareſcat. Ordiamur itaq; a communi philoſophię nomine: vt ipſo capite deſtructo: facilior nobis aditus pateat ad excidendum omne corpus: ſi tamen poteſt corpus vocari: cuius partes ac membra diſcordent:nec vlla compage inter ſe cohæreant: ſed quaſi diſiecta & diſſipata palpitare potius q̄ viuere videantur. Philoſophia

Philoſophia quid ſit.

eſt vt nomen indicat:ipſiq; definiunt ſtudium ſapientię. Vnde igitur
probem magis philoſophiam nō eſſe ſapiētiā: q̄ ex ipſius nominis ſi-
gnificatiōe? Qui enim ſapientię ſtudet:vtiq; nondū ſapit:ſed vt ſape
re poſſit ſtudet. In cæteris artibus ſtudium quid efficiat: & quo ten-
dat apparet:quas cum diſcendo aliquis aſſecutus eſt:iam non ſtudio
ſus artificij:ſed artifex noīatur. At eni verecundiæ cauſa ſtudioſos ſe
ſapientiæ non ſapientes vocauerūt. Immo vero Pythagoras qui hoc
primus nomē inuenit:cū paulo plus ſaperet:q̄ illi priores/qui ſe ſapiē
tes putauerūt:intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiam p-
ueniri. Et ideo nō oportere incōpręhenſæ atq; imperfectæ rei perfe
ctum nomen imponi. Itaq; cū ab eo quereretur:quēnam ſe profitere
tur. Reſpondit philoſophū:id eſt quæſitorē ſapiētiæ. Si ergo philoſo
phia ſapiētiā quęrit. nec ipſa ſapientia eſt:quia neceſſe eſt aliud eſſe
quod quęrit:aliud quod quæritur: nec quæſitio ipſa recta ē: q̄a nihil
poteſt inuenire. Ego vero ne ſtudioſos quidem ſapientiæ philoſo-
phos eſſe conceſſerim:quia illo ſtudio ad ſapientiā nō perueniť. Nā
ſi facultas inueniēdæ veritatis huic ſtuſtio ſubiaceret:etſi eſſet id ſtu-
dium tanq̄ iter ad ſapientiā:aliquādo eſſet inuenta. Cū vero tot tem-
poribus:tot ingenijs in eius inquiſitione contritis nō ſit compręhen-
ſa:apparet nullā eſſe ibi ſapientiam. Nō ergo ſapiētiæ ſtudēt:qui phi
loſophantur:ſed ipſi ſtudere ſe putāt:quia illud quod quęrūt:vbi aut
quale ſit neſciunt. Siue ergo ſapientiæ ſtudent:ſiue non ſtudent:ſapi
entes non ſunt:quia nunq̄ reperiri poteſt:quod aut non recte quæri-
tur aut omnino non quæritur.

Phīæ nomē a quo primum.

¶ Ex quibus rebus philoſophia conſtet. Et quis fuerit auctor
academicæ ſectæ:quę nihil recte definit q̄ ſolaꝫ opinionē eſſe in
philoſophia gentilium:qui ideo plus audent: quia errores eorū
non arguit niſi deus. Cap. III.

Phia conſtat ſciētia & opinatione.

Scia paritur extrinſecus.

Solis magnitudo.

Luna globoſa an cō caua.

Cæli magnitudo & materia.

VIdeamus tamen idipſum poſſitne hoc ſtudio reperiri ali
qd:an nihil. Duabus rebus videtur philoſophia conſtare
ſcientia & opinatione:nec vlla alia re. Sciētia ab ingenio
venire non poteſt:nec cogitatione compręhendi: quia in
ſeipſo habere propriam ſcientiam:non hominis:ſed dei eſt. Mortalis
autem natura non capit ſcientiam:niſi quæ veniat extrinſecus. Iccir-
co enim oculos:& aures:& cæteros ſenſus patefecit in corpore diui-
na ſolertia: vt per eos aditus ſcientia perueniret ad mentem. Nam
cauſas naturaliū rerum diſquirere:aut ſcire velle ſol vtrum ne tantus
quantus videtur:an multis partibus maior ſit:q̄ omnis hæc terra. Itē
luna globoſa ſit:an concaua:& ſtellę vtrū ne cohæreant cęlo an p ae
reꝫ libero curſu ferantur. Cęlum ip̄m qua magnitudine:qua materia
conſtet vtrum quietum ſit an mobile:an incredibili celeritate volua-

tur. Quanta ſit terræ craſſitudo: aut quibus fundamẽtis librata & ſuſpenſa ſit. Hęc inquam diſputando & cõiecturis velle comprehẽdere: tale eſt profecto: quale ſi diſſerere velimus: qualẽ eſſe arbitramur cuiuſpiam remotiſſimæ gẽtis vrbem: quam nunquam vidim⁹: cuiuſq; nihil aliud q̃ nomen audiuimus. Si nobis in ea re ſcientiam vendicemus: quę non poteſt ſciri: nõne inſanire videamur: q id affirmare audeamus: in quo reuinci poſſimus? ¶ Quãto magis qui naturalia: q̃ ſciri ab homie non poſſũt: ſi ſcire ſe putant: furioſi dementeſq; ſũt iudicãdi? Recte ergo Socrates: & eum ſecuti academici ſcientiã ſuſtulerunt: q̃ non diſputantis ſed diuinantis eſt. Supereſt vt opinatio in philoſophia ſola ſit. Nam vnde ab eſt ſcientia: id totũ poſſidet opinatio. Id. n. opinatur quiſq;: quod neſcit. Illi autem qui de rebus naturalibus diſputant: opinantur ita eſſe vt diſputant. Neſciunt igitur veritatem: quoniam ſcientia certi eſt: opinatio incerti. Redeam⁹ ad illud ſuperius exemplũ. Age opinemur de ſtatu & qualitate vrbis illius: quæ nobis rebus omnibus pręter nomen ignota eſt. Veriſimile ẽ in plano ſitam: lapideis mœnibus: ædificijs ſublimibus: vijs pl̃ib⁹: magnificijs ornatiſq; delubris. Deſcribamus: ſi placet: mores habitũq; ciuiũ. Sed cũ hęc dixerimus: ali⁹ contraria diſputabit: & cũ hic quoq; perorauerit: ſurget & tertius: & alij deinceps: & opinabuntur multo diſparia: q̃ nos ſumus opinati. Quid ergo erit ex omnibus veri certius? Fortaſſe nihil. At omnia ſunt dicta: quæ in rerum naturã cadunt: vt neceſſe ſit aliquid eorum eſſe verum. At neſcietur quis verum dixerit: poteſt fieri: vt omnes ex parte aliqua errauerit: ex parte attigerint veritatem. Stulti ergo ſumus ſi hoc diſputatione quęramus. Poteſt enim ſuperuenire aliquis: qui opiniones nr̃as derideat: noſq; pro inſanis habeat: qui velimus id qđ neſcimus: quale ſit opinari. Verũ non opus eſt longe poſita conquirere: Vnde nemo fortaſſe veniat qui nos redarguat. Age opinemur: quid nunc in foro geratur: quid in curia: Longum eſt id quoq; dicamus: interpoſito vno pariete quid fiat: nemo poteſt id ſcire: niſi qui audiuerit aut viderit. Nullus enim audet id dicere. quia ſtatim non verbis ſed re ipſa p̄ſenti refutabitur. At qui hoc idem faciunt philoſophi: qui diſputant in cęlo quid agatur: ſed eo ſe id ĩpune facere arbitrãtur: quia null⁹ exiſtit: qui errores eorum coarguat. Quod ſi exiſtimarent deſcenſurũ eſſe aliquẽ: qui eos delirare ac mentiri doceret: nunquam quicquã de his rebus quas ſcire non poſſint diſputarẽt. Nec tamen ideo fœlicior putanda eſt eorum imprudẽtia & audacia: quia non redarguũtur. Redarguit enim deus: cui ſoli veritas nota eſt: licet cõniuere videatur: eaq; hominum ſapientiam pro ſumma ſtultitia computat.

Socrates. Academici ſciẽtiã ſuſtulerũt

❧Quomodo zeno & Socrates totam philoſophiam ſuſtulerunt de medio & quaſi quodam ciuili bello ſuis confecta eſt armis. Cap. IIII.

Zeno Opinationem ſtoici ſuſtulerũt

REcte igitur zeno ac ſtoici opinationẽ repudiarunt. Opinari enim te ſcire: quod neſcias non eſt ſapiẽtis ſed temerari potius ac ſtulti. Ergo ſi neqꝫ ſcire qcquam poteſt: vt Socrates docuit: nec opinari oportet vt zeno: tota philoſophia ſublata eſt. Quid ꝙ nõ tantum ab his duobus euertitur: qui philoſophiæ principes fuerunt: ſed ab omnibus vt iam videatur iãpridem ſuis armis eſſe confecta: in multas ſectas philoſophia diuiſa eſt: & omnes varia ſentiunt. In qua ponimns veritatem? in omnibus certe non poteſt: deſignemus quanlibet: nẽpe in cæteris omnibus ſapientia nõ erit. Transeamus ad ſingulas. Eodem modo quicquid vni dabimus: cæteris auferemus. Vnaqueqꝫ.n. ſecta omnes alias euertit: vt ſe ſuaqꝫ confirmet. Nec vlli alteri ſapere cõſedit: ne ſe deſipere fateatur: ſed ſicut alias tollit: ſic ipſa quoqꝫ ab alijs tollitur omnibus. Nihilominus enim philoſophi ſunt qui eam ſtulticię accuſant. Quãcunqꝫ laudaueris veramqꝫ dixeris: a philoſophis vituperatur vt falſa. Credemus ne igitur vni: ſe ſuãqꝫ doctrinã laudanti: an multis vnius alterius ignorantiã culpãtibus? Rectius ergo ſit neceſſe eſt quod plurimi ſentiunt: q̃ quod vnus. Nemo enim poteſt de ſe recte iudicare: quod nobilis poeta teſtatur. Ita enim cõparataꝫ eſſe omnibus naturam omniũ: aliena vt melius videant & dijudicent q̃ ſua. Cũ igitur omnia incerta ſint: aut omnibus credendũ ſit: aut nemini. Si nemini: ſapiẽtes ergo non ſunt: quia ſinguli ſapiẽtes eſſe ſe putant. ſi omnibus: ęque non ſunt ſapiẽtes: quia ſinguli ab omnibꝰ eſſe negantur ſapientes. Pereunt igitur vniuerſi hoc modo & tãquã ſpartiatę illi poetarum: ſic ſe inuicem iugulant: vt nemo ex omnibꝰ reſtet. Quod eo fit: quia gladium habent ſcutum non habent. Si ergo ſingulę ſecte multarum ſectarum iudicio ſtulticię conuincuntur omnes igitur vanę atqꝫ inanes reperiũtur. Ita ſeipſam philoſophia conſumit & conficit. Quod cũ intelligeret Archeſilas Academię cõditor: repręhẽſiones omniũ inter ſe collegit: confeſſioneqꝫ ignorantiæ clarorũ philoſophorũ: armauitqꝫ ſe aduerſus omnes: Itaqꝫ conſtituit nouã nõ philoſophandi philoſophiã. Eo igitur auctore duo philoſophię genera cœperũt. Vnum illud vetus quod ſcientiaꝫ ſibi vendicat: alterum nouũ repugnans: quod eam detrahit. In his duobus generibus video diſſidiũ: & quaſi ciuile bellum ſapientiã: quæ diſtrahi non poteſt: in qua parte ponemus? Si natura rerum ſciri poteſt: hæc tyronũ caterua interibit: ſi nõ poteſt: veterani cõficientur. Si pares fuerint: nihilominꝰ peribit dux omnium philoſophia: q̃

Spartiatę poetaruꝫ.

archeſilas academię conditor.

diſtracta eſt. nihil enim poteſt ſine iteritu ſuo ſibi eſſe contrariuꝫ. Si autē (vt docui) nulla poteſt eſſe in homine interna & propria ſcietia ob fragilitatem conditionis humanæ Archeſilæ manus vicit. Sꝫ ne ipſa quidem ſtabit: quia non poteſt omnino nihil ſciri.

¶ Contra acadæmicos ꝙ multa ſcire / & natura rerum & vitę neceſſitas cogit. Cap. V.

SVNT enim multa: quæ natura ipſa nos ſcire: & vſus frequens: & vitæ neceſſitas cogit. itaqꝫ pereundum eſt: niſi ſcias quæ ad vitam ſunt vtilia: vt appetas quę periculoſa: vt fugias & vites. Præterea multa ſunt quæ vſus inuenit. Nam ſolis ac lunæ varij curſus & meatus ſyderum: & ratio tempoꝝ depręhenſa eſt: & natura corporum a medicis: herbarumqꝫ vires: & ab agricolis natura terrarum: necnon hymbriū futurorū: ac tēpeſtatū ſigna collecta ſunt. Nulla deniqꝫ ars eſt: quę nō ſcientia cōſtet. Debuit ergo Archeſilas (ſiqd ſaperet) diſtinguere: quę ſciri poſſent. quæue neſciri. Sed ſi id feciſſet: ipſe ſe in populum redegiſſet. Nam vulgus interdum plus ſapit: quia tantū quātū opus eſt ſapit. A quo ſi quæras vtrū ſciat aliquid: an nihil dicet ſe ſcire quæ ſciat fatebitur ſe neſcire quæ neſciat. Recte ergo aliorū ſuſtulit diſciplinas: ſed nō recte fundauit ſuam. Ignoratio enim rerum omnium non poteſt eē ſapiētia: cui⁹ eſt ſcire propriū. Ita cū philoſophos expugnauerit: ac docuerit eos nihil ſcire: ipſe quoqꝫ nomē philoſophi perdidit: quia doctrina eius eſt nihil ſcire. Nā qui alios repręhendit: ꝙ neſciāt: ipſe debet ſciens eſſe. Cū auteꝫ nihil ſciat: quæ peruerſitas: quæue inſolentia eſt: ob idipſum ſe philoſophū cōſtituere ꝓpter quod cęteros tollat? Poſſunt enim ſic reſpōdere: ſi nihil nos ſcire cōuincis: & ideo non eſſe ſapientes quia nihil ſciamus: ergo ne tu quidē es ſapiēs: qa te quoqꝫ confiteris nihil ſcire. Quid ergo ꝓmouit Archeſilas. niſi ꝙ cōfectis oībus philoſophis ſeipſum quoqꝫ eodē mucrone trāſfixit.

¶ Quomodo ſapiētia in medio errantium fuerit. Et academici cōtra phyſicos: & phyſici contra acadæmicos dimicauerint. Et q̄ ſint aſyſtatarum exempla quæſtionum: & ꝙ rationes cæleſtium ſiue naturalium ſciri non poſſint. Cap. VI.

NVSQVAM NE igitur ſapiētia eſt? Immo vero inter philoſophos fuit: ſꝫ nemo vidit. Alij putauerunt ſciri poſſe omnia: ſapientes vtiqꝫ non fuerunt. Alij nihil: ne hi quidē ſapientes fuerunt. Illi quia plus homini dederunt: hi quia minus. Vtriſqꝫ in vtramqꝫ partem mod⁹ defuit. Vbi ergo ſapientia ē: vt neqꝫ te omnia ſcire putes quod dei eſt: neqꝫ omnia neſcire quod eſt pecudis? Eſt enim aliquid mediū quod ſit hominis: ideſt ſcientia cum ignoratione cōiuncta / & tēperata. Scientia in nobis ab anima eſt: q̄

Sciri q̄dā cōtra academicos.

Sciri q̄dā non omia

oritur e cęlo:ignoratio a corpore:quod eſt e terra.Vnde nobis & cū
deo:& cū animalibus eſt aliqua cōitas.Ita quoniam ex his duobus
conſtamus elementis:quorū alterū luce pręditū eſt: alterū tenebris
pars nobis data eſt ſcientię:pars ignorātię.Per hūc quaſi pōtē tran
ſire ſine cadendi periculo licet.Nam ſi illi omnes:quin alterā partē
inclinauerunt:aut dextro aut ſiniſtro verſus ceciderunt. Vtraq; aūt
pars quō errauerit dicā.¶Acadęmici cōtra phyſicos ex rebus ob-
ſcuris argumētati ſunt nullā eſſe ſcientiam:& exēplis paucarū rerū
incōpręhenſibiliū cōtenti amplexi ſunt ignorantiam/tāq̄ ſcientiā to
tam ſuſtuliſſēt:qa in parte ſuſtulerāt.Phyſici cōtra ex his quę aper-
ta ſunt.argumentū trahebāt omnia ſciri poſſe.contentiq; pſpicuis:
retinebāt ſcientiā tanq̄ totā defendiſſent: qa ex parte defenderant.
Itaq; neq; hi clara:neq; illi obſcura viderunt:ſed vtriq; dū ſolā ſcien
tiam conſertis manibus vel retinent:vel eripiūt:nō viderūt i medio

archeſilas nihil ſciri poſſe aiebat.

conſtitutam forę:quę illos ad ſapientiā trāſmitteret.Verū Archeſi-
las ignorātię magiſter:cum zenoni obtrectaret principi ſtoicorū/vt
totā philoſophiā euerteret(auctore Socrate) ſuſcepit hanc ſentētiā
vt affirmaret nihil ſciri poſſe.Itaq; coarguit exiſtimationem philo-
ſophorum/qui putaſſent ingenijs ſuis erutā eſſe atq; inuētā veritatē
videlicet:quia mortalis fuerat illa ſapientia:paucisq; an̄ temporib⁹
inſtituta.ad ſūmū iā incremētū puenerat: vt iā neceſſario cōſeneſce
ret ac periret: repente extitit acadęmia tanq̄ ſenectus philoſophię
quę illā conficeret iā defloreſcentē.Recteq; vidit Archeſilas arrogā
tes:vel potius ſtultos eſſe:q putent ſcientiā veritatis cōiectura poſſe
compręhendi:ſed tamen falſa dicentem redarguere non poteſt: ni-

Aſyſtatō quid

ſi qui ſcierit ante quid ſit verū.Quod archeſilas veritate nō cognita
facere conat⁹ :introduxit genus philoſophię ασύστατον:quod la
tine inſtabile ſiue incōſtans poſſumus dicere. Vt enim nihil ſciēdū
ſit aliquid ſcire neceſſe eſt.Nam ſi oīno niſi ſcias:idipſum nihil ſciri
poſſe tolletur.Itaq; q velut ſententiæ loco pronūciat nihil ſciri: tāq̄
pceptū profitetur & cognitū:ergo aliquid ſciri poteſt.Huic ſimile
eſt illud quod in ſcholis proponi ſolet:in aſyſtati generis exemplū

Sōniaſſe quēdā ne ſōnijs crederet.

ſomniaſſe:quēdam ne ſomnijs crederet. Si enim crediderit:tū ſequi
tur vt credendū nō ſit. Si aūt non crediderit:tūc ſequitur vt credē-
dum ſit.Ita ſi nihil ſciri poteſt:neceſſe eſt idipſum ſciri: ꝙ nihil ſcia
tur.Si autem ſcitur poſſe nihil ſciri. Falſum eſt ergo : quod dicitur
nihil ſciri poſſe.Sic inducetur dogma ſibijpſi repugnās: ſeq; diſſol-
uens.Sed homo verſutus cęteris philoſophis voluit ſcientiā eripe-
re:vt eam domi abſconderet.Nā ſibi illam profecto nō adimit: qui
aliquid affirmat:vt cæteris adimat:ſed nihil agit. Apparet enim ac
furtum ſuum prodit.quanto faceret ſapientius ac veri⁹:ſi exceptio-

ne facta diceret:cauſas rationeſq; dũtaxat rerum cæleſtium ſeu naturalium:quia ſunt abditæ:neſciri poſſe:quia nullus doceat:nec quæri oportere:quia inueniri quærendo non poſſunt. Qua exceptione interpoſita: & phyſicos admonuiſſet:ne quærerent ea que modum excederent cogitationis humanę:& ſeipſum calumniæ inuidia liberaſſet:& nobis certe dediſſet aliquid quod ſequeremur.Nunc autẽ quũ ab his ſequendis nos retraxerit:ne velimus plus ſcire q̃ poſſimus:nõ minus a ſe quoq; ipſo retraxit.Quis enim velit laborare: neqcq̃ ſciat aut eiuſmodi ſuſcipere doctrinam:vt etiã cõmunẽ ſcientiam perdat? Quæ ſi doctrina eſt ſciẽtia conſtet neceſſe eſt. Si non eſt:qs tam ſtultus eſt:vt diſcendum id putet: in quo aut nihil diſcitur: aut omnino dediſcitur? Quare ſi neq; omnia ſciri poſſunt: quod phyſici putauerunt:neq; nihil quod acadæmici:philoſophia omnis extincta eſt.

¶ De morali philoſophia:& quare ſicut vtilior:ita & cæteris philoſophiæ partibus ſit facilior:quæ fuerint omnium philoſophorum fere ſententiæ de ſummo bono. Cap.VII.

TRanſeamus nunc ad alteram philoſophiæ partem:quam ipſi moralem vocant:in qua totius philoſophiæ ratio continetur.Siquidem in illa phiſica ſola oblectatio eſt:in hac etiam vtilitas:& quoniam in diſponendo vitę ſtatu formãdiſq; moribus periculo maiori peccatur:maiorem diligentiam neceſſe eſt adhiberi:vt ſciamus quomodo nos oporteat viuere. Illic enim poteſt venia cõcedi:qa ſiue aliquid dicũt:nihil ꝓſũt ſiue delirãt:nihil nocent.Hic vero nullus diſſidio:nullus errori eſt locus.Omnes vnũ ſentire oportet:ipſãq; philoſophiã vno quaſi ore ꝑcipere:quia ſiquid fuerit erratũ:vita omnis euertit̃. In illa priori parte:vt periculi minꝰ: ita plus difficultatis eſt: q̄ obſcura rerũ ratio cogit diuerſa & varia ſentire.Hic vt periculi plus:ita minus difficultatis. quod ipſe vſus rerũ & quotidiana experimenta poſſunt docere quid ſit verius & melius. ¶ Videamus ergo vtrũ ne conſentiant:aut quid nobis afferãt: quo rectius vita degatur.Non neceſſe eſt omnia circuire.Vnum eligamus ac potiſſimum:quod eſt ſummum ac principale:in quo totiꝰ ſapientiæ cardo verſatur. Epicurus ſummum bonũ in voluptate animi eſſe cenſet.Ariſtippus in voluptate corporis.Callyphon & Dyanomacus cyrenaici:honeſtatem cum voluptate iunxerunt. Diodorꝰ in priuatione doloris ſummum bonum poſuit. Hieronymus in non dolendo. Peripathetici autem in bonis animi & corporis & fortunæ. Erilli ſummum bonum eſt ſcientia.zenonis cum natura congruenter viuere. Quorundam ſtoicorum virtutem ſequi. Ariſtoteles in honeſtate ac virtute ſummum bonum collocauit.Hæ ſunt fere omniũ ſẽtẽtiæ.In tanta diuerſitate:quem ſequimur? Cui credimꝰ

Phĩa moralis.

Sũmũ bonũ qd ex oĩũ phõrũ ſententia.

Par eſt omnibus auctoritas. Si eligere poſſumus quod eſt melius: iã non eſt philoſophia nobis neceſſaria: quia ſapientes iam ſumus: qui de ſapiẽtum ſententijs iudicemus. Cum vero diſcendę ſapientiæ cauſa veniamus: quid poſſumus iudicare: qui nonduꝫ ſapere cœperim⁹? Maxime cum pręſto aſſit acadæmicus: qui nos pallio retrahat: ac vetet cuiquam credere: nec tamen afferat ipſe quod ſequamur.

¶Quod vera ſapientia docet ſummum bonum hominis non eſſe animi vel corporis voluptatem aut aliquid eoruꝫ quę a philoſophis ſunt propoſita. Cap. VIII.

Summum bonum.

Feræ quæ Aarmẽta quæ.

QVid ergo ſupereſt: niſi vt omiſſis litigationibus furioſis ac pertinacibus: veniamus ad iudicem illum .ſ. datorem ſimplicis & quietę ſapientiæ: qui non tantum formare nos ac inducere in viam poſſit: verumetiam de controuerſijs iſtorum ferre ſententiam. Hic nos docet: quid ſit hominis verum ac ſummum bonum de quo priuſq̃ dicere incipio: illæ omnes ſententiæ ſunt refellendæ: vt appareat neminem illorum fuiſſe ſapientem. Cuꝫ de officio hominis agatur oportet ſummum ſummi animalis bonuꝫ in eo conſtitui: quod commune cum cæteris animalibus eſſe non poſſit: Sed vt feris dentes armentis cornua: volucribus pennæ propria ſunt: ſic homini aliquid ſuum debet aſſcribi: ſine quo rationem ſuæ conditionis amittat Nam quod viuendi aut generandi cauſa datum eſt omnibus: eſt quidem bonum naturale: ſummum tamen non eſt: niſi quod eſt vnicuiq; generi proprium.

Voluptas animi ſũmũ bonuꝫ eẽ nõ põt.

Ariſtipp⁹ pecudis vitam vixit.

¶Sapiens ergo non fuit qui ſummum bonum credidit animi voluptatem: quoniam ſiue vlla ſecuritas/ſiue gaudiuꝫ eſt: communis eſt omnibus. Ariſtippo ne reſpõdendũ quidẽ duco: quẽ corporis ſemper voluptatẽ tuẽtem: nihilq; aliud q̃ vẽtri & veneri ſeruientem: nemini dubium eſt hominem non fuiſſe. Sic.n. vixit: vt nihil inter eum pecudẽq; diſtaret: niſi vnum: ꝙ loquebatur. Quod ſi aſino/aut cani: aut ſui facultas loquendi tribuatur: quęraſq; ab his quid ſibi velint: cum fœminas tam rabide conſectãtur: vt vix diuelli queant: cibos etiam potumq; negligant. Cur aut alios mares violẽter abigant: aut ne victi quidem abſiſtant: ſed a fortioribus ſæpe contriti: eo magis inſectentur? Cur nec hymbres nec frigora pertimeſcant: laborem ſuſcipiant: periculum non recuſent Quid aliud reſpondebunt/niſi ſummũ bonũ eſſe corporis voluptatem: eam ſe appetere: vt afficiantur ſuauiſſimis ſenſibus: eoſq; eſſe tãti: vt aſſequendorum cauſa nec laborem ſibi vllum: nec vulnera: nec mortem ipſam recuſandam putent. Ab his ne igitur præcepta viuendi petemus: qui hoc idem ſentiunt: quod animæ rationis expertes?

Honeſtas cuꝫ voluptate nõ eſt ſummum bonum.

¶Aiũt Cyrenaici virtutẽ ipſam ex eo ipſo eſſe laudandam: ꝙ ſit efficiens voluptatis. Verum ergo inquit obſcœnus canis: aut ſus ille

lutulentus:nam ideocum aduerſario ſumma viriuꝫ contentione depugno:vt virtus mea pariat mihi voluptatem cuius expers ſim neceſſe eſt:ſi victus abſceſſero. Ab his ergo ſapere dicemus:quos a pecudibus ac bæluis non ſententia ſed lingua diſcernit? Priuationem doloris ſummum bonum putare:non plane peripateticorũ ac ſtoicorum:ſed cynicorum philoſophorum eſt. Quis enim non intelligat ab ægrotis & in aliquo dolore poſitis:eſſe hoc diſputatuꝫ? Quid tam ridiculum:q̃ id habere pro ſummo bono: quod medicus poſſit dare? Dolendum eſt ergo vt fruamur bono: & quidem grauiter ac ſæpe:vt ſit poſtea non dolere iocundius. Miſerrimus eſt igitur qui nunq̃ doluit:quia bono caret: quem nos fœliciſſimum putabamus: quia malo caruit. Ab hac vanitate non longe abfuit:qui omnino nihil dolere ſummũ bonum dixit. Nam præterq̃ quod omne animal doloris eſt fugiens: quis poteſt ſibi hoc bonum præſtare: quod nobis vt eueniat:nihil aliud poſſumus q̃ optare? Summum autem bonum non poteſt efficere quemq̃ beatum:niſi ſemper fuerit in ipſius poteſtate. Hoc autem non virtus homini: non doctrina nõ labor ſꝫ natura ipſa cunctis animãtibus p̃ſtat. ¶Qui voluptatẽ cũ honeſtate iunxerũt cõionẽ hãc effugere voluerũt:ſed effecerũt repugnãs bonũ qm̃ qui voluptati deditus eſt:honeſtate careat neceſſe eſt: qui honeſtati ſtudet voluptate. ¶Peripateticorũ bonũ nimiũ multiplex (exceptis animi bonis: quę ipſa q̃ ſint: magna cõtẽtio ẽ) commune cum bæluis poteſt videri. Nam corporis bona.i.incolumitas: indolentia:valitudo:non minus ſunt mutis/q̃ homini neceſſaria. Ac neſcio an etiam magis:quia homo & medelis/ & miniſterijs ſubleuari poteſt:muta non poſſunt. Item quæ appellant fortunæ bona:nam ſicut homini opibus ad vitam tuendam:ita illis præda & pabulis eſt opus. Ita inducendo bonum:quod non ſit in hominis poteſtate:totum hominem alienæ ditioni ſubiugauerunt. ¶Audiamus etiam zenonem Nam is interdum virtutem ſomniat. Summum inquit eſt bonũ cũ natura cõſẽtaneę viuere. Bęluarũ igiť nobis more viuẽduꝫ eſt. Nã q̃ abeſſe debẽt:ab homine:in his omnibus depręhenduntur voluptates appetunt:metuũt fallũt:inſidiantur:occidunt. Et(quod ad rem maxime attinet)deum neſciunt. Quid ergo me docet:vt viuam ſecunduꝫ naturam;quę ipſa in deterius prona eſt:& quibuſdaꝫ blãdimentis lenioribus in vitia pręcipitat:vel ſi aliam mutorũ: aliã hominis dicit eſſe naturam:ꝙ homo ad virtutem ſit genitus: non nihil dicit? Sed tñ nõ erit diffinitio ſũmi boni:quia nulluꝫ eſt animal: quod non ſecundum naturã ſuam viuat. ¶Qui ſciẽtiã ſummuꝫ bonũ fecit:aliquid homini ꝓprium dedit:ſed ſcientiam alterius rei gratia homines appetũt. nõ pp ipſam. Quis. n. ſcire contentus eſt:non

Virtus ex petẽda ꝓpter voluptatem

Doloris priuatio ñ ẽ ſũmũ bonum.

Dolore oĩ vacare nõ ẽ ſummuꝫ bonum.

Bonorum tria genera.

Corporis bona.

Fortunę bona.

Viuere ſecundũ naturam.

Sciẽtia ñ eſt ſũmuꝫ bonum

Artes qua re diſcun tur.

expectans aliquē fructum ſciētię? Artes ideo diſcuntur: vt exerceā tur. Exercētur autē: vel ad ſubſidia vitæ: vel ad voluptatē: vel ad glo riam. Nō eſt igitur ſummū bonū: quod nō ꝓpter ſe expetitur. Quid ergo intereſt vtrum ſcientiā ſummū bonū putemus: an illa ipſa quæ ſcientia ex ſe parit. i. victū gloriā: voluptatē: quę nō ſunt homini pro pria: & ideo ne ſumma quidē bona. Nam voluptatis/ & victus appe tentia: nō homini ſolum: ſed etiā mutis ineſt. Quid cupiditas glorię

Equis ieſt cupiditas glorię.

Nonne in equis deprehenditur: cū victores exultāt: victi dolent?
Tantus amor laudum: tantæ eſt victoria curæ:
Nec immerito ſummus poeta experiendum eſſe ait.
Et quis cuiqꝫ dolor victo quæ gloria palmæ.
Quod ſi ea quæ parit ſciētia/ cōia ſunt cū aliis animalibus: nō eſt er go ſummū bonū ſciētia. ¶ Pręterea nō mediocre huius diſputatio nis ē vitiū: ꝙ ſciētia nuda ponit. Incipiēt ei beatiores videri: qui ar tem aliquē ſcierint: immo vero qui & res malas ſcierint: vt tā beatus ſit qui venena didicerit tēperare: ꝗ qui mederi. Quęro igitur ad quā rem ſciētia referēda ſit? ſi ad cauſas rerū naturaliū: quę beatitudo e rit mihi propoſita ſi ſciero vnde Nilꝰ oriat: vł qcqd de cælo phyſici delirant? Quid ꝙ earuꝫ rerū nō ē ſcientia: ſed opinio: quæ pro inge niis varia ē Reſtat vt ſciētia bonorū ac malorū ſummū bonū ſit. Cur ergo ſcientiā maluit: ꝗ ipſam ſapientiā ſummū bonū dicere: cum ſit vtriuſqꝫ ſignificatio: & vis eadē? Nemo tamē vſqꝫ adhuc ſummū bo num dixit eſſe ſapientiā: quod melius dici potuit. Nā ſciētia parū eſt ad bonū ſuſcipiendū: maluqꝫ fugiendū: niſi accedat & virtus. Multi eni philoſophorū cū de bonis maliſqꝫ differerēt: aliter tamē ꝗ loque bantur natura cogēte vixerūt: quia virtute caruerūt. Virtus aūt cum ſcientia cōiuncta eſt ſapientia. ¶ Supereſt vt eos etiā refellamꝰ: qui virtutē ipſā ſūmū bonū putauerūt: in qua opinione etiā. M. T. fuit: i quo multū incōſiderati fuerūt. Nō ei virtus ipa eſt ſummū bonū: ſed effectrix & mater eſt ſummi boni: quoniā pueniri ad illud ſine virtu te nō pōt. Vtrūqꝫ itellectu eſt facile. Quæro eni vtrū ne ad ꝑclarum illđ bonum facile pueniri putēt: an cū difficultate ac labore? expedi ant acumē ſuū: errorēqꝫ defēdāt. Si facile ad illđ ac ſine vllo labore pueniri pōt: ſummum bonum nō eſt. Quid. n. nos cruciemus? quid cōficiamꝰ enitēdo diebꝰ & noctibꝰ? Quādoquidē tā ī prōptu id qđ quęrimus iacet: vt illud qlibet ſine vlla cōtentione animi depręhen dat. Sed ſi cōe quoqꝫ ac mediocre quodlibet bonū: non niſi labore aſſeqmur: quoniā bonorū natura in arduo poſita eſt: malorū ī præci piti. Sūmo igiť labore ſummū bonū aſſequi neceſſe ē. Quod ſi veriſ ſimum ē: ergo altera virtute opus eſt: vt pueniamus ad eā virtutem quę diciť ſummū bonū: quod eſt incōgruens & abſurdū: vt virtꝰ per

Sapientia quid.

Virtus an ſummum bonum.

ſeipſam pueniat ad ſeipſam. Si non poteſt ad vllū bonū niſi per labo
rē perueniri apparet virtutē eſſe per quā perueniatur: quoniam in
ſuſcipēdis pferēdiſq; laboribus vis officiūq; virtutis ē. Ergo ſūmum
bonū nō poteſt eē id: per quod neceſſe eſt ad aliud pueniri. Sed illic
cū ignorarēt qd efficeret virtus: aut quo tēderet. honeſtius aūt nihil
reperirēt: ſubſtiterūt in ipſi⁹ virtutis noīe: quam nullo ꝓpoſito emo
lumēto appetēdā eſſe dixerūt: & bonū ſibi cōſtituerūt: qđ bono idi
geret. Ariſtoteles ab his non longe receſſit: qui virtutē cū hōeſtate
ſummū bonū putauit: quaſi vlla virtus poſſit eſſe inhoneſta: ac nō ſi
quid habuerit turpitudinis virt⁹ eſſe deſinat: ſed vidit fieri poſſe: vt
de virtute prauo iudicio ſentiatur male: & ideo æſtimatiōi hominū
ſeruiendū putauit. Quod qui facit: a recto bonoq; diſcedit: quia nō
eſt in noſtra poteſtate: vt virtus pro ſuis meritis honeſtet. Naʒ quid
eſt honeſtas: niſi honor ppetuus: ad aliquē ſecundo populi rumore
delatus. Quid ergo fiet: ſi errore ac prauitate hoīm mala ęſtimatio
ſubſequatur? Abijciemus ne virtutē: quia flagitioſa & turpis ab inſi
pientib⁹ iudicetur? Quę qm̄ inuidia premi ac vexari poteſt: vt ſit ip
ſum propriū ac perpetuū bonū: nullo extrinſecus adiumēto indige
re debet: quin ſuis per ſe viribus nitatur & conſtet. Itaq; nec vllum
ei ab hoīe bonum ſperandum eſt: nec vllum malum recuſandū.

Ariſt. virtutē cū honeſtate ſūmū bonū ſtatuit

Honeſtas quid

¶ Quid ſit vere ſapientis ſummū bonū: & q̄ vitioſa fuerit ratio Ana
xagorę ad quid natus ſit homo. Cap. IX.

VEnio nunc ad vere ſapientię ſummum bonū: cuius natu
ra hoc modo determinanda eſt. Primum vt ſoli⁹ hoīs ſit
nec cadat in vllū aliud anīal. Deinde vt ſolius animi: nec
cōmunicari poſſit corpori. Poſtremo: vt non poſſit cuiq̄
ſine ſcientia & virtute contingere. Quæ circunſcriptio illas omnes
ſententias excludit: ac abſoluit. Eorū eīm quæ dixerūt: nihil tale eſt.
Dicam nunc quid ſit: vt doceā quod inſtitui. Pphiloſophos omnes
cęcos atq; inſipientes fuiſſe: qui quod eſt homini ſummū bonū cō
ſtitutū: nec videre: nec intelligere: nec ſuſpicari aliquādo potuerūt.
¶ Anaxagoras cū ab eo q̄reret: cuius rei cauſa natus eſſet reſpondit
ſolis ac cæli videndi. Hāc vocē admirant oēs ac philoſopho dignaʒ
iudicant. At ego hunc puto nō inuenientē quid reſponderet: effudiſ
ſe hoc paſſim ne taceret. Quod quidē ſecū (ſi ſapiēs fuiſſet) cōmēta
tū & meditatū habere debuit: quia ſiq̄s rationē ſui neſciat: ne hō ſit
qdē: ſed putem⁹ nō ex tp̄e dictū illud effuſum. Videamus in tribus
verbis quot & quanta peccauerit. Primū ꝙ omne hominis officiuʒ
in ſolis oculis poſuit: nihil ad mentē referens: ſʒ ad corp⁹ oīa. Quid
ſi cæc⁹ fuiſſet? officiū ne hoīs amitteret: qđ fieri ſn̄ occaſu aīæ nō pōt
Quid cęterę corpis ptes: num carebūt ſuis quoq; mūerib⁹? Quid ꝙ

Hō cur & ad qd natus.

plus eſt in auribus q̃ in oculis ſitũ: quoniã doctrina & ſapientia pcipi aurib⁹ põt oculis ſolis nõ põt. Cæli ac ſolis vidẽdi cauſa nat⁹ es. Quis te in hoc ſpectaculũ induxit: aut quid cælo rerumq; naturę viſio tua confert. Nimirum vt hoc immẽſum & admirabile opus laudes. Confitere ergo rerũ oium eſſe cõſtitutorẽ deũ: qui te in hũc mũdũ quaſi teſtẽ laudatorẽq; tanti ſui operis induxit. Magnũ eẽ credis videre cælũ ac ſolẽ. Cur ergo gratias non agis ei: qui huius beneficij auctor eſt. Cur non ipſius virtutẽ: ꝓuidentiã: poteſtatẽq; metiris animo: cuius opera miraris. Etenĩ neceſſe eſt: vt mlto mirabilior ſit qui mirabilia perfecit. Si te quiſpiã vocaſſet ad cœnã: in eaque optime acceptus eſſes: nũ ſanus videreris: ſi pluris faceres ipſa; voluptatem: q̃ voluptatis auctorẽ. Adeo philoſophi ad corp⁹ oia referũt: nihil prorſus ad mentẽ: nec vident amplius: q̃ qđ ſub oculos venit. At qui remotis oibus officijs corporis in ſola mẽte ponenda eſt homis ratio: nõ ergo ideo naſcimur: vt ea quæ ſunt facta videamus: ſ; vt ipſum factorẽ rerũ oim contẽplemur: id eſt mente cernam⁹. Quare ſi quis hominẽ: qui vere ſapit interroget: cuius rei gratia natus ſit: reſpondebit intrepid⁹ ac parat⁹: colẽdi ſe dei gratia natũ: qui nos ideo generauit: vt ei ſeruiamus. Seruire aũt deo nihil aliđ eſt q̃ bonis operibus tueri: & conſeruare iuſtitiã. Sed ille vt homo diuinarum reru; imperitus: rem maximã redegit ad minimũ: duo ſola diligẽdo: quæ ſibi diceret intuenda. Quod ſi natũ ſe eſſe dixiſſet: vt mundũ intueretur: quanq̃ omnia compręhẽderet: ac maiori vteretur ſono: tamẽ non impleſſet hominis officium: quia quanto pluris eſt anima q̃ corpus: tanto pluris eſt deus q̃ mundus: quia mundũ deus fecit & regit. Non ergo mund⁹ oculis: quia vtrũq; eſt corpus: ſed de⁹ anima contemplandus eſt: quia deus (vt eſt ipſe imortalis) ſic animũ voluit eẽ ſempiternũ. Dei aũt cõtẽplatio eſt venerari & colere cõmunẽ parẽtem generis hũani. Quod ſi a philoſophis abfuit: proiectiq; in terrã fuerunt diuina ignorando: exiſtimandus eſt Anaxagoras (ea ad q̃ videnda natũ eſſe ſe dixit) nec cælum vidiſſe nec ſolẽ. Expedita eſt igitur hois ratio ſi ſapiat: cuius propria eſt humanitas: nã ipſa hũanitas quid eſt niſi iuſtitia. Quid eſt iuſtitia niſi pietas. Pietas aũt nihil aliud eſt: q̃ dei parentis agnitio.

Seruire deo quid. Quid ſit ſũmũ bonũ & vbi conſiſtat.

¶ Quod ea quæ putantur hois eſſe ꝓpria cæteris quoq; aialib⁹ cõmunia ſunt: hois vero ꝓpriũ eſt deũ noſcere & colere. Ca. X.

SVMMVM igitur bonum hominis in ſola religione eſt. Nam cętera etiam quæ putantur eſſe homini propria: in cęteris quoq; animalibus reperiuntur. Cum enim ſuas voces proprijs inter ſe notis diſcernunt atq; dignoſcunt: colloqui videnť: ridẽdiq; ratio apparet in his aliqua: cũ demulſis aurib⁹

Sũmũ bonũ hois in ſola religione.

contractoq́ʒ rictu & oculis i laſciuiam reſolutis: aut homini alludũt: aut ſuis quiſq́ʒ coniugibus ac fœtibus proprijs. Nonne aliquid amori mutuo & indulgentiæ ſimile impartiunt? Iam illa quæ ſibi ꝓſpiciunt in futurum & cibos reponũt/habẽt vtiq́ʒ prouidẽtiam: rationis quoq́ʒ ſigna in multis depræhenduntur. Nam quando vtilia ſibi appetunt: mala cauent: pericula vitant: latibula ſibi parant in plures exitus diſparentia: profecto aliquid intelligunt. Poteſt aliquis negare illis ineſſe rationẽ/cum hominem ipſum ſæpe deludant? Naꝫ quibus generandi mellis officium eſt: cum aſſignatas incolunt ſedes caſtra muniunt: domicilia inenarrabili arte componunt: regi ſuo ſeruiunt neſcio an in his perfecta ſit prudentia. incertum eſt igitur vtrũne illa quæ homini tribuuntur: communia ſint cum alijs viuentibꝰ. Religionis certe ſunt expertia. Equidem ſic arbitror vniuerſis animalibus eſſe datam rationem: ſed mutis tantummodo ad vitam tuendam: homini autem ad propagandam. Et quia in homine ipſa ratio perfecta eſt: ſapientia nominatur quæ in hoc eximium facit hominem: ꝙ ſoli datum eſt homini intelligere diuina. Qua de re Ciceronis vera eſt ſententia. Ex tot inquit generibus nullum eſt animal præter hominem quod habeat notitiam aliquam dei. Ipſiſq́ʒ in hominibus nulla gens eſt neq́ʒ tam immanſueta: neq́ʒ tam fera: quę nõ etiam ſi ignoret: qualem deum haberi deceat: tamen habendum ſciat. Ex quo efficitur vt is agnoſcat deum: qui vnde ortus ſit: quaſi recordetur. Qui ergo philoſophi volunt animos omni metu liberare: tollunt etiam religionem & orbant hominem ſuo proprio ac ſingulari bono: quod eſt a recte viuendo atq́ʒ ab omni humanitate diſiunctum: quia deus vt cuncta viuentia ſubiecit homini: ſic ipſum hominem ſibi. Nam quid eſt cur ijdem ipſi diſputent: eo dirigendam eſſe mentem: quo vultus erectus eſt? Si enim nobis in cœlum ſpectandum eſt: ad nihil aliud vtiq́ʒ q̃ ob religionem. Si religio tollitur: nulla nobis ratio cum cælo eſt. Itaq́ʒ aut eo eſt ſpectandum: aut in terram procumbendum. In terram procumbere ſi velimus quidem nõ poſſumus: quorum ſtatus rectus eſt. In cœlum igitur ſpectandum ẽ: quo natura corporis prouocat. Quod ſi conſtat eſſe faciendum: aut ideo eſt faciendum: vt religioni ſeruiamus aut ideo vt rationem rerum cæleſtium cognoſcamus. Sed rationem rerum cæleſtium cognoſcere nullo modo poſſumus: quia nihil eiuſmodi poteſt cogitando inueniri: ſicut ſupra docui. Religioni ergo ſeruiendum eſt: quaꝫ qui non ſuſcipit. ipſe ſe proſternit in terram: & vitam pecudum ſecutus humanitate ſe abdicat. Sapientiores ergo imperiti qui etiam ſi errant in religione deligenda. tamen naturæ ſuæ conditioniſq́ʒ meminerunt.

Brutis ineſſe coloquium & riſũ & rõnem.

Apum natura.

Cicer. locꝰ ex. lib. de deoruꝫ natura.

❧Quod deus fecit hominẽ cupidũ religionis & ſapientiæ: quoruꝫ alterum conſtare ſine altero non poteſt. Et ꝙ nihil eorum quę mortales appetunt. ſummum bonum ſit. Cap. XI.

Hõ natura appetens religionis & ſapientię

CONſtat igit̃ toti⁹ humani generis cõſenſu religionẽ ſuſcipi oportere: ſed quomõ in ea erret̃ explicãdũ ẽ. Naturaꝫ hoĩs hãc de⁹ eẽ voluit: vt duarũ rerũ cupid⁹ & appetẽs eẽt religiõis & ſapiẽtię. Sed homines ideo fallũt̃: ꝙ aut religionem ſuſcipiunt omiſſa ſapientia: aut ſapientię ſoli ſtudent omiſſa religione: cum alterum ſine altero eſſe nõ poſſit verũ. Cadũt ergo ad multiplices religiones: ſed ideo falſas: qa ſapiẽtiã reliqrũt: quę illos docere poterat: deos multos eẽ nõ poſſe. Aut ſtudent ſapientiæ ſed ideo falſę: qa religionẽ ſũmi dei omiſerũt: q eos adveri ſciẽtiã potuit erudit̃. Sic homines q alterutrũ ſuſcipiũt: vitã deuiã maximiſq; errorib⁹ plenã ſequũt̃: qm̃ ĩ his duob⁹ ĩſeparabiliter cõnexis & officiũ hoĩs: & veritas oĩs ĩcluſa ẽ. Miror itaq; nullũ oĩno philoſophorũ extitiſſe: q ſedẽ ac domiciliũ ſũmi boni repiret.

Religio ſine ſapientia eſſe vera nõ poteſt.

❧Potuerũt. n. ſic q rere. Quodcũq; ẽ ſũmũ bonũ: neceſſe ẽ oib⁹ eẽ propoſitũ. Voluptas eſt: q̃ appetit̃ a cũctis: ſed hęc & cõmunis ẽ cum bęluis: & honeſti vi nõ habet: & ſatietatẽ affert: & nimia nocet: & ꝓceſſu minuit̃ ætatis: & multis nõ cõtigit. Nã q opibus carẽt: quorũ maior ẽ numer⁹: ẽt voluptate careãt neceſſe ẽ. Nõ ẽ igit̃ ſũmũ bonũ: ſed ne bonũ qdem voluptas. Quid diuitię? Multo magis. Nã & paucioribus & plęrũq; caſu: & iertib⁹ ſæpe: & nõnũq̃ ſcelere cõtingũt & optãt̃ ab his q eas iã tenẽt. Quid regnũ ipm? ne id qdẽ. Nõ ei cũcti hoĩes regnare poſſũt & neceſſe ẽ vniuerſos ſũmi boni capaces eẽ.

voluptas nõ modo nõ ẽ ſummũ bonũ: ſedne bonũ quidẽ

❧Quęram⁹ igit̃ aliqd: qđ ꝓpoſitũ ſit oib⁹. Nũ virt⁹ negari nõ põt? qn & bonũ ſit: & oĩꝫ certe bonũ. Sed ſi beata eẽ nõ põt: qa vis & natura ei⁹ ĩ malorũ ꝑferẽtia poſita ẽ: nõ ẽ ꝑfecto ſummũ bonũ. Quęram⁹ aliud. At nihil virtute pulchri⁹ nihil ſapiẽtia digni⁹ ĩueniri põt. Si. n. vitia ob turpitudineꝫ fugiẽda ſũt: virt⁹ igit̃ appetẽda ẽ ob decorẽ.

Virt⁹ bonũ quidẽ: ſꝫ ñ ſũmũ

❧Quid ergo? Põt ne fieri: vt qđ bonũ: qđ honeſtũ eẽ cõſtat: mercede ac pręmio careat: ſitq; tã ſterile: vt nihil ex ſe cõmodi pariat. Labor ille magn⁹ & difficultas & eluctatio aduerſ⁹ mala qb⁹ hęc vita plena ẽ: aliqd magni boni pariat neceſſe ẽ. Id vero qd eẽ dicem⁹? Nũ voluptatẽ? At nihil turpe ex honeſto naſci pt. Nũ diuitias? Nũ poteſtates? At ea qdẽ fragilia ſũt & caduca. Nũ gloriã? Nũ honorẽ? nũ memoriã nominis? At hęc oĩa nõ ſũt ĩ ipſa virtute: ſꝫ ĩ alioꝝ exiſtimatione atq; arbitrio poſita: Nã ſępe virt⁹ & ĩuiſa ẽ: & malo afficit̃. Debet autẽ id bonũ qđ ex ea naſcit̃ ita coherere/ vt diuelli atq; diſtrahi nequeat: nec aliter ſũmũ bonũ videri põt: q̃ ſi & ꝓpriũ ſit virtutis: & tale vt neq; adijci qcquam neq; detrahi poſſit. Quid ꝙ ĩ his oib⁹ cõtẽnẽdis virtutis officia con

Virtus ſæpe inuiſa & malo afficitur.

ſiſtunt? Nam voluptates:opes:potentias:honores eaq; oia quæ pro bonis habẽtur: nõ cõcupiſcere:non appetere.nõ amare (quod certe faciunt victi cupiditate) id eſt profecto virt⁹. Aliud ergo ſublimi⁹ atq; præclarius efficit:nec fruſtra his præſentibus bonis reluctatur: niſi ꝙ maiora & veriora deſiderat nõ deſperem⁹ inueniri poſſe. Modo verſet ſe cogitatio in omnia. Neq; enĩ leuia aut ludicra pręmia petuntur.

¶ De duplici pugna corporis & animæ: & hoſtib⁹ vtriuſq;. Et ꝙ virtus nõ propter ſe appetẽda eſt:ſed ꝓpter vitam æternam: quę ſummum bonum eſt. Et virtutem neceſſario ſequitur. & in pręſenti haberi non poteſt. Ca.XII.

SEd quęritur quid ſit/ propter quod naſcimur:quid efficiat virtus:poſſumus ſic inueſtigare. Duo ſunt ex quibus homo conſtat. animus/ & corpus. Multa ſunt propria animi multa propria corporis. Multa vtriq; communia:ſicut eſt ipſa virtus:quæ quotiens ad corpus refertur:diſcernendi gratia fortitudo nominatur. Quoniam igitur vtriq; ſubiacet fortitudo:vtriq; propoſita dimicatio eſt:& vtriq; ex dimicatione victoria. Corpus quia ſolidum eſt & compręhenſibile: cum ſolidis & compręhenſibilibus confligat neceſſe eſt. Animus autem quia tenuis & inuiſibilis /eſt: cũ his congreditur hoſtibus:qui videri tangiq; non poſſunt Qui ſunt autem hoſtes animi:niſi cupiditates:vitia peccata? quę ſi vicerit virtus ac fugauerit:immaculatus erit animus ac purus. Vnde ergo colligi poteſt:quid efficiat animi fortitudo? nimirũ ex coniuncto & pari:hoc ex corporis fortitudine. Quod cum in aliquam congreſſionem certamẽq; venerit quid aliud ex victoria q̃ vitã petit Siue enim cũ homĩe:ſiue cũ beſtia dimices:pro ſalute certatur. Ergo vt corp⁹ vicendo id aſſequitur:vt non intereat:ſic etiã animus vt permaneat:& ſicut corpus ab hoſtibus ſuis victum morte mulctat̃: ita ſupatus a vitijs anim⁹ moriatur neceſſe eſt. Quid ergo intererit iter animi corporiſq; dimicationẽ:niſi ꝙ corpus tẽporalẽ vitã expetit:animus ſempiternam? Si ergo virtus perſeipſam beata non eſt: quoniam in perferendis (vt dixi) malis tota vis eius eſt. Si omnia q̃ pro bonis concupiſcuntur negligit. ſi ſummus eius gradus ad mortem patet:quandoquidẽ vitam quæ optatur a cæteris:ſępe reſpuit mortemq; quam cæteri:timent fortiter ſuſcipit. Si neceſſe eſt aliquid ex ſe magni boni pariat:quia ſuſtentati & ſuperati vſq; ad mortem labores ſine præmio eſſe non poſſunt. Si nullum præmium qđ ea dignum ſit:in terra reperitur:quandoquidem cuncta quæ fragilia ſunt & caduca ſpernit. Quid aliud reſtat:niſi vt cæleſte aliquid efficiat;quia terrena vniuerſa contemnit? & ad altiora nitatur: quia

Non conſtat ex aĩo & corpoř. Virt⁹ q̃ & fortitudo

humilia deſpicit. Id vero nihil aliud poteſt eẽ : q̃ immortalitas. Merito ergo philoſophorum non obſcurus Euclides: qui fuit conditor megaricorum diſciplinę: diſſentiens a cęteris id eſſe ſummũ bonũ dixit: quod ſimile ſit & idem ſemꝑ. Intellexit profecto quę ſit natura ſummi boni: licet id non explicauerit quid ſit. ideſt autẽ ĩmortalitas. Nec aliud oĩno quicquam: quia ſola nec imminui: nec augeri: nec immutari poteſt: Seneca quoqꝫ imprudens ĩcidit: vt fatetur nullum eſſe aliud virtutis præmium q̃ immortalitatem. Laudans enim virtutem in eo libro. quẽ de matura morte conſcripſit. Vna inquit res eſt virtus: quæ nobis immortalitateꝫ donare poſſit: & pares diis facere. Sed & ſtoici quos ſecutus eſt: negant ſine virtute effici quẽquam beatum poſſe: ergo virtutis præmium beata vita eſt: ſi virtus (vt recte dictum eſt) beatam vitam facit. Non eſt igitur: vt aiunt ꝓpter ſeipſam virtus expetenda: ſed propter vitam beatam: quæ virtutem neceſſario ſequitur. Quod argumentuꝫ docere eos potuit qđ eſſet ſummum bonum. ¶ Hæc auteꝫ vita pręſens & corporalis beata eſſe non poteſt: quia malis eſt ſubiecta per corpꝰ. Epicurus deum beatum & incorruptum vocat: quia ſempiternus eſt: Beatitudo eñ fecta eſſe debet: vt nihil ſit qđ eam vexare: ac ĩminuere aut immutare poſſit. Nec aliter quicq̃ exiſtimari beatum poteſt: niſi fuerit ĩcorruptũ. Incorruptũ autẽ nihil ẽ niſi quod eſt ĩmortale. Sola ergo immortalitas beata eſt: quia corrumpi ac diſſolui non poteſt. Quod ſi cadit in hominem virtus: quod negare nullus poteſt: cadit & beatitudo. Non poteſt enim fieri vt ſit miſer: qui virtute eſt præditus. Si cadit beatitudo: ergo & immortalitas cadit in hominem quę beata eſt. Summum igitur bonum ſola ĩmortalitas inuenitur: quia nec aliud animal: nec corpus attingit: Nec poteſt cuiq̃ ſine ſcientia & virtute. i. ſine dei cogitatione ac iuſticia prouenire. Cuius appetitio q̃ vera: q̃ recta ſit: ipſa vitæ huiuſce cupiditas indicat: que licet ſit tp̃alis & labore pleniſſima: expetitur tamen ab omnibus & optatur. Hãc .n. tam ſenex q̃ pueri: tã reges q̃ infimi: tã deniqꝫ ſapiẽtes q̃ ſtulti cupiunt. Tanti eſt (vt Anaxagore viſum eſt) cõtemplatio cæli ac lucis ipſiꝰ vt quaſcũqꝫ miſerias libeat ſuſtinere. Cũ igitur laborioſa hęc & breuis vita nõ tm̃ hominũ: ſed etiã cæterorũ animantium conſenſu magnũ bonũ eſſe ducatur: manifeſtũ eſt eandẽ ſummũ ac perfectuꝫ fieri bonũ: ſi & fine careat / & omi malo. Deniqꝫ nemo vnq̃ extitiſſet qui hanc ipſã breuẽ cõtẽneret: aut ſubiret mortem: niſi ſpe vitæ longioris. Nã illi q ꝓ ſalute ciuiũ volũtarię ſe neci obtulerũt: ſicut Thebis Meneceus: Athenis Codrꝰ: Romę Curtiꝰ: & mures duo Decij nunquam mortem vitę commodis prętuliſſent: niſi ſe immortalitatem opinione ciuium conſequi putauiſſent. Qui tametſi neſcierũt

Euclides. phũs

Immortalitas ſummũ bonũ.

Seneca

Virtutis ꝑmiũ ĩmortalitas

Virtꝰ nõ ẽ expetẽda ꝓpter ſe ipſam.

Deus cur btũs

Beatitudo pfecta quę.

Virtute ꝑditꝰ miſer eſſe nõ poteſt.

Vitę cupiditas ĩeſt omnibus.

Menęceꝰ Codrus. Curtius. Decij mures

immortalitatis viam:res tamen eos non fefellit.Si enim virtus diui
tias & opes ideo contemnit quia fragiles ſunt voluptates ideo quia
breues:ergo & vitam fragilem breueq́ʒ ideo cõtẽnit: vt ſolidã & per
petuã cõſequat̃.Ipſa ergo cogitatio ꝑ ordinẽ gradiẽs & vniuerſa cõ
ſiderans:perducit nos ad eximiũ illud & ſingulare : cuius cauſa na-
ſcimur bonũ.Quod ſi feciſſent philoſophi:ſi non quod ſemel appre
henderant:tueri pertinaciter maluiſſent:ꝑfecto ꝑueniſſent ad veꝝ
hoc(vt oſtẽdi)modo.Quod ſi non fuit eoꝝ qui cęleſtes animas vna
cum corporib⁹ extinguunt:illi tñ qui de ĩmortalitate diſputant ani
mi:intelligere debuerunt:ideo ꝓpoſitã nobis eſſe virtutẽ:vt perdo
mitis libidinibus rerũq́ʒ terreſtriũ cupiditate ſupata:puræ ac victri-
ces animæ ad deũ.i.ad originẽ ſuam reuertant̃.Icc irco enim ſoli a-
nimantium ad aſpectum cæli erecti ſum⁹:vt ſummũ bonũ noſtrũ in
ſummo deo eſſe credamus.Ideo religionem ſoli capim⁹ : vt ex hoc
ſciamus humanũ ſpiritũ nõ eſſe mortalẽ:q̃ deũ q̃ eſt immortalis & Virtus ex
deſiderat & agnoſcit.Igitur ex omnib⁹ philoſophis qui aut ꝓ ſum- ſcientia
mo bono ſcientiã aut virtutẽ ſunt amplexi:tenuerunt qdẽ viã verita
tis:ſed non peruenerũt ad ſummũ.Hæc eñ duo ſunt:quæ ſimul effi
ciant illud quod q̃ritur.Sciẽtia id præſtat.vt quomodo & quo per-
ueniẽdum ſit:nouerim⁹.virt⁹ vt ꝑueniamus.Alteꝝ ſine altero nihil
valet.Ex ſciẽtia enim virtus:ex virtute ſummũ bonũ naſcit̃. Beata
igitur vita quã philoſophi quęſiuerũt ſemper & quærunt:ſiue in cul
tu deorũ:ſiue in philoſophia:nulla eſt.Et ideo ab his non potuit re
periri:quia ſummũ bonum nõ in ſummo q̃ſiuerũt:ſed in imo. Sum-
mũ aũt quid eſt niſi cælũ/& deus vnde animus oritur?Imũ quid ẽ ni
ſi terra/vnde corp⁹ eſt?Itaq́ʒ licet quidã philoſophi ſummũ bonum
nõ corpori ſed aĩo dederint:tñ quoniã ad illud hãc vitã rettulerunt
quæ cum corpore terminatur:ad corpus reuoluti ſunt cuius eſt oẽ
hoc tp̃s quod trãſigitur in terra. Quare nõ imerito ſummũ bonum
nõ cõprę henderũt:quia quicquid ad corpus ſpectat/& immortalita
tis eſt expers:imũ ſit neceſſe eſt.Nõ cadit ergo in hominẽ beatitudo
illo modo quo philoſophi putauerunt.ſed ita cadit:nõ vt tunc bea- Vbi ſit ꝑ-
tus ſit:cũ viuit in corpore:quod vtiq́ʒ vt diſſoluatur/neceſſe eſt cor- fecta bea-
rũpi:ſed tũc cum aĩa ſocietate corporis liberata in ſolo ſpiritu viuit. titudo
Hoc vno beati eſſe in hac vita poſſumus:ſi minime beati eſſe videa
mur.Si fugientes illecebras voluptatum/ſoliq́ʒ virtuti ſeruientes:in
omnibus laboribus miſeriiſq́ʒ viuamus:que ſunt exercitia & corro-
boramenta virtutis.Si deniq́ʒ aſperam illam viamq́ʒ difficilem te-
neamus:quæ nobis ad beatitudinem patefacta eſt.Summuʒ igitur
bonum quod beatos facit non poteſt eſſe:niſi ĩ ea religione atq́ʒ do-
ctrina:cui ſpes immortalitatis adiuncta eſt.

¶ Quod aĩa ſit ĩmortalis: & quare diuina traditio logicã nõ deſiderat aut philoſophiã: ſed ethicã ſolã: in qua docẽda ſũmi philoſophi errauerunt. Et quare philoſophia nõ ſit dux vitæ & virtutum parẽs: expultrix & vltrix vitiorum: quod tamẽ Cicero & alij aſtruere conati ſunt. Cap. XIIII

Res exigere videtur hoc loco: vt quoniam docuimus immortalitatẽ eſſe ſummũ bonũ immortalẽ eſſe aĩam comprobemus. Qua de re ingens inter philoſophos diſceptatio eſt: nec quicq̃ tñ explicare aut ꝓbare potuerunt hi: qui verum ſentiebant de aĩa expertes huius diuinæ eruditionis: nec argumenta vera quibus vincerẽt attulerunt: nec teſtimonia quibus ꝓbarent. Sed oportunius hanc quæſtionẽ tractabimus ĩ vltimo libro cũ de vita beata nobis erit diſſerendũ. Supereſt illa pars tertia philoſophię: quã vocãt logicã. i. rationalẽ: ĩ qua tota dialectica & oĩs loquẽdi ratio cõtinetur. Hãc diuina eruditio nõ deſiderat: quia non ĩ ligua ſed ĩ corde ſapientia eſt: nec intereſt quali vtatur ſermõe. Res n. non verba quęrunt. Et nos non de grãmatico aut oratore: quorũ ſcientia eſt quõ loqui deceat. Sed de ſapiente diſſerimꝰ cuiꝰ doctria eſt quõ viuere oporteat. Qꝫ ſi neq; phyſica illa ratio neceſſaria eſt neq; hæc logica / quia beatos facere nõ poſſũt: reſtat vt in ſola ethica totius philoſophiæ vis cõtineatur: ad quã ſe abiectis oĩbꝰ Socrates cõtuliſſe dicit. In qua etiã parte qm̃ philoſophos erraſſe docui: q ſummũ bonũ cuius capiendi gratia generati ſunt: nõ cõpręhẽderũt apparet falſam & inanẽ eſſe omnẽ philoſophiã: quia nec inſtruit ad iuſticiæ munera: nec officiũ hominis rationẽq; cõfirmat. Sciãt igitur errare ſe q philoſophiã putãt eſſe ſapientiã: nõ trahantur auctoritate cuiuſq̃: ſed veritati potius & faueant & accedãt. Nullus hic temeritati locus eſt. In ęternũ ſtultitię pœna ſubeũda ẽ: ſi aut pſona ianis aut opinio falſa deceperit. Homo aũt qualiſcũq; ẽ: ſi ſibi credit: hoc eſt ſi homini credit (vt non dicã ſtultꝰ / qui ſuũ nõ videat errorẽ) certe arrogans eſt: qui ſibi audeat vendicare / quod humana cõditio nõ recipit. Ille ipſe Romanę linguæ ſummus auctor quãtũ fallatur: licet ex illa ſententia ꝓuidere: qui cũ in libris officioꝝ philoſophiã nihil aliud eẽ dixiſſet: q̃ ſtudiũ ſapiẽtiæ: ipſam aũt ſapiẽtiã reꝝ diuiarũ & hũanarũ ſcientiã. Tũ adiecit: cuiꝰ ſtudiũ qui vituperat: haud ſane intelligo quidnã ſit quod laudandũ putet. Nã ſi oblectatio quęrit animi: requieſq; curaꝝ: q̃ cõferri cum eoꝝ ſtudijs poſſunt: qui ſemp aliquid inqrunt / quod ſpectet & valeat ad bene beateq; viuẽdũ. Si vero ratio cõſtantiæ / virtutiſq; ducitur: aut hæc ars eſt: aut nulla omnino: per quẽ eas aſſequamur. Nullã dicere maxiaꝝ reruꝫ artẽ eẽ: cuꝫ minimarum ſine arte nulla ſit: hominum eſt paruꝫ cõſiderare loquẽ

Logica q̃.

Socrates.

phia falſa ac ianis ẽ.

Phię laus ex Cice.

tium:atq; in maximis rebus errantiũ.Si autẽ eſt alia diſciplina virtu
tis vbi ea quęret:cũ ab iſto generẽ diſcẽdi diſceſſeris? Equidẽ tamet
ſi operam dederim/vt quantulãcũq; dicendi aſſequerer facultatem
propter ſtudium dicendi:tamen eloquens nunq̃ fui. Quippe qui fo-
ru3 ne attigerim quidẽ:ſed neceſſe eſt ipſa me faciat eſſe bonitas elo
quẽtẽ:ad quam diſerte copioſeq; defendendã:ſcientia diuinitatis &
ipſa veritas ſufficit. Vellem igitur Ciceronẽ pauliſper ab inferis ſur
gere:vt vir eloquentiſſimus ab homunculo nõ diſerto doceret. Pri
mum quid nã ſit qđ laudandũ putet/qui vituperat id ſtudium:quod
vocatur philoſophia. Deniq; neq; illã eſſe artẽ qua virtus & iuſtitia
diſcatur:nec aliã vllã ſicut putauit. Poſtremo quoniã eſt virtutis diſ
ciplina vbi quęrenda ſit:cũ ab illo diſcẽdi genere diſceſſeris: qđ ille
nõ audiendi diſcẽdiq; gratia quęrebat. A quo ei poſſet audire. cum
ſciret id nemo? Sed (vt in cauſis facere ſolebat) ĩterrogatione voluit
vrgere:ad cõfeſſionẽq; deducere:tanquã confideret reſpõderi pror
ſus nihil poſſe/ quominꝰ philoſophia eſſet magiſtra virtutis. ¶Qđ
quidem in Tuſculanis diſputationibus aperte profeſſus eſt:ad eã ip
ſã cõuerſa oratione tãquã ſe declamatorio dicendi genere iactaret
O vitę philoſophia dux (ĩqt) o virtutis indagatrix: expultrixq; vitio
rũ:quid nõ modo nos: ſed omnino vita hominũ ſine te eſſe potuiſ-
ſet? Tu inuentrix legũ tu magiſtra morũ ac diſciplinę fuiſti. ¶Qua
ſi vero aliqđ ꝑ ſe ipſa ſentiret: ac nõ potius ille laudandus eſſet q eã
tribuit. Potuit eodẽ mõ gratias agere cibo & potui: quia ſine his re
bus vita conſtare non poſſit. in quibus vt ſenſus ita beneficij nihil ẽ.
Atqui vt illa corporis alimenta ſunt: ſic animę ſapientia.

Lactã. eloquẽtiã docuit: ſ3 foru3 nõ attigit.

phię laus ex Cice.

### ¶Quod Lucretius & alij errauerunt opinantes ſapientiam inuentam eſſe ab homine: & nec datam hominibus a creatore. Et quomodo Cicero ſuis verbis conuincitur. & ꝙ philoſophia nec verum docet: nec ad recte viuendum inſtruit. Cap. XIIII.

REctius itaq; Lucretius eu3 laudat qui ſapientiam primus
inuenit. Sed hoc inepte: ꝙ ab homine inuentam putauit:
Quaſi vero illam alicubi iacentem homo ille: que3 lauda-
bat inuenerit: tanquam tibias ad fontem (vt poetę aiunt) ꝙ ſi reper
tore3 ſapientiæ vt deum laudauit. Ita enim dicit. Nemo (vt opinor)
erit mortali corpore cretus. Nam ſic ipſa petit maieſtas cognita re-
rum. Dicendum eſt: deus ille fuit: deus inclyte Menimi: Tamen nõ
erit ſic laudandus deus: ꝙ ſapientiam inuenerit ſed ꝙ hominẽ fece
rit: q poſſet cape ſapiẽtiã. Minuit ei laudẽ: q ꝑtẽ laudat ex toto Sed
ille vt hominẽ laudauit: q tñ ob id ipm deberet pro deo hẽri: ꝙ ſape

Lucretiꝰ.

Phię iuẽtor qs & quõ laudandus

inuenerit:nam ſic ait. Nonne decebit:Hunc hominem diuum nu-

lucretij locus.

mero dignarier eſſe? Vnde apparet aut Pythagoram voluiſſe lauda-
re qui ſe primus(vt dixi)philoſophum nominauit:aut Mileſiuꝫ Ta-
lem:q de rerum natura primus traditur diſputaſſe.Sed dum hoiem

Cicero ꝑfect⁹ orator ſūmuſq; phūs.

q̃rit extollere:rem ipſam depreſſit.Non eſt ei magna:ſi ab homine
potuit inueniri.Verum poteſt vt poetæ dari venia.¶At ille idē ꝑfe
ctus orator:ſummuſq; philoſophus:ne græcos reprehēdā: quorum
leuitatem ſemper accuſat:& tamen ſequitur ipſam ſapientiam:quā

Phie vituperator inquinat ſe parricidio

alias donum:alias inuentum deorum vocat poetice figuratam lau-
dat in faciē.Grauiter etiā queritur extitiſſe aliquos:qui eā vitupera
rent.Quiſq̃ ne igt vituperare vitæ parentem:& hoc parricidio ſe i-
quinare audeat:& tam impie ingratus eſſe? Nos ne ergo. M.Tulli
parricidæ ſumus:& īſuendi te iudice ī culleum: qui philoſophiam
negamus parentē eſſe vitæ? An tu qui aduerſus deum tam impie in
gratus es? Non hunc cuius effigiem veneraris in capitolio ſedenteꝫ:
ſed illum qui mundum fecit:hominemq; figurauit: qui ſapientiam
quoq; ipſam īter cætera cæleſtia ſua beneficia largitus eſt : Magi-
ſtram tu virtutis aut parentem vitæ vocas:ad quam ſiquis acceſſe-
rit.multo ſit incertior neceſſe eſt:q̃ prius fuerit? Cuius eniꝫ virtutis?
quę ipſa vbi ſita ſit adhuc philoſophi non expediunt: cuius vitæ:cū
ipſi doctores ante fuerint ſenectute ac morte cōfecti q̃ conſtituerint
quomō viui deceat:cuius veritatis indagatricem profiteri potes:qui

Cice. M. Antoniuꝫ in ſe excitauit

ſæpe teſtaris:cū tāta multitudo fuerit philoſophorū: ſapientem ta-
men extitiſſe adhuc neminē.Quid ergo te magiſtra illa vitę docuit?
An vt potentiſſimū conſulem maledictis inceſſeres:eumq; hoſtē pa
triæ venenatis orationibus faceres.¶Sed omittam⁹ illa:quę poſſūt

Cice.phię ſtudioſus.

excuſari fortunæ nomine.Studuiſti nēpe philoſophiæ:& quideꝫ ſic
vt nullus vnquam diligentius:quippe q omnes cognoueris diſcipli-
nas:ſicut ipſe gloriari ſoles:eamq; ipſam latinis litteris illuſtraueris:
imitatoremq; te Platonis oſtēderis.Cedo igitur quid didiceris: aut
in qua ſecta veritatem depræhenderis? In academia ſcilicet quaꝫ ſe
cutus es:quā ꝓbaſti? At hæc nihil docet:niſi vt ſcias te nihil ſcire tui
ergo te libri arguunt:q̃ nihil a philoſophia diſci poſſit ad vitā Hæc
tua verba ſunt.Mihi autem non modo ad ſapientiam cęci videmur

Viuendū ciuiliter.

ſed ad ea ipſa:q̃ aliqua ex ꝑte cerni videātur/hebetes & obtuſi.Si er
go phia eſt magiſtra vitę:cur tibi cæcus & hebes & obtuſus videba
re:quē oportuit illā docētē & ſentire/& ſapere:& in clariſſima luce
verſari? At quam confeſſus fueris philoſophiæ veritatem docent ad
filium compoſita præcepta:quibus mones philoſophiæ quidem p̄-
cepta noſcenda:viuendum auteꝫ eſſe ciuiliter.Quid tam repugnās
dici poteſt? Si noſcēda ſunt p̄cepta philoſophiæ:ideo vtiq; noſcēda

ſunt vt recte ſapienterq́ꝫ viuamus. vel ſi ciuiliter viuendum eſt: non eſt igitur philoſophia ſapientia: ſiquidē melius eſt ciuiliter q̄ philoſophice viuere. Nā ſi ſapia eſt quę dicitur philoſophia: ſtulte ꝓfecto viuit qui non ſecundū philoſophiā viuit. Si autē non ſtulte viuit q ciuiliter viuit: ſequitur vt ſtulte viuat qui philoſophice viuit. Tuo itaq́ꝫ iudicio philoſophia ſtultitiæ inanitatiſq́ꝫ damnata eſt. Idē i cōſolatione. i. in opere non ioculari hāc de philoſophia ſnīam tuliſti. Sꝫ neſcio quis nos teneat error: aut miſerabilis ignoratio veri. Vbi eſt ergo philoſophię miniſteriū? aut quid te docuit illa vitæ parens: ſi verum miſerabiliter ignoras? Qꝫ ſi hæc erroris ignorationiſq́ꝫ confeſſio pene inuito tibi ab intimo pectore expreſſa eſt: cur nō tibi aliquando verū fatearis: philoſophiā quā tu nihil docentē in cęlū laudibus extuliſti: magiſtrā virtutis eſſe non poſſe?

¶ Qꝫ in eodem errore fuit Seneca: & quid philoſophia ſecundum ipſum. Et qꝫ ſicut deus vnus & veritas vna: ita vna eſt & ſimplex ſapientia. Et q̄uo philoſophorum oratio pugnet cum vita. Cap. XV

Eodem ductus errore Seneca (quis enim verā viam teneret errante Cicerone) Philoſophia inquit nihil aliud ē q̄ recte viuendi ratio: vel honeſte viuendi. ſcia: vel ars recte vitę agendę. Non errabimus ſi dixerimus philoſophiam eſſe legem bene honeſteq́ꝫ viuendi. Et qui dixerit illam regulam vitæ: ſuum illi reddidit. Hic plane nō reſpexit ad cōe philoſophiæ nomen: quæ cū ſit in pluris ſectas diſciplinaſq́ꝫ diffuſa: nihilq́ꝫ habeat certi: nihil deniq́ꝫ de quo vniuerſi vna mente ac voce conſentiāt: qd poteſt eſſe tam falſū q̄ regulā vitæ philoſophiā vocari: in qua diuerſitas præceptorū rectū iter impediat & turbet? aut legem bene viuēdi cuius capita longe diſſonant? aut ſciam vitę agendę: in qua nihil aliud efficitur cōtraria ſæpe dicendo: q̄ vt nemo quicq́ ſciat? Quæro enim vtrum ne acadæmiam philoſophiam putet eſſe an nō? Negaturum non arbitror. quod ſi eſt: nihil ergo illorum cadit in philoſophiam: quæ vt omnia reddat incerta: legē abrogat: artem nullā putat: rationē ſubuertit: regulā deprauat: ſcientiam funditus tollit. Falſa igitur illa omnia: quia in rem ſemp incertā & adhuc nihil explicātem cadere non poſſunt. Nulla itaq́ꝫ ratio vel ſcientia vel lex bene viuendi: niſi in hac vnica & vera & cęleſti ſapiētia cōſtituta eſt: quę philoſophis fuerit ignota. Nā illa terrena quoniā fallax eſt: fit varia: & multiplex: ſibiq́ꝫ tota contraria eſt: & ſicut vnus eſt huiꝰ mūdi cōſtitutor & rector deus vna veritas: ita vnā eſſe ac ſimplicem ſapiētiā neceſſe eſt: quia quicquid eſt verū ac bonū: id profectum eſſe nō poteſt: niſi fuerit ſingulare. Quod ſi philoſophia vitā poſſet inſtruere: nulli alij niſi philoſophi eſſent boni. Et qui eam non didiciſſet eſſet

Philoſophia qd ex Sene.

omnes ſemper mali. Cũ vero innumerabiles exiſtẽt: & ſemperexti‑terint q̃ ſint aut fuerint: ſine vlla doctrina boni. Ex philoſophis autẽ perraro fuerit: qui aliquid in vita fecerit laude dignum: quis eſt tandem: qui nõ videat eos homines virtutis: q̃ ipſi egent: nõ eſſe doctores? Nam ſiquis mores eorum diligenter inquirat: iueniet iracũdos: cupidos: libidinoſos: arrogantes: proteruos: & ſub obtẽtu ſapientię ſua vitia celantes: domi facientes ea: quę in ſcholis arguiſſent. Forſaſſe mentior accuſandi gratia. nonne idipſum Tullius & fatetur & queritur? Quotus inq̃t q̃ſq; philoſophorũ iuenitur: q̃ ſit ita moratus ita animo & vita conſtitutus: vt ratio poſtulat: qui diſciplinam verã nõ oſtentationẽ ſcientię: ſed legẽ vitæ putet: qui obtẽperet ipſe ſibi: & decretis pareat ſuis? Videre aũt licz alios tãta leuitatate & iactatiõe vt his fuerit nõ didiciſſe melius: alios pecunię cupidos: alios glorię multos libidinum ſeruos: vt cum eorũ vita & vitijs mirabiliter pugnet oratio. Nepoſq; Cornelius ad eundẽ Ciceronẽ ita ſcribit. Tantum abeſt. vt ego magiſtrã eſſe putem vitæ philoſophiã: beateq; vitę perfectricem: vt nullis magis exiſtimem opus eſſe magiſtros viuẽdi q̃ pleriſq;: qui in ea diſputanda verſantur. Video .n. magnã partẽ eorũ qui in ſchola de pudore & continentia pręcipiant argutiſſime eoſdem in omnium libidinũ cupiditatibus viuere. Itez Seneca ĩ exhortationibus. Plęriq; inquit philoſophorũ tales ſunt diſerti in conuicium ſuũ: quos ſi audias in auariciã: in libidinem: in ambitionem perorantes: in iudicium ſuum putes profeſſos. Adeo redundant ad ipſos maledicta in publicũ miſſa: quos nos non aliter intueri decet q̃ medicos: quorũ tituli remedia habent pyxides venena. Quoſdaz vero nec pudor vitiorum tenet: ſed patrocinia turpitudini ſuę fingũt vt etiam honeſte peccare videatur. Faciet inquit ſapiens idez Seneca etiã quæ non probabit: vt etiam ad maiora tranſitũ inueniat: nec relinquet bonos mores: ſed tẽpore aptabit: vt quibus alij vtuntur in gloriã aut voluptatem: vtatur agendę rei cauſa. Deinde paulo poſt. Omnia quæ luxurioſi faciunt quæq; imperiti: faciet & ſapiens: ſed non eodem modo eodẽq; propoſito. Atqui nihil itereſt quo animo facias: quod feciſſe vitioſum eſt: quia facta cernũtur: animus non videtur. Ariſtipo Cyrenaicorũ magiſtro cũ Laide nobili ſcorto fuit cõſuetudo: quod flagitium grauis ille philoſophiæ doctor ſic defendebat: vt diceret multum inter ſe & cæteros Laidis amatores intereſſe ꝙ ipſe haberet Laidem: alij vero a laide haberentur. O pręclara & imitanda bonis ſapientia. Huic vero liberos in diſciplinaz dares: vt diſcerẽt habere meretricẽ. Aliquid inter ſe ac perditos intereſſe dicebat: ſcilicet ꝙ illi bona ſua perderent: ipſe gratis luxuriaretur. In quo tamẽ ſapientior meretrix fuit: quæ ſic philoſophum habuit ꝓ leno‑

Corneliuſ auctor. phõrũ orõ pugnat cũ eorum vita

Seneca.

Ariſtipus Cyrenaicus amauit Laidem Laidẽ habeo non heõr a Laide.

ne:vt ad ſe omnis iuuentus doctoris exemplo & auctoritate concurreret corrupta ſine vllo pudore. Quid ergo iterfuit: quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam commearet: cum eum populus & riuales ſui viderent omnibus perditis nequiorem? Nec ſatis fuit ita viuere: ſed docere etiaʒ libidines cœpit: ac mores ſuos de lupanari ad ſcholam tranſtulit differens voluptatem corporis eſſe ſummum bonum. Quę doctrina execrabilis & pudenda: non in corde philoſophi ſed in ſinu meretricis eſt nata. Nam quid ego de Cynicis loquar? quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit: quid mirum ſi a canibus (quorum vitam imitantur) etiam vocabulum nomenque traxerunt? Nullum igitur in hac diſciplina magiſterium virtutis eſt: cum etiam illi qui honeſtiora præcipiunt: aut non faciant ipſi quæ ſuadent: aut ſi faciunt (quod raro accidit) non diſciplina eos ad rectum: ſed natura perducat: quæ ſæpius etiam indoctos impellit ad laudem.

Ariſtipp⁹ ſtatuit ſũmũ bonuʒ corpis voluptatem.

Cynici obſcœni.

¶ Q̄ recte docentes & male viuentes teſte Cicerone non vtilitateʒ ex philoſophia: ſed inanem percipiunt delectationem. Et quod ſapientia ſeipſam ſemper exercet in bonis actibus. Et quare non philoſophię ſed ſapientię ipſi iugiter inſiſtendum ſit. Cap. XVI.

VErũ .n. cũ ſe perpetuę deſidiæ tradant: nullamq; virtuteʒ capeſſant: & omnẽ ſuam vitã nihil aliud q̃ in eloquentia peragant: quid aliud q̃ inertes putari debent? Sapientia autem niſi in aliquo actu fuerit: quo vim ſuam exerceat: inanis & falſa eſt: recteq; Tullius ciuiles viros qui rempu. gubernẽt: qui vrbes aut nouas conſtituant: aut conſtitutas æquitate tueantur: qui ſalutem libertatemq; ciuium vel bonis legibus: vel ſalubrib⁹ cõſilijs: vel iudicijs grauibus conſeruent philoſophiæ doctoribus præfert. Bonos .n. facere oportet potiuſq̃ ĩcluſos in angulis facienda p̃cipere: quæ ne ipſi q̄dem faciunt q̄ loquuntur: & quoniam ſe a veris actibus remouerunt: apparet eos exercendæ linguæ cauſa: vel aduocandi gratia artem ipſam philoſophiæ repperiſſe. Qui auteʒ docent tantum nec faciunt: ipſi prȩceptis ſuis detrahunt pond⁹. Quis .n. obtemperet cum ipſi præceptores doceant non obtemperare? Bonum eſt autem recta & honeſta præcipere: ſed niſi & facias: mẽdacium eſt: & eſt incongruens atq; ineptum non in pectore: ſed in labijs habere bonitatem. Non ergo vtilitatem ex philoſophia: ſed oblectationem petunt. Quod quidem Cicero teſtatus eſt. profecto inquit omnis iſtoruʒ diſputatio quanq̃ vberrimos fontes virtutis & ſcientiæ contineat: tamen collata cum horum actis perfectiſq; rebus: vereor ne tantum videatur attuliſſe negocijs hominũ quandã oblectationem ocij. Vereri quidem non debuit: cum verum diceret: ſed

Ciuiles viri p̃ferẽdi philię doctoribus.

Ciceeo auctor

Phię ſtudium nõ ad vtilitatẽ tẽderẽ: ſʒ ad ĩ minẽ delectationeʒ.

quaſi timeret ne proditi myſterij reus a philoſophis citaretur:nõ eſt auſus confidenter pronunciare quod fuit verum: illos nõ ideo diſputare vt doceant:ſed vt ſe oblectent in ocio:qui quoniã auctores ſũt rerum gerendarum nec ipſi quicq̃ gerunt: pro loquacibus ſunt habendi.ſed profecto quia nihil boni ad vitam afferebant: nec ipſi decretis ſuis obtemperauerunt:nec quiſquam per tot ſæcula inuentus eſt ;qui eorum legibus viueret. Abicijenda eſt igitur omnis philoſophia:quia non ſtudendum ſapientiæ:quod fine ac modo careat:ſed ſapiendum eſt & quidem mature. Non.n.nobis altera vita conceditur:vt cum quæramus in hac ſapientiam:in illa ſapere poſſimus: in hac vtrũq; fieri neceſſe eſt. Cito inueniri debet:vt cito ſuſcipi poſſit ne quid pereat ex vita:cuius finis incertus eſt. Ciceronis Hortenſi⁹ contra philoſophiam diſſerens:circunuenitur arguta concluſione: qui cũ diceret philoſophandum non eſſe:nihilominus philoſophari videbatur:quoniam philoſophi eſt quid in vita faciendum vel non faciendũ ſit diſputare. Nos ab hac calumnia immunes ac liberi ſumus:qui philoſophiam tollimus:quia humanæ cogitationis inuentio eſt:Sophiã defendimus:quia diuina traditio eſt. Eamq; ab omnibus ſuſcipi oportere teſtamur. Ille cũ philoſophiam tolleret:nec melius aliquid afferret:ſapientiã tollere putabatur:eoq; facilius de ſapientia pulſus eſt:quia conſtat hominem non ad ſtultitiam:ſed ad ſapientiam naſci. Prȩterea illud quoq; argumentũ contra philoſophiam valet plurimũ/quo idem eſt vſus Hortenſius: ex eo poſſe intelligi philoſophiam non eſſe ſapientiam: q principiũ & origo ei⁹ appareat. Quando inquit philoſophi eſſe cœperunt. Thales (vt opinor) primus:recens hȩc quidem ætas. Vbi ergo apud antiquiores latuit amor iſte inueſtigandæ veritatis? Idem Lucretius ait. Deniq; natura hæc rerũ:ratioq; reperta eſt nuper:& hac primũ cũ primis ipſe repertus Nũc ego ſum in patrias:qui poſſum vertere voces. Et Seneca:Nondum ſunt inquit mille anni.ex quo initia ſapientiæ nota ſunt. Multis ergo ſæculis humanum genus ſine ratione vixit. Qđ irridẽs Perſius:Poſtquam inquit ſapere vrbi Cum pipere & palmis venit. Tanq̃ ſapientia cum ſaporis mercibus fuerit inuecta:quȩ ſi ſecundũ hominis naturam eſt:cum homine eſſe cœperit neceſſe eſt. Si vero non eſt:nec capere quidem illam poſſet humana natura. Sꝫ quia recipit:igitur a principio fuiſſe ſapiẽtiam neceſſe ẽ ergo philoſophia quia nõ a principio fuit:non eſt eadem vera ſapientia ſꝫ videlicet Grȩci qui ad ſacras veritatis litteras non attigerant: quemadmodum deprauata eſſet ſapientiam neſciuerunt. Et ideo cũ vacare ſapientia humanam vitam putarent:philoſophiam commenti ſũt: id eſt latentem atq; ignotam ſibi veritatem diſſerendo eruere volue

Hortẽſius Philoſophãdũ nõ eſſe. Sophia q̃.

Phiȩ origo. Thales auctor philoſophiæ Lucretius auctor. Seneca auctor Perſi⁹ auctor.

runt: quod ſtudium per ignorantiam veri ſapientiam putauerunt.

¶Quę fuit ipſa doctrina Epicuri quę moribꝰ omniū appoſitiſſima loquebatur Et quomodo Leucippū: & Democritū habuerit auctores erroris & fabros Athomorū/& aſſertores voluptatis. Ca. XVII.

DIxi de philoſophia ipſa q̄ breuiter potui: nunc ad philoſophos veniamus: nō vt cū eiſdem certemus/qui ſtare nō poſſūt: ſed vt eos fugientes atq; delectos noſtro campo inſequamur. Epicuri diſciplina multo celebrior ſemper fuit q̄ cęterorum: non quia veri aliquid afferat: ſed quia multos ad populare nomen voluptatis inuitat. Nemo enim non in vitia pronus eſt. Præterea vt ad ſe multitudinem contrahat: appoſita ſingulis quibuſq; moribus loquitur. Deſidioſuꝫ vetat litteras diſcere: auarū populari largitione liberat. ignauum ꝓhibet accedere ad remp. pigruꝫ exercere: timidum militare. Irreligioſus audit deos nihil curare: inhumanꝰ & ſuis cōmodis ſeruiēs iubetur nihil cuiq̄ tribuere. Omnia.n. ſua cauſa facere ſapientē: fugienti turbā ſolitudo laudať. Qui nimiū ꝑcus eſt diſcit aqua & polenta vitaꝫ poſſe tolerari. Qui odit vxorem: huic enumerātur cęlibatus bona. Habenti malos liberos: orbitas prædicatur. aduerſus impios parentes nullū eē vinculū naturę. impatienti ac delicato dolorē eſſe omniū malorū maximuꝫ dicit: forti etiam in tormentis beatū eſſe ſapiētem. Qui claritati ac potentię ſtudet/huic pręcipitur reges colere. Qui moleſtiā ferre nō pōt: huic regiam fugere. Ita homo aſtutus ex varijs diuerſiſq; modis circuluꝫ cogit: & dum ſtudet placere omnibus/maiori diſcordia ſecū ipſe pugnauit: q̄ inter ſe vniuerſi. ¶Vñ autē diſciplina eiꝰ tota deſcendat: quam originem habeat explicādū eſt. Videbat Epicurꝰ bonis aduerſa ſemper accidere: paupertatem: labores: exilia charorum amiſſiones: malos contra bonos eſſe: augeri potentia: honoribꝰ affici; videbat innocentiam minus tutam: ſcelera impune committi Videbat ſine delectu morum: ſine ordine ac diſcrimine annoruꝫ ſæuire mortē: ſed alios ad ſenectutem peruenire: alios infātes rapi: alios iā robuſtos interire: alios in primo adoleſcentię flore immaturis funeribus extingui: in bellis potius meliores & vinci & perire. Maxīe autem commouebat homines in primis religioſos grauioribus malis affici. Hisauteꝫ qui aut deos omnino negligerent: aut nō pie colerent; vel minora incommoda euenire: vel nulla. Ipſa etiam templa fulminibus conflagrare. ¶Qđ Lucretius queritur cum dicit. de deo. Cum fulmina mittat: & ædes Ipſe ſuas diſturbet: & in deſerta recedēs. Sæuiat exercens tælum: quod ſæpe nocentes Præterit: exanimatq; indignos inq; mœrētes. ¶Qđ ſi vel exiguam veritatis auram colligere potuiſſet: nunquaꝫ diceret ædes illuꝫ ſuas diſturbare:

epicuri ſecta celeberrima ſēp & cur.

Voluptatis nomen populare.

Prouidentia cur ab Epicuro ſublata

Mors idiferēter in oēs ſequit.

Capitoliũ fulmine ictum.

cum ideo diſturbet: quia non ſunt ſuæ. Capitolium quod eſt romanæ vrbis & religionis caput ſũmũ: nõ ſemel ſed ſæpius fulmine ictũ conflagrauit. ¶ Homines autẽ igenioſi quid de hoc exiſtimauerint ex dicto Ciceronis apparet: qui ait diuinitus extitiſſe illam flammã non quæ terrẹſtre illud domiciliũ Iouis deleret: ſed quæ ſublimius magnificẽtiuſq̃ depoſceret. Qua de re etiã in libris cõſulatus ſui eadem dixit: quæ Lucreti⁹. Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo Ipſe ſuas arces atq̃ inclyta templa petiuit. Et capitolinis iniecit ſedibus ignes. Pertinaci ergo ſtultitia non modo vim maieſtatẽq̃ veri dei non intellexerunt: ſed etiam impietateʒ ſui erroris auxerũt: qui templum cæleſti iudicio ſæpe damnatum reſtituere contra fas omne contenderint. Cum hæc igitur cogitaret Epicurus: earum rerum velut iniquitate inductus (Sic enim cauſam rõnẽq̃ ignoranti videbatur) exiſtimauit nullam eſſe prouidentiam. Quod cum ſibi pſuaſiſſet: ſuſcæpit etiam defendendum: ſic in errores inextricabiles ſe ipſe incluſit. Si enim prouidentia nulla eſt: quomodo tam ordinate: tam diſpoſite mundus effectus eſt? Nulla inquit diſpoſitio ẽ: multa ei facta ſunt aliter q̃ fieri debuerunt. Et inuenit homo diuin⁹ quæ reprẹhenderet. Quẹ ſingula ſi vacaret refellere: facile oſtenderem nec ſapienteʒ hunc fuiſſe nec ſanuʒ. Item ſi nulla prouidentia ẽ quomõ animalium corpora tam prouidenter ordinata ſunt vt ſingula quẹq̃ mẽbra mirabili ratione diſpoſita: ſua officia conſeruent? Nihil inquit in ꝓcreandis animalibus prouidentiæ ratio molita ẽ. Nã neq̃ oculi facti ſũt ad videndum, neq̃ aures ad audiendum: neq̃ lingua ad loquẽdum neq̃ pes ad ambulandum: quoniã prius hæc nata ſunt q̃ eẽt loqui: audire: videre, ambulare. Itaq̃ non hæc ad vſum nata ſunt: ſed vſus ex illis natus ẽ. Si nulla prouidentia eſt: cur hymbres cadunt? fruges oriuntur? arbuſta frondeſcunt? Non inquit ſemper animantium cauſa iſta fiunt: quoniã prouidentiæ nihil proſunt: ſed omnia ſua ſponte fieri neceſſe eſt. Vnde ergo naſcuntur? aut quomõ fiunt omnia: quæ geruntur? Non eſt inquit prouidentiæ opus. Sunt enim ſemina per inane volitantia: quibus inter ſe temere conglobatis vniuerſa gignuntur atq̃ concreſcunt. ¶ Cur igiẽ illa nõ ſetimus: aut nõ cernimus? Quia nec colorem habent inquit nec calorẽ vllum nec odorẽ: ſaporis quoq̃ & humoris expertia ſunt: & tam minuta: vt ſecari ac diuidi nequeant. Sic eũ (quia in principio falſũ ſuſcẹperat) conſequentium reruʒ neceſſitas ad deliramenta perduxit. ¶ Vbi ei ſũt: aut vñ iſta corpuſcula? Cur illa nemo prẹter vnũ Leucippum ſõniauit? A quo Democritus eruditus hæreditateʒ ſtultitiẹ reliquit Epicuro. Quẹ ſi ſint corpuſcula & quidẽ ſolida (vt dicunt) ſub oculos certe venire poſſũt. Si eadẽ eſt natura omniũ: quomodo

Ciceron. carmen.

Prouidentiaʒ nullã eẽ cur putarit. Epicurus

Atomi qd

democrit⁹

res varias efficiunt? Vario inquit ordine ac poſitione conueniunt ſi-
cut litteræ:quę cum ſint paucę:varię tamen collocatę innumerabi-
lia verba conficiunt. At litteræ varias formas habent. Ita inqt & hęc
ipa primordia. Nā ſunt aſpera:ſunt hamata:ſunt leuia. Secari ergo
& diuidi poſſunt:ſi aliquid ineſt illis quod emineat. Si autem leuia
ſunt & humoris indigent:cohęrere non poſſunt. Hamata igitur eē
oportet:vt poſſint inuicem concathenari. Cum vero tam minuta eē
dicantur:vt nulla ferri acie diſijci valeant. quomodo hamos aut an-
gulos habent? Quos quia extant:neceſſe eſt poſſe diuelli. Deīn quo
fœdere inter ſe:qua mente conueniunt: vt ex his aliquid cōſtituat:
ſi ſenſu careant:nec coire tam diſpoſite poſſint:quia nō poteſt quic
q̄ rationale perficere niſi ratio. Quā multis coargui hęc vanitas po
teſt:ſed properat oratio. Hic eſt ille. Qui genꝰ humanū ingenio ſu-
perauit:& omnes. Extinxit ſtellas:exortus vt ęthereus ſol. Quos eq
dem verſus nūq̄ ſine riſu legere poſſum: Non enim de Socrate aut
Platone hoc ſaltem dicebat:qui velut reges habentur philoſophoꝝ
Sed de homie quo ſano & vigente nullus æger ineptiꝰ delirauit. Ita
ꝙ poeta inaniſſimus leonis laudibus murem nō ornauit ſed obruit
& obtriuit. At idē nos metu liberat mortis:de qua hæc ipſius verba
ſunt expreſſa. Quando nos ſumus:mors non eſt: quando mors eſt:
nos non ſumus:Mors ergo nihil ad nos. q̄ argute nos fefellit: quaſi
vero tranſacta mors timeatur:qua iam ſenſus ereptus eſt:ac non ip
ſum mori quo ſenſꝰ eripitur. Eſt igitur tempus aliquod: quo & nos
iam non ſumus:& mors tñ nondum eſt. Idq́ ipſum videtur miſeruꝫ
eſſe ꝙ & mors eſſe incipit:& nos eſſe deſinimus. Nec fruſtra dictum
eſt:mors miſera non eſt. Aditus ad morteꝫ eſt miſer: hoc eſt morbo
tabeſcere:ictum perpeti:ferrum corpore excipere:ardere igni: den
tibus beſtiarum laniari. Hæc ſunt quę timentur: non quia mortem
afferūt:ſed quia dolorē magnum. ¶ Quin potiꝰ effice ne dolor ma-
lū ſit omniū (inquit) malorum maximū eſt. Quid ergo nō poſſum ti
mere:ſi id quod mortem antecedit/aut efficit:malum eſt? Quid ꝙ
totum illud argumentum falſum eſt:quia non intereunt animę? Im
mo inquit:nam quod cum corpore naſcitur:cum corpore itereat ne
ceſſe eſt. Iam ſuperius dixi differre hunc locum melius:& operi vlti
mo reſeruare:vt hāc Epicuri perſuaſionē:ſiue illa Democriti: ſiue
Dicearchi fuit:argumentis & diuinis teſtimonijs redarguā. ¶ Ve-
rū ille fortaſſe impunitatē vitijs ſuis ſpopondit. Fuit enim turpiſſi-
mæ voluptatis aſſertor:cuius capiendæ cauſa naſci hominem puta
uit. Quis cum hoc affirmari audiat:vitijs & ſceleribꝰ abſtineat? Nā
ſi perituræ ſunt animæ:appetamus diuitias vt omnes ſuauitates ca-

Lucretij locus

Mors nihil ad nos

Scdꝫ epicurum

Dolor oiꝫ malorum maximuꝫ

Aīa nō iterit an cuꝫ corpore.

Epicuri dogma vītā ꝑuertit

pere poſſimus. Quæ ſi nobis deſunt: ab his qui habent auferamꝰ clã dolo: vi. Eo magis ſi humanas res nullus deus curat. qñcũq; ſpes im punitatis arriſerit: rapiamus: necemus. Sapientis eſt .n. malefacere: ſi & vtile ſit & tutũ: qm̃ ſi qs in cælo deus ẽ: nõ iraſcit̃ cuiq̃. Aeq; ſtulti ẽ & benefacere: quia ſicut ira non cõmouet̃: ita nec gratia tangi- tur. Voluptatibus igitur quoquo modo poſſumus: ſeruiamꝰ. Breui enim tempore nulli erimus omnino. Ergo nullũ diem: nullũ deniq; temporis punctum fluere nobis ſine voluptate patiamur: ne qa ipſi quandoq; perituri ſumus: idipſum quod viximus pereat. Hęc ille ta metſi nõ dicit verbo: re tamẽ ipſa docet. Nam cũ diſputat omnia ſa pientẽ ſua cauſa facere: ad vtilitatẽ ſuam refert omnia quæ agit. Ita q; qui audit hęc flagitia: nec boni quicq̃ faciendũ putabit: qm̃ bene facere ad vtilitatem ſpectat alienã: nec a ſcelere abſtinendum: quia maleficio p̃da cõiuncta eſt. Archipyrata quiſquã vel latronũ ductor ſi ſuos ad graſſandum cohortetur: quo alio ſermone vti poteſt: q̃ vt eadem dicat: que dicit Epicurus/ deos nihil curare? Non ira: nõ gra tia tangi: inferorum pœnas non eſſe metuendas: q; animę poſt mor tẽ occidãt: nec vlli omnino ſint inferi: voluptatẽ eſſe maximũ bonũ: nullam eſſe humanã ſocietatem: ſibi quẽq; conſulere: neminẽ eſſe q alterum diligat niſi ſua cauſa. Mortem non eſſe metuendaʒ forti vi ro: nec vllum dolorẽ: quin etiam ſi torqueatur: ſi vratur: nihil ſe cu- rare dicat. ¶ Eſt plane cur quiſq̃ putet hanc vocem viri eſſe ſapien- tis: quę poteſt latronibus aptiſſime commodari.

Deꝰ & i- raſcit̃: & gr̃a tãgit̃.

Sapientẽ ẽt alioruʒ cã facere.

¶ Quomodo pythagorici & ſtoici contrario epicureis errore deſipiant ſic animarum immortalitatem ſtatuentes: vt eas in varia corpora tranſire mentiantur. Et voluntariã mortẽ p̃ſua- ſerunt inaniter philoſophantibus. Ca. XVIII.

Aias poſt mortẽ ſup eſſe.

Palimpſy chia pyta goræ

Cleantes manus ſi/ bi intulit.

Chryſip- pus ſe ne- ci dedit.

ALij autẽ his contraria dixerunt ſupereſſe aĩas poſt mor- rem: & hi ſunt maxime pythagorici ac ſtoici: quibus & ſi ignoſcendum eſt: quia verũ ſentiunt: non poſſuʒ tamẽ nõ reprehendere eos: qui non ſcientia ſed caſu inciderũt in veritatem. Itaq; in eo ipſo quod recte ſentienbant: aliquid errauerunt. Nam cum timerent argumentum illud quo colligitur neceſ- ſe eſt vt occidant animæ cum corporibus: quia cum corporibus naſ cuntur: dixerunt non naſci animas: ſed inſinuari potius in corpora: & de aliis in alia migrare corpora. Non putauerũt aliter poſſe fieri: vt ſuperſint aĩę poſt corpora: niſi videantur fuiſſe ante corpora. Par igitur ac ꝑpe ſimilis error eſt partis vtriuſq;. Sed hęc in p̃terito fal ſa eſt: illa in futuro. Nemo .n. vidit quod eſt veriſſimum & naſci aĩas & nõ occidere: quia cur id fieret: aut quæ ratio eſſet: homines neſcie runt. Multi ergo ex his qui æternas eſſe animas ſuſpicabantur, tanq̃

in cælum migraturi eſſent:ſibiįpſis manus intulerũt:vt Cleantes & Chryſippus:vt zeno & Empedocles:qui ſe in ardentis Aetnæ ſpecũ intempeſta nocte deiecit:vt cũ repente nõ apparuiſſet:abijſſe ad deos crederet & ex Romanis Cato.qui fuit in omni ſua vita ſocratícæ vanitatis imitator.Nam democritus in alia fuit pſuaſiõe.Sed ĩn ſponte ſua letho caput obuius obtulit ipſe:quo nihil ſceleratiꝰ fieri poteſt.Nam ſi homicida nefarius eſt:qui hominis extrinctor ẽ eidẽ ſceleri obſtrictus ẽ:qui ſe necat:quia hominẽ necat:Immo vero maius eſſe id facinus exiſtimandũ eſt:cuius vltio deo ſoli ſubiacet.Nã ſicut in hanc vitam non noſtra ſponte venimus:ita rurſus ex hoc domicilio corporis quod tuendũ nobis aſſignatũ eſt eiuſdem iuſſu nobis recedendum eſt:qui nos in hoc corpus induxit tam diu habitaturos:donec iubeat emitti.Et ſi vis aliqua inferať:æqua mente patiendũ eſt:cũ extincta innocẽtis aĩa inulta eſſe nõ poſſit:habeamuſq; iudicẽ magnũ:cui ſoli vindicta integra ſemper eſt.Homicidę igiť illi omnes philoſophi:& ipſe romanę ſapientię prĩceps Cato:q anteq̃ ſe occideret:perlegiſſe Platonis librũ dicitur:qui eſt ſcriptus de æternitate animarũ.Et ad ſummũ nefas philoſophi auctoritate cõpulſus eſt.Et hic tamen aliquã moriendi cauſam videtur habuiſſe odiũ ſeruitutis.Quid Ambrachiotes ille:qui cũ eundem librũ perlegiſſet pręcipitem ſe dedit nullam aliam ob cauſam: niſi ꝙ Platõi credidit? Execrabilis ꝓrſus ac fugienda doctrina:ſi abigit homĩes a vita.Quod ſi ſciſſet Plato:atq; docuiſſet a quo:& quomodo:& qbus:& quę ob facta:& quo tẽpore immortalitas tribuať:nec Theõbrotum impegiſſet in mortem voluntariam:nec catonem:ſ; eos ad vitam & ad iuſtitiam potius erudiſſet.Nam Cato videtur mihi cauſam quęſiuiſſe moriendi:non tam vt Cæſarẽ fugeret:q̃ vt ſtoicorũ decretis obtemperaret:quos ſectabatur.nomenq; ſuum grandi aliquo facinore clarificaret:cui quid mali accidere potuerit:ſi viueret nõ inuenio Caius.n.Cęſar vt clęmẽs erat:nihil aliud efficere volebat:etiã in ipſo belli ciuilis ardore:q̃ vt bene mereri de republica videreť:duobus optimis ciuibus Cicerone & Catone ſeruatis.Sed redeamus ad eos qui mortem pro bono laudãt.De vita quęreris quaſi vixeris:aut vnq̃ tibi ratio conſtiterit:cur oĩno ſis natꝰ.Nonne igiť tibi verus ille & cõmunis omnium pater Terentianum illud iure increpauerit.Prius diſce quid ſit viuere:ſi diſplicebit vita:tu; iſtoc vtitor.Indignaris te malis eſſe ſubiectum:quaſi quicq̃ merearis boni q patrem:qui dominum:qui regem tuu; neſcis:qui q̃uis clariſſimã lucem intuearis oculis:mente tamen cęcus es:& in ꝓfundis ignorãtię tenebris iaces.Quæ ignorãtia efficit:vt quoſdam dicere nõ puderet/iccirco nos eſſe natos:vt ſcelerum pœnas lueremus:quo quid de

zeno mortẽ ſibi maturauit

Empedo. i etnę ſpecũ ſe deiecit.

Cato ſocratis imitator.

Democritus vltro mortẽ oppetijt.

cato ſe vtice occidit

Ambrachiotes.

Cęſaris clęmẽtia.

Cic.& cato optimi ciues

Hoĩes nõ ido natos vt ſcelerũ pęnas luant.

ſirius dici poſſit nõ inuenio. Vbi.n. vel quę ſcelera potuimus admit
tere: qui omnino nõ fuim⁹? Niſi forte credamus inepto illi ſeni: qui
ſe in priori vita Euphorbiũ fuiſſe mẽtitus eſt. Hic credo ꝙ erat igno
bili genere natus: familiã ſibi ex Homeri carmĩb⁹ adoptauit. O mi
rã & ſingularẽ Pythagorę memoriã. O miſerã obliuionẽ noſtrũ om
nium: qui neſciamus quid ante fuerimus. ſed fortaſſe vel errore ali
quo vel gratia ſit effectũ: vt ille ſol⁹ lętheũ gurgitem non attigerit:
nec obliuionis aquam guſtauerit: videlicet ſenex vanus: ſicut ocio
ſę amiculę ſolẽt: fabulas tanꝙ infantib⁹ credulis finxit. Quod ſi be
ne ſenſiſſet de his: quibus hęc locut⁹ eſt: ſi hoĩes eos exiſtimaſſet: nũ
ꝙ ſibi tã petulanter mentiendi licentiam vendicaſſet: ſed deridenda
hominis leuiſſimi vanitas. ¶ Quid Ciceroni faciemus: qui cũ in pri
cipio cõſolationis ſuę dixiſſet luendorum ſceleꝝ cauſa naſci homi
nes: iterauit idipſum poſtea: quaſi obiurgans eum: qui vitam nõ eẽ
malis plenam putet? Recte ergo profatus eſt errore ac miſerabili
veritatis ignorantia ſe teneri.

Pythagorę palingeneſia.

¶ Quod Cicero & alij ſapientiſſimi immortalitatem animarũ (ſed
infideliter) docent. Et ꝙ mala vel bona mors ſit põderanda ex an
teacta vita & gratia dei. Ca. XIX.

An mors ſit malũ.

AT illi qui de mortis bono diſputant: quia nihil veri ſciunt
ſic argumentantur. ſi nihil eſt poſt mortem: non eſt ma
lum mors. Aufert enim ſenſum mali. Si autem ſuperſunt
animæ etiam eſt bonũ: quia immortalitas ſequitur. Quã
ſententiam Cicero de legibus ſic explicauit. Gratulemurqꝫ nobis:
qm̃ mors aut leuiorẽ ꝙ qui eſt in vita: aut certe non deteriorẽ eſt alla
tura ſtatũ. Nam ſine corpore animo vigente diuina eſt vita: ſenſu ca
rente nihil profecto eſt mali. Argute vt ſibi videtur quaſi nihil aliđ
eſſe poſſit. Atqui vtrũqꝫ hoc falſum eſt. Docent eñ diuinę litterę nõ
extingui animas: ſed aut pro iuſticia pręmio afficit: aut pœna ꝓ ſce
leribus ſempiterna. Nec enim fas eſt: aut eũ qui ſceleratus i vita fœ
liciter fuerit: effugere quod meretur: aut eum qui ob iuſtitiam mi
ſerrimus fuerit: ſua mercede fraudari. Quod adeo verum ẽ: vt idem
Tullius in conſolatione nõ eaſdẽ ſedes incolere iuſtos atqꝫ impios
ꝑdicauerit. Nec enim omnibus inqt idẽ illi ſapientes arbitrati ſunt
eundẽ curſum in cælo patere. Nam vitijs & ſceleribus cõtaminatos
deprimi in tenebras atqꝫ in cœno iacere docuerunt. Caſtos aũt ani
mos: puros: integros: incorruptos: bonis etiam ſtudijs atqꝫ artib⁹ ex
politos/ leui quodam & facili lapſu ad deos.i. ad naturam ſui ſimilẽ
peruolare. Quæ ſententia ſuperiori illo argumento repugnat. Illud
eñ ſic aſſumptum eſt tanꝙ neceſſe ſit omnem hominem natum im
mortalitate donari. Quod igitur erit diſcrimen virtutis ac ſceleris.

Loc⁹ ex li. de legib⁹.

Impiorũ ſedes.

Iuſtoꝝ ſedes.

ſi nihil intereſt vtrum ne Ariſtides ſit aliquis an Phalaris? Vtrũ Cato an Catilina? Sed hãc repugnãtiã reruꝫ ſẽtẽtiãq; non cernit. niſi q̃ tenet veritatem. Si quis igitur nos roget: vtrũ ne mors ſit bonum an malum: reſpondebimus qualitatem eius ex vitę ratione pendere. Nam ſicut vita ipſa bonum eſt ſi cum virtute viuatur: malum ſi cum ſcelere: ita & mors ex pręteritis vitę actibus ponderanda eſt. Ita fit vt ſi vita in dei religione tranſacta ſit mors malum non ſit: quia trãſlatio eſt ad immortalitatem. Si aliter malum ſit neceſſe eſt: quoniaꝫ (vt dixi) ad æterna ſupplicia trãſmitit. Quid ergo dicemus: niſi errare illos: qui aut mortem appetunt tanq̃ bonum: aut vitam fugiunt tanq̃ maluꝫ? Niſi ꝙ ſunt iniquiſſimi: qui pauciora mala non compẽſant bonis pluribus. Naꝫ cum omnem vitaꝫ per exquiſitas & varias traducant voluptates: mori cupiunt: ſiquid forte his amaritudinis ſuperuenerit. Et ſic habent tanq̃ illis nunq̃ fuerit bene: ſi aliquando fuerit male. Dãnant igitur vitaꝫ omnem: plenamq; nihil aliđ q̃ malis opinantur. Hinc nata eſt inepta illa ſẽtẽtia: hanc eſſe mortem quam nos vitam putamus: illam vitam quam nos pro morte timemꝰ Ita primũ bonũ eſſe nõ naſci: ſecundum citius mori. Quæ vt maioris ſit auctoritatis Sileno attribuitur. Cicero in cõſolatione. Non naſci inquit longe optimum: nec in hos ſcopulos incidere vitę Proximum autem ſi natus ſis: q̃ primum mori tanq̃ ex incendio effugere violẽtiam fortunæ. Credidiſſe ſe illi vaniſſimo dicto: exinde apparet ꝙ adiecit aliq̃d de ſuo vt ornaret. Quæro igiť cui eẽ optimũ putet non naſci: cũ ſit nullus omnino q̃ ſentiat? Nam vt bonum ſit aliquid aut malũ ſenſus efficit. Deinde cur oĩm vitã nihil aliud eẽ q̃ ſcopulos & incẽdiũ putauerit: quaſi aut ĩ noſtra fuerit poteſtate ne naſceremur: aut vitã nobis fortuna tribuat nõ deꝰ: aut viuẽdi rõ qcq̃ ſimile incẽdio habere videať. Nõ diſſimile Platonis illud eſt: q̃đ aiebat ſe gratias agere naturæ. Primũ ꝙ homo natꝰ eſſet potiuſq̃ mutũ animal. Deinde ꝙ mas potiuſq̃ fœmina. ꝙ gręcꝰ q̃ barbarus. Poſtremo ꝙ athenienſis non thebanus: & ꝙ temporibus Socratis. Dici non poteſt quantã mentibus cęcitatem/ quantoſq; pariat errores ignoratio veritatis. Ego plane cõtẽderim: nunq̃ quicq̃ dictũ eſſe ĩ rebus humanis deliriꝰ q̃ſi vero ſi aut barbarꝰ: aut mu lier: aut aſinus deniq; natus eſſet: idem ipſe Plato non eſſet: ac non illud ipſum q̃đ natus fuiſſet. Sed pythagorę videlicet credidit: qui vt vetaret homines animalibus veſci: dixit animas de corporibus in aliorum animailum corpora commeare: quod etiam vanum & impoſſibile eſt. Vanum quia neceſſe non fuit veteres animas in noua corpora inducere: cum idem artifex qui primas aliquando fecerat. potuerit ſemper nouas facere. Impoſſibile/ quia rectæ rationis ani-

Mors bona ſit an mala añ acta vita dijudicat.

Inepta ſẽtẽtia ẽ vitã quam nos putamꝰ eẽ mortem. mortẽ quã nos timemꝰ eẽ vitã

Non naſci longe optimum. mori q̃ primũ optio proximũ.

Plato quĩ bꝰ de rebꝰ agebat gratias naturæ.

Mas mulieř pſtantior.

barbari in faſtidio.

Thebani pinguis.

Minerue.

Socratem quanti fecit.

Plato.

Palimpſychia Pythagoræ.

ma tã immutare naturã ſtatus ſui nõ poteſt:q̃ ignis aut deorſum niti aut in tranſuerſuʒ/fluminis mõ flãmã ſuã fundere. Exiſtimauit ergo homo ſapiẽs fieri potuiſſe vt aĩa quę tũc erat in Platone:in aliquod mutũ animal includeretur:eſſetqꝫ humano ſenſu ꝑdita vt intelligeret ac doleret incõgruenti ſe corpore oneratã. Quãto ſanius faceret ſi gratias ſe agere diceret ꝙ ingenioſus/ꝙ docilis natꝰ eẽt:ꝙ in his opibus vt liberaliter erudiretur. Nã ꝙ athenis natꝰ eſt:quid in eo beneficij fuit? An nõ plurimi extiterunt ĩ alijs ciuitatibꝰ excellenti ingenio atqꝫ doctrina viri:qui meliores ſinguli q̃ oẽs athenienſes fuerũt? Quãta hominũ milia fuiſſe credamus qui & Athenis nati/& tẽporibus Socratis:indocti tamen ac ſtulti fuerũt. Nõ.n.aut parietes aut locus in quo quiſqꝫ eſt:effuſus ex vtero conciliat homini ſapientiaʒ. Quid vero attinuit Socratis ſe temporibus natum gloriari? Nũ Socrates ingenia diſcentibus potuit dare? Non venit in mentẽ Platoni Alcibiadem quoqꝫ/& Critiam eiuſdem Socratis aſſiduos auditores fuiſſe:quorum alter hoſtis patrię acerrimus fuit:alter crudeliſſimus omnium tyrannorum.

Alcibiades hoſtis patrię.

Critias crudelis Tyrannus

¶ Ꝙ Socrates in eo fuit cordatior cæteris:quia a ſcrutinio cęleſtiũ & naturalium cauſis diſputationem ſuſpendit: in quibus temere cõſumitur ingeniuʒ & tempus:ſed & in multis deſipuit:quorum ſubijciuntur exempla. Cap.XX.

Scrutiniũ

VIdeamus nũc quid in Socrate ipſo tam magnũ fuerit: vt hõ ſapiẽs merito gratias ageret illis tẽporibus eẽ ſe natũ. Non inficior fuiſſe illũ paulo cordatiorẽ:q̃ cęteros qui naturaʒ rerum putauerunt ingenio poſſe compręhendi. In quo illos non tantum excordes fuiſſe arbitror.ſed etiam impios:ꝙ ĩ ſecreta illius cæleſtis ꝓuidẽtiæ curioſos oculos voluerũt immittere: Romæ ẽt & ĩplęriſqꝫ vrbibus ſcimus eſſe quędã ſacra quæ aſpici a viris nefas habetur. Abſtinẽt igitur aſpectu quibꝰ illa cõtaminari non licet:& ſi forte vel errore vel caſu quopiã vir aſpexerit:primo pœna eius deinde inſtauratione ſacrificij ſcelꝰ expiatur. Quid his facias: qui incõceſſa ſcrutari volũt? Nimirũ multo ſceleratiores qui arcana mũdi & hoc cæleſte tẽplũ ꝓphanari impijs diſputationibus q̃runt q̃ qui ædẽ Veſtæ:aut bonę deæ:aut cereris intrauerit. Quę penetralia q̃uis adire viris nõ liceat:tñ a viris fabricata ſunt. Hi vero nõ tantuʒ impietatis crimẽ effugiũt:ſed (quod eſt multo indignius) eloq̃ntię famã aut ingenij gloriã conſequũtur. Quid ſi aliquid inueſtigare poſſẽt? Sunt.n.tã ſtulti in aſſeuerando:q̃ improbi in quærendo:cum neqꝫ inuenire qcq̃ poſſint:nec defendere:ẽt ſi inuenerint. Nã ſi verũ vel fortuito viderint (quod ſæpiꝰ contingit) cõmittũt vt ab alijs id ꝑ falſo refellatur. Non.n. deſcendit aliquis de cœlo qui ſẽtẽtiã de ſin

Bonę deę ſacra a viris aſpici nefas erat

gulorum opinionibus ferat. quaprotet nemo dubitauerit eos q̄ iſta cō̄quirāt/ſtultos: ineptos: iſanos eſſe. Aliquid Ergo ſocrates habuit cordis humani: qui cū intelligeret hęc nō poſſe inueniri: ab eiuſmō di q̄ſtionibus ſe remouit. Vereorq́ʒ ne i eo ſolo: multa enim ſunt ei⁹ non modo laude indigna: ſed etiā reprę henſione digniſſima: in quibus fuit ſuorum ſimillimus. Ex hiſ vnuʒ eligam: quod ab omnibus ſit probatum celebre/hoc prouerbium Socrates habuit. Q̄d ſupra nos nihil ad nos. Procumbamus igitur in terraʒ: & manus nobis ad p̄clara opera datas conuertamus in pedes. Nihil ad nos cęlū ad cuius contemplationem ſumus excitati: nihil deniq́ʒ lux ipſa ptineat. Certe victus noſtri cā̄ de cęlo eſt. Q̄ꝫ ſi hoc ſenſit: non eſſe de rebus cęleſtibus diſputandum: ne illorum quidē rationem poterat cōprę hendere: quę ſub pedibus habebat. Quid ergo. Num errauit in verbis? Veriſimile nō eſt: ſed nimirū id ſenſit: quod locutus ē religioni minime ſeruiendum. Q̄d ſi aperte diceretur: nemo pateretur. Quis ei nō ſentiat hunc mundum tā̄ mirabili ratione pfectum: aliqua ꝓuidentia gubernari? Quādoq̄dem nihil eſt quod poſſit ſine vllo moderatore cōſiſtere: Sic domus ab habitatore deſerta dilabit̄. Nauis ſine gubernatore abit peſſum. Et corpus relictum ab aīa defluit: nedum putemus tantam illam molem: aut conſtrui ſine artifice: aut ſtare ſine rectore tandiu potuiſſe. Quod ſi publicas illas religiones voluit euertere nō iprobo. quin etiā laudabo: ſi ipſe quod eſt meli⁹ inuenerit. Verum idē p caneʒ & anſereʒ deierabat. O homineʒ ſcurrā (vt ait zeno epicureus) ineptum: perditū deſperatū: ſi cauillari voluit religionem: dementem. Si hoc ſerio fecit: vt animal turpiſſimuʒ pro deo haberetur? Quis iam ſupſtitiones ęgyptiorum audeat reprehendere: quas Socrates Athenis auctoritate confirmauit ſua? Illud vero nonne ſummę vanitatis: q̄ꝫ ante mortem familiares ſuos rogauit: vt Aeſculapio gallum quem vouerat: pro ſe ſacrarent? Timuit videlicet ne apud Rhadamanthum receptorem voti reus fieret ab Aeſculapio Dementiſſimum hominem putarē: ſi morbo affect⁹ periſſet. Cū vero hoc ſanus fecerit: eſt ipſe inſanus qui eum putet eſſe ſapientē. En cuius tēporibus natū eſſe ſe homo ſapiens gratuletur.

Socrates i quo cæteris phis fuit cordatior.

Socra. ab Epicuręo Zenone ſcurra cōpellatus.

Eſculapio gallum vomiſſe dixit Socrates.

¶Quod Plato didicerit a Socrate ea: quę ſi obtineret: humani generis periret ſocietas. Cap. XXI.

Videam⁹ tñ q̄d illū Socrates docuerit: q cū totā phyſicā repudiaſſet: eo ſe cōtulit: vt de virtute atq́ʒ officio quęreret. Itaq́ʒ n̄ dubito q̄n auditores ſuos iuſtitię p̄ceptis erudierit. Docēte igit̄ Socrate n̄ fugit Platonē iuſtitiæ viʒ i ęquitate cōſiſtere. Siq̄dē oēs pari cōditiōe naſcūt̄. Ergo iq̄t nihil priuati ac ꝓprij hēant: ſed vt pares eē poſſint (q̄d iuſtitię rō deſiderat) oīa

Huiuſmodi cōitas cū ab Ariſtotele: tū ab alijs plęriſq́ʒ reprhēdit̄. & pulchre ab Egidio Romano: de regimine pricipū lib. ſcd̄o.

in cõmune poſſideat. Ferri hoc põt: q̃diu de pecunia dici videt. Q̃d ipm q̃ impoſſibile ſit & q̃ iniuſtũ: poterã multis rationib⁹ oſtendere. Concedamus tamen vt poſſit fieri. Omnes. n. ſapientes erũt & pecuniam cõtemnent. Quo ergo illũ cõmunitas iſta perduxit? Matrimonia quoq; (iqt) cõmunia eſſe debebũt. Sꝫ vt ad eãdẽ mulierẽ mlti viri tanq̃ canes cõfluãt: & is vtiq; obtineat/ qui viribus vicerit. Aut ſi ſapientes ſunt vt philoſophi: expectẽt vt vicib⁹ tanq̃ lupanar habeãt. O miram Platonis æquitatem. Vbi eſt igitur virtus caſtitatis? Vbi fides coniugalis? Quę ſi tollas: omnis iuſtitia ſublata eſt. At idem dixit beatas ciuitates futuras fuiſſe ſi aut philoſophi regnarent: aut reges philoſopharẽtur. Huic ergo tã iuſto: tam æquo viro regnum dares: qui alijs ſuſtuliſſet ſua: alijs condonaſſet aliena: proſtituliſſet pudicitiam mulierũ: quę nullus vnquam non modo rex: ſed ne tyrannus quidem fecit. Quam vero intulit rationẽ turpiſſimi huius conſilij: ſic inquit. Ciuitas cõcors erit: & mutui amoris conſtricta vinculis: ſi omnes omnium fuerint & mariti/ & patres/ & vxores/ & liberi. Quę iſta cõfuſio generis humani eſt? Quomodo ſeruari poteſt caritas: vbi nihil eſt certũ: quod amet? Quis aut vir mulierẽ aut mulier virum diliget: niſi habitauerint ſemper vna: niſi deuota mẽs & ſeruata inuicem fides indiuiduã fecerit caritateꝫ? Quę virtus ĩ illa promiſcua voluptate locũ nõ habet. ¶ Itẽ ſi oẽs oĩm liberi fuerint: quis amare liberos tanq̃ ſuos poterit: cum ſuos eſſe aut ignoret: aut dubitet? Quis honorem tãq̃ patri deferet: cũ vnde natus ſit neſciat? Ex quo fit: vt non tantũ alienũ pro patre habeat: ſed etiam patrem pro alieno. ¶ Quid q꜑ vxor p̃t eẽ cõmunis: fili⁹ vero nõ põt? quẽ cõcipi non niſi ex vno neceſſe eſt. Perit ergo illi vni communitas ipſa reclamante natura. ¶ Supereſt vt tantummodo concordiæ cauſa vxores velit eſſe communes. At nulla vehęmẽtior diſcordiarum eſt cauſa: q̃ vnius fœminæ a multis maribus appetitio. In quo Plato ſi ratiõe non poterat: exemplis certe potuit admoneri: & mutorum animalium/ quæ ob hoc vel acerrime pugnant: & hominum qui ſemper ob eam rem grauiſſima inter ſe bella geſſerunt.

Coĩa oĩa Plato ſtatuit.

Matrimonia cõmunia Plato ſtatuit male.

Reges oportꝫ eſſe phõs dixit Plato.

## ¶ Quod dogma platonis nõ erat niſi criminis fons/ & fomes: & virtutum omnium exterminium. Cap. XXII.

REſtat: vt cõmunio iſta nihil aliud habeat pręter adulteria & libidines: propter quas funditus euertẽdas eſt virt⁹ vel maxime neceſſaria. Itaq; nõ inuenit cõcordiã quã quærebat: quia nõ videbat vnde oriatur. Nam iuſticia in extrapoſitis nihil momenti habet: ne in corpore quidem ſed tota in hominis mente verſatur. Qui ergo vult homines adęquare: nõ matrimonia: non opes ſubtrahere debet: ſed arrogantiam: ſuperbiã: ta

morē:vt illi potētes & elati pares eſſe ſe etiā mēdiciſſimis ſciāt. De-
tracta eñi diuitib⁹ inſolētia & iniq̄tate:nihil intererit vtrū ne alij di-
uites:alij pauperes ſint:cū animi pares ſint:quod efficere nulla alia
res prẹter religionē dei pōt. Putauit igiẗ ſe inueniſſe iuſticiā: cū eā
ꝓrius euerteret:q̄a nō rerū fragiliū:ſed mētiū debet eſſe cōmunitas
Nā ſi iuſticia virtutum oīm eſt mater:cū illæ ſingulæ tolluntur:ipſa
ſubuertiẗ. Tulit autem Plato ante omnia frugalitatem:q̄ vtiq̄ nulla
eſt:vbi ꝓprij nihil habeẗ. Tulit abſtinētiā ſiquidem nihil fuerit quo
abſtineaẗ alienū. Tulit tēperantiā:tulit caſtitatem:quæ virtutes in
vtroq̄ ſexu maxime ſunt:tulit verecundiā:pudorē:& modeſtiam:ſi
honeſta & legittima eſſe incipiunt:quæ ſolent flagitioſa & turpia
iudicari. Sic virtutē cū vult omnibus dare.omnibus ademit. Nam
rerū ꝓprietas:& vitiorū/& virtutum materiā continet. Cōmunitas
autem nihil aliud q̄ vitiorū licentiā. Nam viri qui multas mulieres
habent:nihil aliud dici poſſunt:q̄ luxurioſi ac nepotes. Item mulie
res quẹ a multis habentur nō vtiq̄ adulteræ:q̄a certū matrimoniū
nullū eſt:ſed proſtitutẹ ac meretrices ſint neceſſe eſt. Redegit ergo
humanā vitam ad ſimilitudinē:non dico mutorum : ſed pecudum
ac beluarum. Nam volucres pene omnes faciūt matrimonia:& pa-
ria iunguntur:& nidos ſuos tanq̄ geniales toros concordi mente de
fendunt:& fœtus ſuos quia certi ſunt:amant:& ſi alienos obieceris
abigunt. At homo ſapiens cōtra morem hominū:contraq̄ naturam
ſtultiora ſibi quæ ſequeretur:elegit. ¶ Et q̄m videbat in cẹteris ani
malibus officia marium fœminarūq̄ non eſſe diuiſa:exiſtimauit o-
portere etiā mulieres militare:& conſilijs publicis itereſſe: & magi/
ſtratus gerere:& imperia ſuſcipere. Itaq̄ his arma & equos aſſigna
uit:conſequens eſt vt lanā & telam viris & infantiū geſtationes. Nec
vidit impoſſibilia eſſe quẹ diceret ex eo: ꝙ adhuc in orbe terrẹ : ne
q̄ tā ſtulta neq̄ tam vana vlla gens extiterit:quæ hoc modo viueret.

Iuſtitia virtutū oīm mater.

Mulieres oportet militare iuxta Platonem

¶ De minoribus philoſophis:& quatenus ex rerū contemptu glo
rientur:& erroris aſſertores ſint. Ca. XXIII.

CVm igitur in tāta varietate ipſi philoſophorum pricipes
deprẹhendanẗ:quid illos minores putabimus : qui nunq̄
ſibi tā ſapiētes videri ſolēt:qui cū pecuniæ cōtemptu glo
riantur? Fortis animus. Sed expecto quid faciant. & quo
ille contemptus euadat. Tradita ſibi a parentibus patrimonia: tan-
q̄ malum fugiunt ac deſerunt. Et ne in tempeſtate naufragiū faciāt
in trāquillo ſe vltro p̄cipitant. Nō virtute/ſed peruerſo metu fortes
ſicut illi q̄ cū timēt ne ab hoſte iugulēẗ:ipſi ſe iugulāt:vt mortē mor-
te deuitēt. Sic iſti vnde poſſēt gloriā liberalitatis acquirere:ſine ho-
nore:ſine gratia perdūt. Laudaẗ Democritus ꝙ agros ſuos dereliq̄-

Pecuniæ cōtēptus. metu fortes

Democritus agros ſuos dereliquit.

rit:eoſq; paſcua publica fieri paſſ⁹ ſit. Probarē ſi donaſſet. Nihil aūt ſapienter fit: quod ſi ab omnibus fiat: inutilē ac malum: ſed hæc ne gligentia tolerabilis. ¶ Quid ille qui patrimoniuꝫ in nummos reda ctum effudit in mare? Ego dubito vtrum ne ſanus an demens. Abi te (inquit) in profundum malæ cupiditates: ego vos mergam: ne ip ſe mergar a vobis. Si tantus pecuniæ cōtentus eſt: fac illā beneficiuꝫ fac humanitatem / largire pauperibus. Poteſt hoc quod perditurus es: multis ſuccurrere: nec fame / aut ſiti / aut nuditate moriant. Imita re inſaniam ſaltem / furoremq; Tuditani: ſparge populo diripienda. Potes & pecuniā effugere: & tamē bene collocare: q̄a ſaluū ē quicq̄d pluribus ꝓfuit. ¶ zenonis aūt paria peccata quis probat? Sed omit tamus id; quod ē ab omnibus ſemper irriſuꝫ. Illud ſatis eſt ad coer cendum furioſi hoīs errorem: quia inter vitia & morbos miſericor diam poſuit. Adimit nobis affectum: quo ratio humanæ vitæ pene omnis continetur. Cum enim natura hominis imbecillior ſit: q̄ cæte rorum animalium: quæ vel ad perferendam vim temporum: vel ad incurſiones a ſuis corporibus arcendas naturalibus munimētis ꝓui dentia cœleſtis armauit. Homini aūt quia nihil iſtorum datū eſt ac cepit pro iſtis omnibus miſeratiōis affectum: qui plane vocatur hu manitas: qua noſmet inuicē tueremur. Nā ſi homo ad cōſpectū alte rius hominis efferaretur (quod facere videmus animantes: quorum natura ſoliuaga eſt) nulla eſſet hoiꝫ ſocietas: nulla vrbium condēda rum / vel cura / vel ratio. Sic neq; vita quidem ſatis tuta: cum cæteris animalibus expoſita eſſet imbecillitas hominum: & ipſi inter ſemet ipſos beluarū more ſæuirent. ¶ Non minor in aliis dementia. Quid eni dici poteſt de illo: qui nigraꝫ dixit eſſe niuē: q̄ cōſequens erat: vt etiam picem albā eſſe diceret? Hic eſt ille qui ſe icc irco natū eſſe di ceret vt cœlū / ac ſolem videret: qui in terra nihil videbat ſole lucente ¶ Xenophanes dicētibus mathematicis orbē lunę duodeuigīti par tibus maiorem eſſe q̄ terram: ſtultiſſime credidit. Et (q̄ huic leuitati fuit cōſentaneum) dixit intra cōcauū lunæ ſinum eſſe aliā terram: & ibi aliud genus hominum ſimili modo viuere: quo nos in hac terra viuimus. Habēt igitur illi lunatici homines alteram lunam: quæ illis nocturnū lumen exibeat: ſicut hęc exhibet nobis. Et fortaſſe hic no ſter orbis alteri⁹ inferioris terræ luna ſit. ¶ Fuiſſe Seneca inter ſtoi cos ait q̄ deliberarēt vtrū ne ſoli quoq; ſuos populos darēt. inepte.ſ. qui dubitauerit. Quid enim ꝓderet ſi dediſſet? Sed credo calor de terrebat: ne tantam multitudinem periculo cōmitteret: ne ſi ęſtu ni mio periſſent: ipſius culpa eueniſſe tanta calamitas diceretur.

Pcuniā ef fudit i ma re.

Tuditan⁹ p̄rimoniū ꝑp̄lo diri piendum ſparſit.

Hō miſe ratiōis cę pit affectū Hūanitas quę

Niueꝫ ni graꝫ dixit Anaxago ras.

Xenopha nes credi dit Lunæ orbis duo deuiginti ptib⁹ ter ra maiorē dixitq; lu nę cōcauū ſinuꝫ aliaꝫ eē terram

¶ De antipodibus: quos ideo eſſe finxerunt: quia opinati ſūt mundum eſſe rotundum. CAP. XXIIII.

QVid illi qui eſſe cōtrarios veſtigijs noſtris antipodas putāt? Nūquid aliqd loquūtur? Aut eſt quiſq̄ tā ineptus: qui credat eē homines: quorū veſtigia ſint ſupiora q̄ capita? Aut ibi q̄ apud nos iacēt vniuerſa: pendere fruges & arbores deorſum verſus creſcere: pluuias & niues & grandines ſurſum verſus cadere in terram. ¶ Et miraſ̄ aliquis hortos penſiles inter ſeptē mira narrari: cum philoſophi: & agros: & maria: & vrbes: & mōtes penſiles faciant. ¶ Hui⁹ quoq̄ erroris aperiēda nobis origo eſt. Nā ſemper eodē mō falluntur. Cū eī falſum aliquid in principio ſūpſerūt: veriſimilitudine inducti neceſſe ē eos i ea q̄ conſequūtur currere. Sic incidunt in multa ridicula: quia neceſſe ē falſa eē/q̄ reb⁹ falſis cōgruūt. Cum autē iprimis habuerint fidē: qualia ſunt ea quę ſequūtur nō circūſpiciūt: ſ; defēdūt oī mō: cū debeāt prima illa vtrū ne vera ſint an falſa: ex cōſequētib⁹ iudicare. Quę igiſ̄ illos ad antipodas ratio perduxit? Videbāt ſyderū curſ⁹ i occaſū meantiū. Solē atq̄ lunā in eādē partē ſēp occidere: atq̄ oriri ſemp ab eadē. Cū autē nō pſpicerāt q̄ machinatio curſ⁹ eorū temperaret: nec quomodo ab occaſu ad oriētē remeāt: cælū autē ipſū i omnes fere partes putarent eē deuexū: qđ ſic videri propter immenſā latitudinem neceſſe ē: exiſtimauerūt rotūdū eſſe mūdū ſicut pilā. Et ex motu ſyderū opinati ſūt cęlū volui: ſic aſtra ſoleq̄ cū occiderint volubilitate ipa mūdi ad ortū referri. Itaq̄ ęthereos: orbes fabricati ſūt: q̄ſi ad figurā mūdi: eoſq̄ cælarūt portētoſis qbuſdā ſimulacris: quę aſtra eē dicerēt. Hāc igitur cęli rotūditatē illđ ſequebatur: vt terra i medio ſinu ei⁹ eēt icluſa. Quod ſi ita eēt terrā ipā globo ſimilē. Neq̄.n. fieri poſſet: vt nō eēt rotundū: qđ rotūdo incluſū teneretur. Si autē rotūda etiā terra eſſet: neceſſe eēt vt i oēs cęli ptes eādē faciē gerat. i. mōtes erigat: cāpos tendat: maria cōſternat. Qđ ſi eēt: ſeqbaſ̄ illđ extremū: vt nulla ſit ps terræ q̄ nō ab hominib⁹ cæteriſq̄ aīalib⁹ icolaſ̄. ¶ Sic pendulos iſtos antipodas cęli rotūditas adiuenit. ¶ Qđ ſi qras ab his qui hęc portenta defēdūt: qūo nō cadunt omnia in inferiorē illā cęli partē hāc reſpondēt rerū eſſe naturam: vt pondera in mediū feraſ̄: & ad medium conuexa ſint oia: ſicut radios videm⁹ i rota. Quę aūt leuia ſūt vt nebula: fum⁹: ignis: a medio deferaſ̄/vt cælū petāt. ¶ Quid dicā de his neſcio: q cū ſemel aberrauerit: cōſtāter i ſtultitia pſeuerāt: & vanis vana defēdūt: niſi q̄ eos iterdū puto ioci cā philoſophari: aut prudētes & ſcios mēdacia defēdēda ſuſcipere: q̄ſi vt igenia ſua i malis reb⁹ exerceāt vel oſtēdāt. At ego multis argumētis probare poſſē: nullo mo

Aduerte vbi demōſtratio deficit: rōes iter veriſimiles/aut ēt vulgo apparentes aſſumi poſſe. Porro nō eē ātipodas. i. homines a cōtraria pte terrę vbi ſol oriſ̄ q̄n occidit nobis aduerſa pedib⁹ nrīs calcaſ̄ veſtigia Auguſtin⁹ i ciuitate. dei lib. xvi. ca. ix. Lactātio cōſētit. Si mīq̄ argumētationē hoc fabulātiū rephēdit: aſſerēs id nī la rōe credēdū eē. Quorū iuētionē quū friuola ſit/ſatis fuit Lactātio vulgariter cōfutare. Nā & qđ figura cęli an ſperica ſit/diuerſas fuiſſe opiniones. Author ē Ioannes Damaſcen⁹ lib. ij. de fide orthodoxa. ca. vi. Vbi dicit q̄ſdā dixiſſe cęlū ſphęrice circūdare terrā: Alios autē cælum

do fieri poſſe vt cęlũ terra ſit inferiꝰ niſi & liber iã cõcludedꝰ eẽt & adhuc aliqua reſtarẽt/q̃ magis ſint p̄ſẽti opi neceſſaria. ❡Et qm̃ ſingulorũ errores percurrere nõ eſt vnius libri opꝰ: ſatis ſit pauca enarraſſe: ex quibus poſſint qualia ſint cætera intelligi.

❡Quot & quanta p̄diſcenda ſunt gẽtiliter philoſophantibus: vt philoſophiam nullus aſſequatur aut rarus Cap XXV.

NVnc pauca nobis de philoſophia ĩ cõi dicẽda ſunt: vt cõfirmata cã perorẽmꝰ. Sũmꝰ ille noſter Platonis imitator exiſtimauit philoſophiã ñ eẽ vulgarẽ: ꝙ eã nõ niſi docti homines eẽ qui poſſẽt. Eſt iq̄t philoſophia paucis cõtẽta iudicibus: multitudinẽ cõſulto ipa fugiens. Nõ ẽ ergo ſapiẽtia ſi ab hominũ cœtu abhorret. Qm̃ igit̃ ſapiẽtia ſi homini data eſt: ſine vllo diſcrimine omnibꝰ data ẽ: vt nemo ſit prorſus qui eam capere non poſſit. At illi virtutẽ humano generi datam ſic amplexabantur: vt ſoli omniuꝫ publico bono frui velle viderẽtur tã iuidi quaſi velint deligare oculos aut effodere cęteris ne ſolẽ videãt. Nã quid eſt aliud hominibꝰ negare ſapiẽtiã/q̃ mẽtibꝰ eorũ verũ ac diuinũ lumen auferre/Qđ ſi natura hoĩs ſapientię capax ẽ oportuit opifices/& ruſticos/& mulieres/& oẽs deniq̧: qui humanaꝫ fortunaꝫ gerũt: doceri vt ſapiãt: populũq̧ ex oĩ lingua: & cõditione: & ſexu: & ętate conflari. ❡Maximũ itaq̧ argumẽtũ ẽ: phiaꝫ neq̧ ad ſapiẽtiã tẽdere. neq̧ ipſã eẽ ſapiẽtiã ꝙ myſteriũ eiꝰ barba tm̃ celebratur & pallio. Sẽſerũt hoc adeo ſtoici: qui & ſeruis & mulieribus philoſophãdũ eẽ dixerũt. Epicurꝰ quoq̧ qui rudes oĩm litterarũ ad philoſophiã iuitat: Itẽ Plato qui ciuitatẽ de ſapiẽtibꝰ voluit cõponere. Conati quidẽ ſunt illi facere quod veritas exigebat: ſꝫ nõ potuit vltra verba ꝓcedi. Primũ qa mltis artibꝰ opꝰ ẽ: vt ad phiam poſſit accedi. Diſcendę litterę iſtę cõmunes ꝓpter vſuꝫ legẽdi: qa ĩ tãta rerum varietate nec diſci audiẽdo pñt oĩa: nec memoria cõtineri. Grãmaticis quoq̧ nõ parũ operæ dãdũ eſt: vt rectã loquẽdi rationẽ ſcias. Id multos annos auferat neceſſe eſt. Nec oratoria quidẽ ignorãda eſt: vt ea q̃ didiceris proferre atq̧ eloqui poſſis Geometria quoq̧ ac muſica & aſtrologia neceſſaria ẽ: ꝙ hæ artes cũ phĩa habẽt aliquã ſocietatẽ: quę vniuerſa perdiſcere neq̧ fœminę pñt: quibus intra puberes annos officia mox vſibus domeſticis profutura diſcenda ſũt. Neq̧ ſerui qbus per eos ãnos vel maxĩe ſeruiẽdũ ẽ. quibꝰ poſſunt diſcere: neq̧ pauperes: aut opifices: aut ruſtici quibus in diẽ victꝰ labore eſt q̄rendus. ❡Ob eã cauſã Tullius ait abhorrere a multã

hemiſperiũ eẽ imaginatos. qa diuinorũ enarrator Dauid dicat. Qui extendis cęlum velut pellẽ. Qđ oñdit tabernaculũ Et btũs Eſaias qui ſtatuit cęluꝫ velut camerã: Et qa occidens ſol & luna & aſtra circueũt terraꝫ ab occidẽte in boreã: & ita rurſꝰ i oriẽte reſtituũt. ❡Et. c. x. de terra dicit ꝙ eiꝰ ſedẽ & baſiꝫ nullꝰ hoiꝫ dicer̃ valuit. Hi ei aiũt ipſã ſup aq̃s fũdatã & firmatã eẽ / vt diuinꝰ iq̄t Dauid: quẽ firmauit terraꝫ ſup aq̃s. Illi vero ſup aerẽ. Alius aũt ait: q firmauit terrã ſup nihilũ. Et rurſꝰ diuinꝰ Dauid ĩ ꝑſona opificis: Ego iq̄t firmaui colũnaꝫ eius virtutẽ q̃ terraꝫ cõtinet colũnas nominãs Qa autẽ ait: ſup maria fũdauit. eaꝫ

tudie philoſophiā. ❡ Atē̄ rudes Epicurus accipiet. Quomō ergo illa quæ de principijs rerum dicuntur intelligent: quę perplexa & iuoluta vix etiam politi homines aſſequuntur? In reb⁹ igitur obſcuritate iplicitis/& ingenioꝝ varietate confuſis/& eloquētiū virorum exquiſito ſermone fucatis: quis imperito ac rudi locus eſt? Deniq; nunq̄ vllas mulieres philoſophari docuerunt: ꝑter vnā ex omni memoria Themiſten. Neq; ſeruos præter vnū Pythagorā: quem male ſeruientem redemiſſe ac docuiſſe Cebetē tradūt. Enumerāt et Platonem ac diogenem: qui tamen ſerui non fuerunt. ſed his ſeruitus euenerat: ſunt enim capti. Platonem quidem redemiſſe Aniceris quēdā tradit ſeſtertijs octo. Itaq; inſectatus eſt cōuitijs hunc ipſū redēptorem Seneca: ꝙ Platonē paruo ęſtimauerit. Furioſus: vt mihi quidem videtur: qui homini fuerit iratus/ꝙ non multam pecuniā perdidit: ſcilicet aurum appendere debuit tanq̄ pro mortuo Hectore: aut tantum ingerere nummorum/quantum venditor non popoſcit. Ex barbaris vero nullum præter vnum Anacharſim ſcythā qui philoſophiam ne ſomniaſſet quidem: niſi & linguam & litteras ante didiciſſet.

❡ Quod doctrina cæleſtis ſapientiam ſola largit: quā natura communis appetit: & quęrens philoſophiā: non inuenit: & q̄ efficax ſit lex dei: & eccleſię ſacramenta. Cap. XXVI.

QVod ergo illi poſcēte natura faciendū eſſe ſenſerūt. Sed tamen neq; ipſi facere potuerunt: neq; a philoſophis fieri poſſe viderunt. ſola hoc efficit doctrina cęleſtis: quę ſola ſapientia eſt. Illi ſcilicet perſuadere cuiq̄ potuerunt: q nihil perſuadent etiā ſibi? Aut cuiuſq̄ cupiditates opprimēt. iram temperabunt: libidinem coercebunt: cū ipſi & cedant vitijs: & fateantur plus valere naturā? Dei autē præcepta: quia & ſimplicia & vera ſunt: quantum valeant i animis hominū: quotidiana experimēta demonſtrāt. Da mihi viꝝ/q ſit iracūd⁹: maledic⁹: effrenat⁹: pauciſſimis dei verbis tā placidū: q̄ ouē reddā. Da cupidū: auarū: tenacē. Iā tibi eum liberalē dabo: & pecuniā ſuā ꝓprijs manibus largiētē. Da timidū doloris ac mortis. Iā cruces/& ignes/& ꝑicula/& tauꝝ cōtēnet Da libidinoſū: adulteꝝ: ganeonē. Iā ſobriū: caſtū cōtinētem videbis. Da crudelem/& ſanguis appetentem. Iam in veram clęmentiam furor ille mutabitur. Da iniuſtū: inſipientem: peccatorem continuo: & æquus/& prudens/& innocens erit. Vno enim lauacro malitia omnis obolebitur. Tanta diuinę ſapientię vis eſt/vt in hominis pectus infuſa: matrem delictorū ſtultitiā vno ſimul impetu expellat At quod efficiendum: nō mercede: nō libris: non lucubrationibus

oñdit vnde q terrę circūfuſā aq natura m. Hæc ille lege inſuper qdapd Philoſtratū Apolloni⁹ ab idorū phis audiſſe ſcribit. Cęterū q̄uis recte teneat celū orbicularis figurę: n̄ tn̄ ex hoc demonſtrari āt clar oñdi ab alijs ātipodes eē ꝑut ponūt. Lactāti⁹ arguit. Serui⁹ ſup Virgi. narat epiſtā ab ātipodib⁹ vēto ad nos delatā Sʒ n̄ ꝓbat ❡ Non eē cæluʒ terra iferius: vtiq; verū ē Qd cum huic operi parū ſeruiat: pulchre ſe expedit Lactantius. Cui ſatis eſt antipodum aſſertores nihil demonſtraſſe.

opus eſt. Gratis iſta fiunt: facile: cito: modo pateant aures: & pectꝰ ſapientiam ſitiat. Nemo vereatur: nos aquã nõ vendimus: nec ſoleꝫ mercede prẹſtamus. Dei fons vberrimus atq̨ pleniſſimus patet cũctis: & hoc cẹleſte lumẽ vniuerſis oritur: quicunq̨ oculos habẽt. Nũ quis hẹc philoſophorum aut vnq̃ p̄ſtitit: aut p̄ſtare (ſi velit) poteſt? Qui cũ ẹtates ſuas in ſtudio philoſophiæ conterant: neq̨ aliũ quenq̃ neq̨ ſeipſos (ſi natura paululũ obſtitit) poſſunt facere meliores. Ita q̨ ſapientia eorum vt plurimũ efficiat: nõ excidit vitia: ſed abſcõdit Pauca vero dei præcepta ſic totũ hominẽ immutant: & expoſitio vetere nouum reddunt: vt non cognoſcas eundem eſſe.

¶ Quod philoſophi ſẹpe recte præcipiunt: & interdum vident verum: & quare non ſit eis credendum: quorum prẹcepta dubia ſunt: neq̨ virtus caduca mercedem habet immortalitatis. Ca XXVII.

QVid amplius de facinoribus iudęorum dici poteſt: q̃ exe catos tum fuiſſe atq; inſanabili furore correptos : qui hæc quotidie legentes:nec intellexerunt:neq; quin face rent cauere voluerunt? ſuſpenſus igitur atq; affixus exclamauit ad dominum voce magna: & vltro ſpiritum poſuit. Eadem hora terrę motus factus eſt. Et velum templi:quod ſeparabat duo tabernacu a:ſciſſum eſt in duas partes: & ſol repente ſubductus eſt: & ab hora ſexta vſq; ad nonam tenebrę factæ ſunt. Qua de re Amos prophe ta teſtatur: & erit in die illo dicit dominus:occidet ſol meridie: & te nebrabitur dies lucis: & conuertam dies feſtos veſtros in luctum: & cantica veſtra in lamentationem. Ite; Hieremias: Exterrita eſt quę parit & teduit animam: & ſubiuit ſol ei:cum adhuc medius dies eſ ſet confuſa eſt & maledicta:reliquos eorum in gladium dabo in con ſpectu inimicorum eorum: & Sibylla ait. ναοῦ δ'ἐσ χισθήσεται πέ τασμα καὶ ἤματι μέσω νύξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριοσ ἔμ τρισὶν ὥραισ. id eſt templi vero ſcindetur velum: & medio die nox erit tenebroſa nimis tribus horis. Cum hæc facta eſſēt ne prodigijs quidem cæleſtibus facinus ſuum intelligere quiuerunt. Sed quoni am prædixerat ſe tertio die ab inferis reſurrecturum:metuentes ne a diſcipulis ſurrecto & amoto corpore vniuerſi reſurrexiſſe eu; cre derent: & fieret multo maior in plebe confuſio:detraxerunt eu; cru ci: & concluſum in monumento firmiter militari cuſtodia circunde derunt. ¶Verum tertio die ante lucem terræmotu facto repente pa tefactum eſt ſepulchrum: & cuſtodibus (quos attonitos obſtupefe cerat pauor nihil) videntibus integer e ſepulcro ac viuus egreſſus in Galileam profectus eſt: vt diſcipulos ſuos quęreret. In ſepulchro vero nihil repertum eſt:niſi exuuiæ:quibus inuolutu; corpus inclu ſerant. Illũ autẽ apud ĩferos nõ remanſuru;:ſed die tertio reſurrectu rum:prophetæ cecinerant Dauid in ſpalmo quinquageſimo. Non derelinques animam meam apud inferos nec dabis ſanctum tuum videre interitum Item in tertio. Ego dormiui & ſomnum cœpi : & reſurrexi:quoniam dominus auxiliatus eſt mihi. Oſee quoq; prim⁹ duodecim prophetarum de reſurectione eius teſtificatus eſt. Hic fi lius meus ſapiens propter quod nunc non reſiſtet in tribulatione fi liorum ſuorum: & de manu inferorum eruam eũ vbi ẽ. Iudicium tu um mors : aut vbi eſt aculeus tuus? Idem alio loco. Viuificabit nos poſt biduum die tertio. Et ideo Sibila impoſiturum eſſe morti ter

Xp̃i reſur rectio

Dauid

Oſee

minum dixit poſt tridui ſomnum. καὶ θάνατοσ μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσασ καὶ τότ᾽ ἀπὸ φθιμένων ἀναλύξασ εἰσ φάοσ ἥξει πρῶτοσ ἀναστάσεωσ κλητοῖσ ἀρχὴν ὑποδείξασ .i. mortis fatū finiet triū dierū ſomno ſuſcepto: & tunc a mortuis re- greſſus in lucem veniet: primus reſurrectionis vocatis initiū oſten- dens. vitam eniз nobis acquiſiuit morte ſuperata. Nulla igitur ſpes alia conſequendę immortalitatis homini datur niſi crediderit in eū & illam crucem portandam patiendamq; ſuſceperit.

Noluiſſe xp̄з ſe iudęis oſtenderẽ/ ne adduceret eos ĩ pnīaз atq; ĩpios reſanaret. ita et Ter. Nec ille ſe ĩ vulgus eduxit ne ĩ pij errore liberarẽt: & fides nō mediocri p̄mio (deſtiata diffi cultate) cō ſtaret. hic ne dictio/ nō cām: ſ; euentum dicit. Qđ teſte chryſoſtomo ĩ ſcriptura frequēs ē. Sicut eſaię vi. ca. excęca cor ppl'i hui⁹: ne forte cõuertaт: & ſanē eū

¶ Quod profecto in Galileā domino poſt reſurrectionem diſcipulis ſcripturarum reſerauit arcana. Et quare lex vet⁹ dicatur teſtamē tum: nec potuerit intelligi ante mortem domini. Et quod nouum teſtamentum veteris adimpletio eſt: & quibus hoc ante prædictum ſit teſtimonijs. Cap. XX

Profectus ergo in Galileaз (noluit. n. ſe iudęis oſtendere: ne adduceret eos in pœnitentiam: atq; impios reſanaret) Diſcipulis iterum congregatis ſcripturæ ſanctę litteras. id eſt prophetiarum arcana patefecit: quę anteq̄ patereт perſpici nullo modo poterant: quia ipſum paſſionemq; eius annun- ciabant. Icirco Moyſes & idem ipſi prophetæ legem quę iudæis data erat: teſtamentum vocant: quia niſi teſtator mortuus fuerit: nec confirmari teſtamentum poteſt: nec ſciri quid ĩ eo ſcriptum ſit: quia clauſum & obſignatuз eſt. Itaq; niſi Chriſtus mortem ſuſcepiſſet a- periri teſtamētum: id eſt reuellari & intelligi myſteriū dei non potu iſſet. Veruз ſcriptura omnis in duo teſtamenta diuiſa eſt. Illud quod aduentum domini paſſionemq; a nteceſſit. i. lex & prophetæ vetus dicitur. Ea vero quæ poſt reſurrectionem eius ſcripta ſunt: nouū te- ſtamentum nominatur. Iudęi veteri vtuntur: nos nouo: ſed tamen di uerſa non ſunt: quia nouum veteris adimpletio eſt: & in vtroq; idem teſtator eſt Chriſtus: qui pro nobis morte ſucepta: nos hęredes ęter ni regni fecit: abdicato/ & exhęredato populo iudęorū: ſicut Hiere- mias propheta teſtatur cum loquitur talia. Ecce dies veniēt dicit do minus: & cōſummabo domui Iſrael/ & domui Iuda teſtamentū no- uum: non ſecundum teſtamentum: quod diſpoſui patribus eoruз in die qua appręhendi manum eorum: vt illos educerē e terra ægypti: quia ipſi nō perſeuerauerunt in teſtamento meo: & ego neglexi eos dicit dominus Item alio loco ſimiliter ait: Dereliqui domū meā: di- miſi hęreditatē meam in manu inimicorum eius. Facta eſt mihi hę reditas mea ſicut leo in ſilua. Dedit ſuper me vocem ſuā: ideo odiui eam: cum ſit hæreditas eius cæleſte regnum. Non vtiq; ipſam hære ditatem ſe occidiſſe dicit: ſed hæredes qui aduerſus eum ingrati: & impij extiterūt. Facta eſt inquit hęreditas mea mihi ſicut leo. i. prę

da & deuoratio factus ſum hęredibus meis: qui me immolauerũt ſicut pecus. dedit ſuper me voceꝫ ſuam. i. ſententiam aduerſ⁹ me mortis crucisq; dixerunt. Nam quod ſuperius ait conſummaturũ ſe domui Iuda teſtamentũ nouum: oſtẽdit verus illud teſtamentũ: quod per Moyſen eſt datũ nõ fuiſſe perfectum: id quod per Chriſtuꝫ dari haberet: conſummatũ fore. Domũ autem iuda & iſrael: nõ vtiq; iudæos ſignificat: quos abdicauit: ſed nos qui ab eo conuocati ex gentibus in illorum locum adoptionẽq; ſucceſſimus: & appellamur filij iudæorum: quod declarat Sibylla cuꝫ dicit: ιουΔαίωμ μάκαριομ θεῖομ γένοσ ὢυ ραιυωμ. i. iudęorum beatum diuinum genus cęleſtium. Quod autem futuruꝫ eſſet id genus Eſaias docet: apud quẽ pater ſummus ad filium loquitur dicens: ego dominus deus vocaui te ad iuſtitiam: & tenebo manum tuã: & confirmabo te: & dedi te in teſtamentum generis mei in lucem gentium aperire oculos cęcorum & producere ex vinculis alligatos: & de domo carceris ſedẽtes in tenebris. Cũ igiť nos antea tanq̃ cęci: & tanq̃ carcere ſtultitię icluſi ſederemus in tenebris: ignorantes deum: & veritatem: illuminati ab eo ſumus: qui nos teſtamento ſuo adoptauit: & liberatos vinculis malis: atq; in lucem ſapientię productos in hæreditatem regi cęleſtis aſciuit.

¶ De aſcenſione domini: diuiſione dicipulorum ad naſcentis eccleſię fundamentũ iaciendum & roborandum: & miraculis eorum: & quomodo Petrus & paulus romam venientes prophetauerũt regeꝫ in breui venturum: qui Hieroſolymaꝫ deſtrueret: & iudęos deleret: eodem modo: quo poſtea contigit. Cap. XXI.

ORdinato vero diſcipulis ſuis euangelio ac nominis ſui p̃dicatione: circunfudit ſe repente nubes: eũq; in cęlum ſuſtulit quadrageſimo poſt paſſionem die: ſicut Daniel fore oſtenderat dicens: Et ecce in nubibus cęli filius hominis veniẽs vſq; ad vetuſtum dierum peruenit. Diſcipuli vero per ꝓuincias diſperſi fundamenta eccleſię vbique poſuerunt facientes & ipſi in nomine magiſtri dei magna & pene incredibilia miracula qa diſcedens inſtruxerat eos virtute ac poteſtate: qua poſſet nouę annunciationis ratio fundari / & confirmari: ſed & futura aperuit illis omnia quę petrus & paulus qui romæ prędicauerunt: & ea prędicatio in memoriam ſcripta permanſit: in qua cum multa alia mira: tum etiam hoc futurum eſſe dixerunt: vt poſt breue tempus immitteret deus regem: qui expugnaret iudęos & ciuitates eorum ſolo adęquaret. Ipſos autem fame ſitiq; confectos obſideret. Tum fore vt corporibus ſuorum veſceretur: & conſumerent ſe inuicem. Poſtremo vt capti venirent in manus hoſtiuꝫ: & in conſpectu ſuo acer=

In nomie mgr̃i dei. .i. in ptãte ſpũſſcti de q̊ xp̃s ita ꝓmiſerat. ille vos docebit oĩa. hic ĩdicať diaꝝ pſonaꝝ trinitas aſcẽſu filij ĩ cęlũ ad p̃reꝫ: & magr̃i dei .i. ſpũſſcti deſcenſu. deiñ eſſẽtię vnitas: quũ dr̃: ꝙ deus immitteret regẽ Sicut ca. xv. patris voce: filij baptiſmo: ſpũſ ſcti deſcẽſu ĩ ſpẽ colũbę & plęriſq; ĩ locis nũc patris nunc filij: nunc ſpũſ ſcti mẽtione facit frequentiſſĩe attribuẽs illi qđ & ſibolũ .ſ. ꝙ locut⁹ ẽ p ꝓphetas.

biſſime coniuges ſuas vexari cernerent: violari ac proſtitui virgines: diripi pueros: allidi paruulos: omnia deniq; igni ferroq; vaſtari: captiuos in perpetuum terris ſuis extermiari: eo ꝙ exultauerunt ſuper amantiſſimum & probatiſſimum dei filiu. Itaq; poſt illorum obitū cum eos Nero interemiſſet: iudęorum gentem & nomen Veſpaſianus extinxit: fecitq; omnia quę illi futura prędixerant.

¶ Quot argumentis reuincendi ſunt qui diuinis detrahunt ſacramentis: & quibus argumentis vtantur infideles: vt dominicæ incarnationis fidem euacuent. Cap. XXII.

COnfirmata ſunt: vt opinor: quæ falſa & incredibilia putātur ab his quos vera cæleſtium litterarum doctrina non imbuit: ſed tamen vt refellantur a nobis etiam illi qui nimium non ſine malo ſuo ſapiunt rebuſq; diuinis fidem detrahunt: argumentiſq; illorum coarguamus errorem: vt tandem aliquando peruideant ita fieri oportuiſſe: ſicut nos oſtendimus factum. Et q̄q̄ apud bonos iudices ſatis habeant firmitatis: vel teſtimonia ſine argumentis: vel argumenta ſine teſtimoniis: nos tamen non contenti alterutro ſumus: cum ſuppeditat nobis vtrumq;: ne cui peruerſe ingenioſo aut non intelligendi: aut contra differendi locum relinquamus: negant fieri potuiſſe vt naturę immortali qc q̄ decederet. Negant deniq; deo indignū: vt homo fieri vellet: ſeq; infirmitate carnis oneraret: vt paſſionibus: vt dolori vt morti ſe ipſe ſubiceret: quaſi nō facile illi eſſet vt citra corporis imbecillitatem ſe hominibus oſtenderet: eoſq; iuſtitiam doceret ſi quidem id volebat maiore auctoritate (vt aiunt) profeſſi dei: Tunc enim cunctos fuiſſe pręceptis cęleſtibus parituros: ſi ad ea virtus ac poteſtas dei præcipientis accederet. ¶ Cur igitur (aiunt) ad docendos homines non vt deus venit? Cur ſe tam humile imbecillemq; conſtituit vt ab hominibus & contemni & pœna affici poſſet? cur vim ab imbecillibus & mortalibus paſſus eſt? cur non manus hominum aut virtute repulit: aut diuinitate vitauit? Cur non maieſtatem ſuam ſub ipſa salte morte patefecit: ſed vt inualidus in iudicium ductus eſt: vt nocens damnatus: vt mortalis occiſus? Refutabo hęc diligenter nec quem q̄ patiar errare. Illa enim magna & mirabili ratione ſunt facta: quæ quicunq; perceperit non tantum mirari deſinet deum ab hominibus eſſe cruciatum: verum etiam facile peruidebit ne deum quidem potuiſſe credi: ſi ea ipſa quę arguit facta non eſſent.

¶Quod præceptoris morum vacillat auctoritas: ſi non facit ipſe quod docet: ſicut in philoſophis paret: qui contra ſua præcepta viuebant ſed Chriſtus primo fecit: quod poſtea docuit. Cap. XXIII.

QVicunq̧ pręcepta dat hominibus ad vitam: moreſq̧ fingit aliorum: quęro debeatne ipſe facere quę pręcipit an non debeat? Si non facit: ſoluta præcepta ſunt. Si eni3 bona ſunt quę pręcipiuntur: ſi vitam hominum in optimo ſtatu collocant: non ſe debet ipſe præceptor a numero cœtuq̧ hominum ſegregare: inter quos habitat ipſe: & ipſi eodem modo viuendum eſt quo docet eſſe viuendum: ne ſi aliter vixerit: ipſe pręceptis ſuis fidem detrahat: leuioremq̧ doctrinam ſuam faciat: ſi re ipſa reſoluat quod verbis nitatur aſtringere. Vnuſquiſq̧ enim cum audit pręcipiente3: non vult ſibi imponi neceſſitate3 parendi tanq̃ ſibi ius libertatis adimatur. itaq̧ reſpondebit doctori hoc modo. Non poſſu3 facere quæ iubes: quoniam ſunt impoſſibilia. Vetas me iraſci: vetas cupere: vetas libidine commoueri: vetas dolorem aut mortem timere: ſed hoc adeo contra naturam eſt: vt his affectibus animalia vniuerſa ſubiecta ſint: vel ſi adeo putas repugnari poſſe naturæ: & tu ipſe quę præcipis fac: vt ſciam fieri poſſe. Cum autem ipſe non facias: quæ inſolentia eſt: vt homini libero imponere velis leges: quibus ipſe non pareas? Prius diſce qui doces: & anteq̃ mores aliorum corrigas tuos corrige. Quis neget iuſtam eſſe hanc reſponſionem? quinetiam ſi in contemptum veniet huiuſmodi doctor: & eludet viciſſim quia videbitur & ipſe deludere. Quid ergo faciet & ille præceptor: ſi hæc ei fuerint oppoſita: quomodo adimet excuſationem contumacibus: niſi vt præſentibus factis doceat poſſibilia ſe docere? Vnde euenit vt philoſophorum præceptis nullus obtemperet. Homines enim malunt exempla q̃ verba: quia loqui facile eſt: præſtare difficile. vtinam quide3 tam multi benefacerent q̃ multi loquuntur bene. Sed qui præcipiunt: nec faciunt: abeſt ab eis fides. Et ſi homines fuerint contemnentur vt leues. ſi deus: opponetur ei fragilitatis humanę excuſatio. Supereſt vt factis verba firmentur: quod & philoſophi facere nequeunt. Itaq̧ cum ipſi præceptores vincantur affectibus: quos vinci pręedicant oportere: neminem poſſunt ad virtutem qua3 prædicant falſo erudire. ob eamq̧ cauſam putant neminem adhuc perfectum eſſe ſapientem: id eſt in quo ſummę doctrinę ac ſcientiæ ſumma virtus & perfecta iuſtitia conſenſerit: quod quidem verum fuit. Nemo enim poſt mundum conditum talis extitit niſi Chriſtus: qui & verbo ſapiētiā tradidit: & doctrina3 pręſenti virtute firmauit.

Præceptoris ē ea facere quę p̄cipit.

Exempla magis mouent q̃ verba.

Doctrina interna ac propria i homine eſſe non pōt

Si cęleſtis doctor ad hoīes veniat vt deus ipſe certe de⁹ virtutē docere non poterit: quia exps corporis non faciet quę docebit:

¶Quod cæleſtem doctorem perfectum eſſe oporteat: & quare perfect⁹ eſſe nõ poſſit ſine corporis aſſũptione mortalis. Cap. XXIIII.

AGe nunc conſideremus an doctore cælo miſſus poſſit nõ eſſe perfectus. Nondum de hoc loquor: quem veniſſe a deo negant. Fingamus e cælo aliquem eſſe mittenduꝫ: q vitam hominum rudimentis virtutis inſtituat: & ad iuſtitiam formet. Nemini dubium poteſt eſſe quin is doctor: qui cælitus mittitur tam ſcientia ſit rerum omnium q̃ virtute perfectus: ne nihil inter cæleſte terrenumq; differat. Naꝫ in homine interna & propria doctrina eſſe nullo pacto poteſt. Nec enim mens terrenis viſceribus ĩcluſa: & tabe corporis impedita: aut comprehendere per ſe poteſt/ aut capere veritatem: niſi aliunde doceatur. Et ſi maxime poſſit: ſũmam tamen virtutem capere nequeat: & omnibus vitijs reſiſtere: quorum materia in viſceribus continetur. Eo fit vt terrenus doctor perfectus eſſe non poſſit. At vero cæleſtis cui ſcientiaꝫ diuinitas: virtutem immortalitas tribuit: in docendo quoq; ſicut in cæteris perfectus & conſummatus ſit: neceſſe eſt. At id omnino fieri nõ poteſt: niſi mortale corpus ſibi aſſumat. Cur autem fieri non poſſit: ratio clara eſt. Nam ſi ad homines veniat/ vt deus (vt omittam ꝙ mortales oculi claritatem maieſtatis eius conſpicere: ac ſuſtinere non poſſent) Ipſe certe deus virtuteꝫ docere non poterit: quia expers corporis non faciet: quę docebit: ac per hoc doctrina eius perfecta nõ erit alioqui ſi virtus ſumma eſt dolorem patienter pro iuſtitia officioq; perferre: ſi virtus eſt mortem ipſam & intentataꝫ non metuere: & illatam fortiter ſuſtinere. debet ergo doctor ille pfectus: & docere iſta pręcipiendo: & confirmare faciendo: quia qui dat pręcepta viuẽdi: amputare debet omniuꝫ excuſationum vias: vt imponat hominib⁹ parendi neceſſitatem non aliqua vi: ſed pudore: & tamen libertateꝫ relinquat: vt & pręmium ſit conſtitutum parentibus: quia poterant non parere: ſi vellent. Quomodo ergo poterit amputari excuſatio: niſi vt qui docet faciat q̃ docet: & ſit quaſi pręui⁹: & manũ porrigat ſecuturo: quemadmodum poteſt facere quę docet: ſi non ſit ei ſimilis: queꝫ docet. nam ſi nulli ſubiectus ſit paſſioni: poteſt ei docẽti homo ſic reſpondere. Volo equidem non peccare: ſed vincor. Indutus ſum. n. carne fragili & imbecilla: hęc eſt q̃ iraſcitur: quę cõcupiſcit: q̃ dolet: quę mori timet. Itaq; ducor inuitus & pecco non quia volo: ſꝫ quia cogor. Sentio me etiam ipſe peccare: ſed neceſſitas fragilitatis impellit: cui repugnare non poſſum. Quid ad hæc reſpondebit pręceptor ille iuſtitię: quomodo confutabit/ ac redarguet homineꝫ: qui delictis ſuis excuſationem carnis oſtẽdet: niſi & ipſe carne fuerit in

ac per hoc doctrina eius perfecta ñ erit. Profecto virtutẽ moraleꝫ quæ & corpoř & aĩo exercet: ipſe deus q̃uo ĩ ſeipſo tã q̃ pręuius oſtenderet niſi carne indut⁹ eſſet? vt diſcere poſſet: exemplum eniꝫ dedi vobis vt queãdmodũ feci vobis ita & vos faciatis. quẽ ſecut⁹ gentiũ doctor Paul⁹ ait. Imitatores mei eſtote: ſicut et ego chriſti. Quaꝓpter optime ſentire illos puto: qui imitationẽ ab arte non ſeparant.

dutus: vt oñdat etiam carnem poſſe capere virtutẽ. Contumacia ei redargui nõ põt niſi exemplo. Nam habere non poſſunt quę doceas firmitatẽ: niſi ea prior feceris: quia natura hoĩꝫ ꝓcliuis in vitia videri vult: nõ mõ cum venia: ſed etiam cũ ratione peccare. Oportet magiſtrũ doctorẽq; virtutis homini ſimillimũ fieri: vt vicẽdo peccatũ doceat hominem vinci ab eo poſſe peccatũ. Si vero ſit imortalis exemplũ proponere homini nullo mõ põt. Exiſtet enim conſtans aliquis ac dicet. Tu quidem non peccas quia liber es ab hoc corpore: nõ cõcupiſcis: qa immortali nihil ẽ neceſſariũ. Mihi vero multis reb⁹ opus ẽ: vt tuear hãc vitã. Mortẽ nõ times: quia ĩ te valere nõ p̃t. Dolorẽ contẽnis: quia nullã vim pati potes. At ego mortalis vtrũq; timeo quia cruciatus mihi grauiſſimos ĩferũt: quos tolerare ĩfirmitas carnis nõ p̃t. Doctor itaq; virtutis etiã hãc excuſationẽ debuit hoĩb⁹ auferre: ne quis q peccat neceſſitati poti⁹ aſcribat: q̃ culpæ ſuæ. Ergo vt perfectus eſſe poſſit nihil debet opponi ab eo qui docẽdus eſt: vt ſi forte dixerit impoſſibilia præcipis: rñdeat ecce ipſe facio. ¶ Ego carne indutus ſũ: cui⁹ ẽ peccare ꝓpriũ at ego eãdẽ carnẽ gero: & tamẽ peccatũ in me nõ dominatur. ¶ Mihi opes cõtẽnere difficile eſt: quia viui aliter nõ p̃t in hoc corpore. Ecce mihi corpus eſt: & tñ pugno cõtra oẽm voluptatẽ. Non poſſum pro iuſtitia nec dolorem ferre: nec mortẽ: quia fragilis ſũ. Ecce & in me dolor ac mors habet poteſtatem: & ea quę times vinco vt victorẽ te faciã doloris ac mortis. Prior vado per ea quæ ſuſtineri nõ poſſe p̃tendis ſi p̃cipiẽtez ſequi nõ potes: ſeq̃re antecedẽtẽ. Sublata ẽ hoc modo omnis excuſatio: & fateri hominem neceſſe eſt ſua culpa iniuſtũ eẽ q doctorẽ virtutis & eundẽ ducẽ non ſequatur. Vides ergo q̃to perfectior ſit mortalis doctor: quia dux eſſe mortali poteſt q̃ imortalis: quia patiẽtiã docere nõ põt/ qui ſubiectus paſſionib⁹ nõ eſt. ¶ Nec hoc tñ eo pertinet: vt hominẽ deo p̃ferã: ſed vt oſtẽdam neq; hominẽ perfecta doctrina eſſe poſſe: niſi ſit idẽ deus: vt auctoritate cæleſti neceſſitatẽ parẽdi hominibus imponat. Neq; deũ niſi mortali corpore induatur: vt pręcepta ſua factis adiplẽdo cæteros parendi neceſſitate cõſtrigat. Liquido ergo apparet eũ q vitę dux & iuſtitiæ ſit mgr̃ corporalẽ eẽ oportere: nec aliter fieri poſſe: vt ſit illius plena & perfecta doctrina: niſi habeat radicẽ & fũdamẽtũ ſtabiliſq; apd hoies ac fixa p̃maneat. Ipſũ aũt ſubire carnis ac corporis ĩbecillitatẽ: virtutemq; in ſe recipere doctoris: vt eã ſimul & verbis doceat & factis. Itẽ ſubiectũ eſſe morti: & paſſionibus cũctis: quoniã & ĩ paſſione tole

Cõtumacia redargui non põt: niſi exẽplo. Perfectus: illũ vere ſapiẽtẽ/ & p̃fectũ oratorez priſcis gẽtilib⁹ vel ignoratũ vel ñ expſſũ Ieſũ Chriſtuz fuiſſe aliqñ apertiſſie docui: q litteras ſciebat cũ humanit⁹ ñ didiciſſet: teſtib⁹ vel ęmulis Ioãnis ſeptio. Item apud Marcũ & Mat. Quę nã doctrina hęc noua: vnde huic ſapiẽtia hęc & virtutes. Itẽ Ioannis. vij. Nũq̃ locut⁹ ẽ hõ ſicut hic loqtur. Erat igĩ vir bon⁹ dicẽdi perit⁹: naz cũ ſolũ deũ bonũ dicerz: ſeſe (cũ ẽt de⁹ ſit) nõ excepit. Nũq̃ tñ eloquẽtiã iactauit q mititatẽ & cordis humilitatẽ doctur⁹ venerat: atq; vt ipſuz dęcuit/ p̃fectiſſie locut⁹ ẽ. Docebat eĩ nõ vt ſcribę & phariſei: ſz tãq̃ poteſtatẽ habẽs legere te de

randa: & in morte ſubeunda virtutis officia verſantur: quę omnia (vt dixi) conſũmatus doctor perferre debet: vt doceat poſſe perferri.

lectet quattuor euãgeliaĩ vnũ a me redacta.

¶Quod Chriſtus licet mortalitatem noſtram ſumpſerit: non tamen natus eſt: vt alij homines: ſed ex carne virginis: & quare: cuȝ immunis eſſet a culpa: ſponte ſubierit pœnã. Cap. XXV.

DIſcant igitur homines & intelligant quare deus ſummus, cum legatum ac nuncium ſuum mitteret ad erudiendam preceptis iuſtitiæ ſuæ mortalitatem mortali voluerit euȝ carne indui: & cruci affigi: & morte mulctari. Nam cum iuſtitia nulla eſſet in terra: doctoreȝ miſit quaſi viuam legem: vt nomen ac templum nouum conderet. vt verum ac pium cultum per omnem terraȝ verbis & exemplo ſeminaret Sed tamen vt certum eſſet a deo miſſũ: non ita illuȝ naſci oportuit: ſicut homo naſcitur ex mortali vtroq̧ cõcretus: ſed vt appareret illum etiam in homine eſſe cæleſtem: creatus ẽ ſine opera genitoris Habebat enim ſpiritalem patreȝ deum: & ſicut pater ſpiritus eius deꝰ ſine matre: ita mater corporis eiꝰ virgo ſine patre fuit Igitur deus & homo inter deum atq̧ hominem mediꝰ cõſtitutus. Vnde illum græci μεσιτερ vocant: vt hominem perducere ad deum poſſet: id eſt ad immortalitatem: quia ſi deus tantuȝ fuiſſet (vt ſuperius dictum eſt) exempla virtutis homini præbere non poſſet: ſi homo tantum: non poſſet homines ad iuſtitiam cogere: niſi auctoritas: ac virtus homine maior accederet. Etenim cum conſtet homo ex carne & ſpiritu: & oporteat ſpiritum iuſtitiæ operibus emereri: vt fiat æternus. Caro quia terrena eſt: ideoq̧ mortalis: copulatum ſibi ſpiritum trahit ſecum: & ab immortalitate ducit ad mortem. Ergo ſpiritus carnis expers dux eſſe homini ad immortalitatem nullo pacto poterit: quoniam caro impedit ſpiritum: quominus deũ ſequatur. Eſt enim fragilis & ſubiecta peccato. Peccatum autem pabulum mortis eſt. Itaq̧ iccirco mediator aduenit: id eſt deus in carne: vt caro eum ſequi poſſet: & eriperet morti hominem: cuius eſt damnatio in carne. Ideo carne ſe induit: vt deſiderijs carnis edomitis doceret non neceſſitatis eſſe peccare: ſed propoſiti ac voluntatis. Vna enim nobis/ & magni: & p̃cipua cũ carne luctatio ẽ: cuiꝰ ĩfinitæ cupiditates premunt animam: nec dominium retinere patiuntur: ſed eam voluptatibus & illecebris ſuauibus mancipatam morte afficiunt ſempiterna. Quibus vt repugnare poſſemus: deus nobis viam ſuperandæ carnis & aperuit & oſtendit. Quę virtus perfecta & omnibus vinculis abſoluta/ coronam vincentibus/ & mercedem expetendæ nobis immortalitatis impartit.

Nomẽ dedit ei nomẽ qđ eſt ſup omne nomen. Spiritaleȝ Spiritualẽ Laurẽtio placet: Sicut caſuale vſualeȝ Sicut Pater ſpiritꝰ eiꝰ. i. pr̃ eius ſecundũ ſpũm: ſiue diuinitatẽ: ita mr̃ corporis eius. i. mr̃ eiꝰ ſecũdũ carnem.

¶De myſterio dominicæ crucis:& virtute:& ſignificatione eoꝝ: quę Xp̄s geſſit aut pertulit:& quomodo præfiguratus ſit in immolatiōe agni legalis. Ca. XXVI.

DIxi de humanitate:& fragilitate:& paſſione: cur hęc de⁹ ſubire maluerit: nunc ipſius crucis ratio reddenda eſt/& vis enarranda: quid ſummus pater a principio diſpoſue rit:& quemadmodum cuncta quæ geſta ſunt: ordinarit non tantum diuinatio prophetarum: quæ in Chriſtum vera pręceſſit:ſed & ratio ipſius paſſionis docet. Quæcunq; enim paſſus eſt nō fuerunt inania:ſed habuerunt figuram & ſignificationem magnam: ſicut etiam diuina illa opera quæ fecit quorum:vis & poteſtas vole bant quidem in pręſens:ſed declarabant aliud in futurum. Aperuit cæcorum oculos virtus cęleſtis:& lucem non videntibus reddidit. Et hoc facto ſignificauit fore vt conuerſus ad gentes q̄ deum neſcie bant:inſipientiam pectora illuminaret luce ſapientię: & ad verita tem contemplandam oculos cordis aperiret. Vere enim cæci ſunt: qui cæleſtia non videntes:& tenebris ignorantię circunfuſi:terrena & fragilia venerantur. Patefecit aures ſurdorum. Non vtiq; hacten⁹ vis illa cæleſtis operata eſt:ſed declarabat breui fore: vt qui erāt veritatis exptes & audirent & intelligerent diuinas dei voces. Vere enim ſurdos dixeris:qui cæleſtia & vera & facienda non audiunt.

Xp̄i miracula quaꝫ figuraꝫ gerebant.

¶Mutorum linguas in eloquium ſoluit. Admirabilis etiā (cū id fieret) potētia:Sed inerat huic virtuti alia ſignificatio quæ oſtenderet: mox futurum vt rerum cæleſtium nuper ignari (percepta ſapientiæ diſciplina) de deo & veritate diſſererent. Nā qui rationem diuinitatis ignorat:is vere elinguis & mutus eſt:licet ſit omnium diſertiſſimus. Lingua enim cū veruꝫ loqui cœperit:ideſt virtutem maieſtatē q; dei ſingularis interpretari:tum demum officio naturę ſuæ fungitur. Quandiu autem falſa loquitur:in ſuo vſu non eſt. & ideo infans ſit neceſſe eſt:qui diuina proloqui nō pōt. ¶Pedes quoq; claudoꝝ ad officium gradiendi reformauit. Laudabilis diuini operis fortitudo:ſed figura id continebat ꝙ cohibitis erroribus vitę ſęcularis ac deuiæ:iter veritatis aperiret:per quod graderentur homies ad dei gratiā cōſequēdā. Is.n. vere claud⁹ exiſtimād⁹ eſt:qui caligie ac tenebris inſipientię implicatus & quo tendat ignarus offenſibilib⁹ & caducis greſſib⁹ per viā mortis incedit. Itē labes & maculas īquinatorum corporū repurgauit. Non exigua immortalitatis potentię opa verum id portendebat hęc vis: ꝙ peccatorum labibus ac vitiorum maculis inquinatos:doctrina eius purificatura eſſet eruditione iuſtitiæ:leproſi.n. atq; elephantici debent haberi:quos vel infinitę cupiditates ad ſcelera:vel inſatiabiles voluptates ad flagitia compellūt:

hacten⁹ id eſt in pn̄s dūtaxat tē pus.

& dedecorum maculis inuſtos labe afficiunt ſempiterna. Iacentia mortuorũ corpora erexit: eoſq; nominibus propriis inclamatos a morte reuocauit. Quid congruentius deo? Quid miraculo dignius omnium ſæculorum q̃ decurſam vitam reſinaſſe: completiſq; hominum tẽporib⁹ tempora adieciſſe perpetua arcana mortis reuelaſſe? Sed hæc inenarrabilis poteſtas imago virtutis maioris fuit: quę demonſtrabat tantam vim habituram eſſe doctrinam ſuam: vt gentes in orbe toto quæ alienę deo ſubiectę morti fuerunt cognitione veri luminis animatæ ad immortalitatis præmia peruenirent. Eos. n. recte mortuos exiſtimaueris qui datorem vitæ deũ neſcientes: atq; animas ſuas a cælo in terram deprimentes: in laqueos æternę mortis incurrunt. ¶ Quæ igitur tum faciebat in p̃ſens/ imagines erãt futurorum: quę illęſis affectiſq; corporibus exhibebat/ ea ſpiritualiũ figuram gerebant: vt in pręſenti virtutis nobis terrenæ opa monſtraret: & in futurum poteſtatem ſuæ cęleſtis maieſtatis oſtẽderet. Ergo ſicut opera eius ſignificantiã quoq; maioris poteſtatis habuerũt ita ẽt paſſio non ſimplex: nec ſuperuacua nec fortuita præceſſit. Sed vt illa quæ fecit magnam virtutem ac poteſtatẽ doctrinæ eius ſignificabant: ſic ea quę paſſus eſt: odio futuram eſſe ſapientiam nunciabant. Aceti. n. pot⁹ ac fellis cibus acerbitates & amaritudines i hac vita ſectatoribus veritatis pollicebatur. Et q̃q̃ paſſio ipſa per ſe acerba & amara ſpecimẽ nobis futurorũ tormentorum dabat: quę morantibus nobis in hoc ſęculo virtus ipſa proponit: tamen illius modi cibus & potus in os doctoris noſtri veniens: preſſurã nobis laborum ac miſeriarum præbebat exemplũ. Quę omnia tolerari ac perpeti neceſſe eſt eos: qui veritatem ſequuntur: quoniã veritas ẽ acerba & inuiſa omnibus: qui veritatis exptes vitam ſuam mortiferis voluptatibus dederunt. Nam corona ſpinea capiti eius impoſita id declarabat fore: vt diuinã ſibi plebem de nocentibus cõgregaret. Corona. n. dicitur circunſtans in orbe populus. Nos autem qui ante cognitionem dei fuimus iniuſti: ſpinę. i. mali & nocentes erram⁹: ignorantes quid eſſet bonum: & a iuſtitię notiõe atq; operibus alieni omnia ſcelere ac libidĩe polluebamus. Electi vero ex dumis ac ſentib⁹ ſanctum dei caput cingimus: quia conuocati ab ipſo & circũfuſi vndiq; ad eum / magiſtro & doctori aſſiſtimus: regemq; illum mũdi & omnium viuentium dominum coronamus. ¶ Quod vero ad crucẽ ſpectat: magna: in ea vis ac ratio eſt: quã nũc conabor oſtẽdere. De⁹ nãq; ſicut ſuperius expoſui: cũ ſtatuiſſet hominẽ liberare: magiſtrũ virtutis legauit i terrã: q & p̃ceptis ſalutaribus formaret homĩes ad innocẽtiã: & operibus factiſq; præſentibus/ iuſticię viã pãderet: qua gradiens homo & doctorẽ ſuum ſequens ad vitã ęternam pueniret.

xp̃i paſſio qd i futurũ porten/ debat.

Corona quid

Is igitur corporatus eſt: & veſte carnis indutus: vt homini ad quem docendu3 venerat: virtutis & exempla/ & incitamenta præberet. S3 cum in omnibus vitæ officijs iuſtitiæ ſpecimẽ præbuiſſet: vt doloris quoq3 patientiam mortiſq3 contemptum (quibus perfecta & conſũmata ſit virtus) traderet homini: venit in manus impiæ nationis cũ & vitare potuiſſet ſcientia futuri qua3 gerebat: & repellere eadẽ virtute qua mirabilia faciebat. Suſtinuit ergo cruciatꝰ ac verbera & ſpinas. Poſtremo etia3 mortẽ ſuſcipere non recuſauit: vt homo illo duce ſubactam / & cathenata3 mortẽ cum ſuis terroribus triumpharet. ¶ Cur autẽ ſũmus pater id potiſſimũ genus mortis elegerit: qua affici eum ſineret: hæc ratio eſt. Dicat enim fortaſſe aliquis: cur ſi deꝰ fuit: & mori neceſſe fuit: non ſaltem aliquo honeſto mortis genere affectus eſt? Cur potiſſimũ cruce? Cur īfami genere ſupplicij? quod etia3 hodie libero q̄uis nocenti videatur indignum? Primũ ꝙ is qui humilis aduenerat: vt humilibus & infirmis opem ferret: & ī omnibus ſpe3 ſalutis oſtenderet: eo genere afficiendus fuit: quo humiles & infirmi ſolent: nequis eſſet omnino: qui eu3 nõ poſſet imitari. Deinde vt integrum corpus ſeruaretur: quem die tertio reſurgere ab inferis oportebat. Nec hoc cuiq̄ ignorandu3 eſt: quod ipſe ante de ſua paſſione prædicans: etiam id notum fecerit habere ſe poteſtatẽ cum vellet deponendi ſpiritum & reſumendi. Suffixus itaq3 cum ſpiritũ ſponte depoſuiſſet: neceſſarium carnifices non putauerunt oſſa eius ſuffringere (ſicut mos eorum ferebat) ſed tantummodo latus eius pforauerũt. Sic integrum corpus patibulo detractum eſt: & ſepulchro diligenter incluſum. Quę omnia iccirco facta ſunt: ne læſum atq3 diminutum corpus ad reſurgendum inhabile redderetur. Illa quoq3 p̄cipua fuit cauſa cur deus crucem maluerit: ꝙ illa exaltari eũ fuit neceſſe: & omnibus gentibus paſſionem dei noteſcere. Na3 quoniã is qui patibulo ſuſpẽditur: & conſpicuus eſt omnibus: & cæteris altior crux potius electa eſt: quæ ſignificaret illũ tam cõſpicuum tanq3 ſublimẽ futurum: vt ad eum cognoſcendum pariter & colendum cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent. Deniq3 nulla gens tam inhumana eſt: nulla regio tam remota: cui aut paſſio eius: aut ſublimitas maieſtatis ignota ſit. Extẽdit ergo in paſſione manus ſuas: orbe3q3 dimenſus eſt: vt iam tunc oſtenderet ab ortu ſolis vſq3 ad occaſu3 magnum populum ex omnibus linguis & tribubus cõgregatu3 ſub alas ſuas eſſe venturum: & ſignum illud maximum atq3 ſublime frõtibus ſuis ſuſcepturum. Cuius rei figuram iudæi etiam nunc exibẽt cum limina ſua de cruore agni notent. Deus enim percuſſurus Aegyptios: vt ab ea plaga immunes faceret. Hebræos præceperat his: vt agnum candidum ſine macula immolarent: ac ſignum liminibus

Crucis chriſti rõ.

Quia cõplẽda erat ſcriptura: Os nõ cõminuetis ex eo.

Inhabile: nõ ſecundũ potẽtiã diuinam. alioq quo pacto cæteri hoies ſic reſurgere poterũt ſ3 ſcd3 ſcripturã: quę vtiq3 iplẽda fuit. Os ñ comminuetis ex eo: Dicẽte Paulo. Reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas

ſuis de ſanguine eius imponerent. Itaq; cum ægyptiorum primoge
nita vna nocte interiſſent. Hebræi ſoli ſigno ſanguinis tuti fuerunt:
non quia cruor pecudis tantam in ſe viꝫ haberet: & hominibus ſalu
ti eſſet: ſed imago fuit rerum futurarum. Nam agnus candidus ſine
macula chriſtus fuit: id eſt innocens & iuſtus & ſanctus: qui ab iiſdē
iudæis immolatus ſaluti eſt omnibus: qui ſignis ſanguinis: id eſt cru
cis qua ſanguinem fudit ſua in fronte conſcripſerunt. Frons enim ſū
mum limen eſt hominis: & lignum ſanguine delibutum crucis ſigni
ficatio eſt. Deniq; immolatio pecudis ab his ipſis: qui faciunt paſ-
cha nominatur. ἀπὸ τοῦ πάσχειν: quia paſſionis eſt figura: quaꝫ
deus præſcius futurorum tradidit per Moyſen populo ſuo celebran
dam. Sed tamen figura valuit in præſenti ad depellendum pericu-
lum: vt appareat quantum veritas ipſa valitura ſit ad plebem dei ꝓ
tegendam in extrema totius orbis neceſſitate. Quomodo autem vł
in qua plaga tuti hoīes ſint futuri: qui ſignum hoc veri & diuini ſan-
guinis ī ſummo corporis ſui notauerunt/in nouiſſimo libro docebo.

¶ De potentia ſigni crucis: quantæ efficaciæ ſit inuocatio nominis crucifixi: & quantum a dæmoniis timeatur ſignū crucis. Cap. XXVII.

Nunc ſatis eſt de huius ſigni potentia quantum valeat ex-
ponere: quanto terrori ſit dęmonibus hoc ſignum ſciet:
qui viderit: quatenus adiurati per Chriſtum de corpori-
bus quę obſederint fugiant. Nam ſicut ipſe cum iter ho-
mines ageret vniuerſos dæmones verbo fugabat: hominumq; mē-
tes emotas: & malis incurſibus furiatas in ſenſus priſtinos repone-
bat. Ita nunc ſectatores eiuſdem ſpiritus inquinatos de hominibus
& nomine magiſtri ſui & ſigno paſſionis excludunt. Cuius rei non
difficilis eſt probatio. Nam cum diis ſuis immolant: ſi aſſiſtat ali
quis ſignatam frontem gerens ſacra nullo modo litant. Nec re-
ſponſa poteſt conſultus reddere vates. Et hæc ſæpe cauſa præci-
Verſus.
pua iuſtitiā perſequendi malis regibus fuit. Cum enim quidam
miniſtrorum noſtri ſacrificantibus dominis aſſiſterent: impoſito frō
tibus ſigno: deos eorum fugauerunt: ne poſſent in viſceribus beſtia
rum futura depingere. Quod cum intelligerent aruſpices (inſtigan
tibus iiſdem dæmonibus quibus proſecarant) conquerentes ꝓpha
nos homines ſacris intereſſe: adegerunt principes ipſos in furorem:
vt expugnarent dei templum ſeq; vero ſacrilegio cōtaminarent: qđ
grauiſſimis perſequentium pœnis expiaretur. Nec tamē ex hoc ip-
ſo cæci homines intelligere poſſunt: aut hanc eſſe veram religionē:
cui ad vincendū tāta vis ineſt: aut illam falſam/quę ſubſiſtere aut cō

Chriſtia-
norū per-
ſecutiōes
ex qua cā.

gredi non poteſt. ¶Sed aiunt hoc deos non metu: verum odio face re: quaſi quiſꝗ poſſit odiſſe niſi eum/qui aut noceat: aut poſſit noce re. Immovero congruens maieſtati fuit/vt eos quos oderant/pſenti bus pœnis afficerent potius/ꝗ fugarent. Sed quoniam neꝗ accede re ad eos poſſunt/in quibus cęleſtem notā viderint: nec his nocere/ quos ſignum immortale munierit tanꝗ inexpugnabilis murꝰ: laceſ ſunt eos per homines/& manibus perſequūtur alienis: quos ꝓfecto ſi eſſe confitentur: vicimus. Neceſſe eſt enim hanc eſſe veraꝫ religio nem: quę & rationem dæmonum nouit: & aſtutiam intelligit: & viꝫ retundit: & eos ſpiritualibus armis domitos ac ſubactos cedere ſibi cogit. Si negant teſtimonijs poetarum ac philoſophorum refellenꝰ ¶Qđ ſi eſſe & malos eſſe inficias non eunt: quid ſupeſt niſi vt alios dicant eſſe deos: alios dæmones? Exponant igitur nobis differentiā generis vtriuſꝗ: vt ſciamus quid colendum/quid execrandum ſit. Habeant ne inter ſe aliquod conſortium: an vero inimici ſint? Si ſūt aliqua neceſſitudine copulati: quatenus eos diſcernemus. Aut quo modo vtriuſꝗ generis honorem cultūꝗ miſcebimus? Si autem ſunt inimici: aut dęmōes deos non timent: aut dij dæmones fugare non poſſunt. ecce aliquis inſtinctu dęmonis percitus dementit: effertur: inſanit: ducamus iſtum i Iouis optimi maximi templū: vel (qa ſana re homies Iuppiter neſcit) in æſculapij vel Apollinis fanum. Iubeat vtriuſlibet ſacerdos dei ſui nomie/vt nocens ille ſpiritus excedat ex homie: nullo id pacto fieri poteſt. Quæ igitur deorumvis eſt ſi ſub iectos ſibi dæmones non habēt? At vero iidem dęmones adiurati ꝑ nomen veri dei protinus fugiūt. Quę ratio eſt vt chriſtum timeant Iouem autem non timeant: niſi ꝙ iidem ſunt dæmones/quos vul gus deos eſſe opinatur? Deniꝗ ſi conſtituatur in medio/ & is quem conſtat in curſum dæmonis perpeti/& delphici Apollinis vates: eo dem modo dei nomen horrebunt: & tam celeriter excedet de ſuo vate Apollo ꝗ ex homine ſpiritus ille dæmonicus: & adiurato fuga toꝗ deo ſuo vates in perpetuum conticeſcet. Ergo iidem ſunt dę mones: quos fatentur execrandos eſſe/iidem dij quibus ſupplicant Si nobis credendum eſſe non putant: credant Homero: qui ſummū illum Iouem dæmonibus aggregauit: ſed & alijs poetis ac philoſo phis: qui eoſdem modo dæmonas: modo deos nuncubant: quorum alterum verum/alterum falſum eſt. Illi enim nequiſſimi ſpiritus vbi adiurantur: ibi ſe dęmonas confitentur: vbi colunꝰ/ibi ſe deos men tiuntur vt errores hominibus immittant: & auocent a veri dei notio ne per quam ſolam poteſt mors æterna vitari. Idē ſunt qui deijcien di hominis cauſa varios ſibi cultus peruerſa religione condiderunt: mentitis tantum aſſumptiſꝗ nominibus vt fallerent. Nam quia

Dæmōes deos eſſe vulgus opinatum.

Homerus

diuinitatem perſeipſos affectare non poterant aſciuerunt ſibi noīa potentium regum: ſub quorum titulis honores ſibi deorum vēdicarent. ¶Qui error diſcuti poteſt/& in lucē veritatis protrahi. Na3 ſi quis ſtudet altius inquirere: congreget eos quibus peritia ē ciere ab inferis animas. Euocēt Iouem: Neptunum: Vulcanum: Mercuriū: Apollinem/patremq́ omnium Saturnum Reſpondebunt ab inferis oēs/& interrogati loquentur: & de ſe/& de deo fatebuntur. Poſt hæc euocent Chriſtum non aderit: non apparebit: quia nō amplius q̄ biduo apud inferos fuit. Qui hac probatione certius ꝓferri poteſt? Ego vero non dubito quin ad veritatem Trimegiſtus hanc/aliqua ratione peruenerit: qui de deo patre omnia: & de filio locut⁹ eſt multa: quæ diuinis continentur arcanis.

Trimegiſtus

¶De vera & ſingulari religione: & vnde dicatur religio: vel ſecundum Ciceronem: vel alios. Ca. XXVIII.

Qvę cum ita ſe habeant (vt oſtendimus) apparet nullam aliam ſpem vitę homini eſſe propoſita3: niſi vt abiectis vanitatibus & errore miſerabili/deum cognoſcat: & deo ſeruiat niſi huic temporali renunciet vitæ: ac ſe rudimentis iuſtitię ad cultum verę religionis inſtituat Hac enim conditione gignimur vt generati nos deo iuſta & debita obſequia præbeamus: hunc ſolum nouerimus hunc ſequamur. Hoc vinculo pietatis obſtricti deo & religati ſumus: vnde ipſa religio nomen accepit: non vt Cicero interpretatus eſt a religando: qui in libro de natura deorum ſecundo dicit ita. Non enim philoſophi ſolum verumetiam maiores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparauerunt. Nam qui totos dies precabantur & īmolabant: vt ſui ſibi filij ſuperſtites eſſent: ſuperſtitioſi ſūt appellati. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent/retractarent: & tanquam relegerent: hi dicti ſunt religioſi ex relegēdo: tanquam ex eligendo eligentes: & ex diligendo diligentes: & ex intelligendo intelligentes. His enim omnibus ineſt vis legendi eadem: quæ in religioſo. Ita factū eſt in ſuperſtitioſo/ac religioſo/alterum vitij nomen: alterum laudis. ¶Hęc interpretatio q̄ inepta ſit: ex re ipſa licet cognoſcere. Nam ſi in ijſdem dijs colendis: & religio & ſuperſtitio verſatur: exigua vel potius nulla diſtantia eſt. Quid.n. mihi affert cauſæ cur precari pro ſalute filiorum ſemel religioſi & idem decies facere ſuperſtitioſi eſſe hominis arbitretur? Si em̄ ſemel facere optimum eſt: quanto magis ſæpius? Si hora pria: ergo & tota die. Si vna hoſtia placabilis: placabiliores vtiq́ hoſtię plurię: q̄a multiplicata obſequia demerent potius q̄ offendunt. Nō enim nobis odioſi videntur hi famuli/qui aſſidui ac frequentes ab obſequium fuerint: ſed magis chari. Cur igitur ſit in culpa & nomen repręhēſibile

Religio vn̄ nomē acceperit

accipiat/q̃ aut filios ſuos magis diligit:aut deos ſatis honorat?Lau-detur autem qui minus:Quod argumentum etiam econtrario va-let. Si.n.totos dies pręcari & immolare criminis eſt: ergo & ſemel. Si ſuperſtites filios ſubinde optare vitioſum eſt. Supſtitioſus eſt igi-tur ille qui raro id optauerit. Aut cur vitij nomen ſit ex eo tractum quo nihil honeſtius:nihil iuſtius optari poteſt. Naʒ ꝙ ait religioſos a relegendo appellatos:qui ea retractant diligenter quæ ad cultum deorum pertineant:cur illi qui hoc ſæpe in die faciunt: religioſoruꝫ nomen amittant :cum multo vticꝫ diligentius ex aſſiduitate ipſa re legãt ea:quibus dij coluntur. Quid ergo eſt?nimirũ religio veri cul tus:ſuperſtitio falſi. E omnino quid colas intereſt : non quemadmo dum colas:aut quid preceris. ❡ Sed quia religioſos deorũ cultores ſe putant/cum ſint ſuperſtitioſi:nec religionem poſſunt a ſupſtitiõe diſcernere:nec ſignificantiam nominum exprimere. ❡ Dixim⁹ no/mẽ religionis a vinculo pietatis eſſe deductnm : ꝙ hoĩem ſibi deus religauerit/ & pietate conſtrinxerit quia nos ſeruire ei vt domino / & obſequi vt patri neceſſe eſt. Eo melius ergo id nomen Lucretius in terpretatus eſt:qui ait religionuʒ ſe nodos ſoluere. ❡ Supſtitioſi au tem vocantur non qui filios ſuos ſuperſtites optant. Omnes.n.opta mus:ſed aut ij qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt:aut qui parẽtibus ſuis ſuperſtitibus colebant imagines eorum domi tã q̃ deos penates:nam qui nouos ſibi ritus aſſumebant:vt in deorum vicem mortuos honorarent:quos ex hominibus in cælum receptos putabant hos ſuperſtitioſos vocabant. Eos vero qui publicos & ãti quos deos colerent:religioſos nominabant. Vnde Virg. Vana ſuper ſtitio veterumqꝫ ignara deorum. Sed cum veteres quoqꝫ deos inue-niamus eodem modo conſecratos eſſe poſt obitum : ſuperſtioſi er-go qui multos ac falſos deos colunt. Nos autem vnum deũ religio-ſi qui vni & vero deo ſupplicamus.

religio vñ
Lucretius

Supſtitio
q̃ & vnde.
Virgilius.

❡ De vnitate patris & filij:vt liqueat quomodo/vni⁹ dei poſſunt eſſe cultores/qui duos colũt alterũ patrem/alterum filiũ: patremqꝫ immortalem:filium mortalem:prout ſuperius dictum eſt. Ca.XXIX.

FORTASSE QVERAT aliquis quomodo cum deum vnum nos colere dicamus: duos tamen aſſeueremus deum patrem & deum filium ? quę aſſeueratio plęroſqꝫ in maximum impegit errorem. Quibus cum probabilia videanť eſſe q̃ dicim⁹:in hoc vno labore nos arbitrantur:ꝙ & alteruʒ & mortalẽ deum fateamur:De mortalitate iam diximus : nunc de vnitate doceamus. Cum dicimus deum patrem & deum filiuʒ :non diuerſum dicimus:nec vtrumqꝫ ſecernimus:quia nec pater ſine filio

eſſe poteſt:nec filius a patre ſecerni.ſiquidem nec pater ſine filio nũcupari:nec filius poteſt ſine patre generari.Cum igitur & pater filiũ faciat/& filius patrem:vna vtriq; mens vnus ſpiritus vna ſubſtantia eſt:ſed ille quaſi exuberans fons eſt:hic tanq̃ defluens ex eo riuus ille tanq̃ ſol:hic tanq̃ radius ex ſole porrectus:qui quoniam ſũmo patri & fidelis & carus eſt non ſeparatur:ſicut nec riuus a fonte:nec radius a ſole:quia & aqua fontis in riuo eſt : & ſolis lumen in radio: æque neq; vox ab ore ſeiungi:nec virtus/aut manus a corpore diuelli poteſt.Cur igitur a prophetis idem manus dei/& virtus / & ſermo dicat̃ vtiq; nulla diſcretio eſt:quia & lingua ſermõis miniſtra/& manus in qua eſt virtus indiuiduæ ſunt corporis portiones.¶Propriore exẽplo vti libet.Cum quis habet filium quẽ vnice diligit:qui tamen ſit in domo & in manu patris:licet ei nomen domini poteſtatemq; concedat:ciuili tamen iure/& domus vna/& vnus domin⁹ nominat̃.Sic hic mundus vna dei domus & fili⁹ & pater/qui vnanimes incolunt mundum/deus vnus:quia & vnus eſt tanq̃ duo : & duo tanq̃ vnus.Neq; id mirum cum & filius ſit in patre/quia pater diligit filium:& pater in filio:quia voluntati patris fideliter paret : nec vnq̃ faciat/aut fecerit:niſi quod pater aut voluit/aut iuſſit.¶Deniq; vnũ deum eſſe tam patrem q̃ filium Eſaias in illo exemplo quod ſuperi⁹ poſuimus oſtendit cum diceret.Adorabunt te & precabuntur:quoniam in te deus eſt:& non eſt alius deus pręter te Et alio loco ſimiliter ait.Sic dicit dominus deus rex Iſrael:& qui eruit eum:de⁹ ęternus:ego primus:& ego nouiſſimus:& pręter me nemo eſt de⁹.Cum duas perſonas propoſuiſſet dei regis:ideſt chriſti:& dei patris q eũ poſt paſſionem ab inferis excitauit:ſicut oſtendiſſe diximus Oſeã prophetam qui ait.Et de manu inferorum eruam eũ:tamen ad vtraq; perſonam referens intulit:& p̃ter me non eſt deus:cum poſſet dicere pręter nos:ſed fas non erat plurali numero ſeparationem tãtæ neceſſitudinis fieri. Vnus eſt enim ſolus liber deus:ſumm⁹ carẽs origine:quia ipſe eſt origo rerum:& in eo ſimul & fili⁹/ & omnia cõtinentur.Quapropter cũ mens & voluntas alterius in altero ſit: vel potius in vtroq; vna merito vnus deus vterq; appellatur : quia quicquid eſt in patre/ad filium tranſfluit:& quicquid in filio a patre deſcendit.Non poteſt igitur ille ſummus ac ſingularis deus: niſi per filium coli.Qui ſolum patrem ſe colere putat:ſicut filiũ non colit:ita ne patrem quidem colit.Qui autem filium ſuſcipit / & nomen eius gerit:is vere cum filio ſimul & patrem colit:quoniam legatus & nũcius & ſacerdos ſummi patris eſt filius.Hic templi maximi ianua ẽ hic lucis via:hic dux ſalutis:hic hoſtium vitæ.

nec pater ſine filio nũcupari nec filius poteſtſine pr̃e generari cu; igitur & pr̃ filium faciat & filius patre;: & cętera. Non fit deus neq; pr̃ neq; filius neq; ſpũs ſanctus vt ex primo libro patet.S; eſſe patrem efficit & cõcludit vt ſit illi fili⁹ & eſſe filium infert vt ſit illi pater.

Sicut nec riu⁹ a fonte: Cõparatio impropria vt poſtea fatetur dicẽs ꝓpoꝛ exẽplo vti libet

¶De hæreſibus quas non modo prophetę: ſed etiam chriſtus & apoſtoli prædixerunt emerſuras eſſe vitandas: & ꝙ illa ſola eccleſia catholica eſt & vera: in qua eſt confeſſio: & medicina peccatorum per pœnitentiam & fidei ſacramenta. Cap.XXX.

SEd quoniam multæ hęreſes extiterunt: & inſtinctibus dęmonum populus deſciſſus eſt: determinanda eſt nobis breuiter veritas: ac in ſuo proprio domicilio collocanda: vt ſiquis aquam vitæ cupit haurire: non ad detritos lacus deferatur: qui non ha bent venam: ſed vberrimum dei fontem nouerit: quo irrigatus perenni luce potiatur. ¶Ante omnia ſcire nos conuenit: & ipſum & legatos eius prædixiſſe ꝙ plurimæ ſectæ & hęreſes haberent exiſtere/quæ concordiam ſancti corporis rumperēt: ac monuiſſe vt ſumma prudentia caueremus: nequando in laqueos & fraudes illius aduerſarij noſtri: cum quo luctari deus nos voluit: īcideremus. Tum dediſſe certa mandata/quæ in perpetuum cuſtodire deberemus. Quorum plærique imitatores deſerto itinere cæleſti vias ſibi deuias per anfractus & præcipitia condiderunt: per q̄ partem plebis incautam: & ſimplicem ad tenebras mortemque deducerent. Quod quatenus acciderit: exponam. Fuerunt quidam noſtrorum vel minus ſtabilita fide vel minus docti/vel minus cauti: qui diſſidium facerent vnitatis: & eccleſiā diſſiparent. Sed hi quoruȝ fides lubrica fuit: cum deum noſſe: ſe & colere ſimularent: augendis opibus & hon ori ſtudentes affectabant maximuȝ ſacerdotium: & a potioribus vi cti cadere ſe cum ſuffragatoribus ſuis maluerunt: q̄ eos facere præpoſitos: quibus concupierant ipſi ante præponi. Quidaȝ vero non ſatis cæleſtibus litteris eruditi: cū veritatis accuſatoribꝰ reſpon dere non poſſent: obijcientibus vel impoſſibile vel incongruēs eſſe/vt deus in vterum mulieris includeretur: nec cæleſtem illā maieſtatē ad tantam infirmitatem potuiſſe deduci: vt hominibus contēptui deriſui/contumeliæ/ & ludibrio eſſet. Poſtremo etiā cruciamenta perferret/atque execrabili patibulo figeretur. Quæ omnia cum neque ingenio nec doctrina defendere ac refutare poſſent (nec enim viȝ rationemque penitus peruidebant) deprauati ſunt ab itinere recto: & cæle ſtes litteras corruperunt: vt nouam ſibi doctrinam ſine vlla radice ac ſtabilitate componerent. ¶Nonnulli autem falſorum prophetarū vaticinio illecti: de quibus & veri prophetę/& ipe ꝑdixerāt exciderunt a doctrina dei: & traditionem veram reliquerunt. ¶Sȝ illi omnes dæmoniacis fraudibꝰ irrætiti: quas proſpicere & cauere debuerāt diuinum nomen & cultum per iprudentiam perdiderunt. Cum enim Phryges aut Nouatiani: aut Valentiniani: aut Martionitę: aut Anthropiani: aut Arriani: ſeu quilibȝ alij nominātur: chriſtia-

Hæreſes a Chriſto apoſtoliſ. ꝙ ꝑdictę.

Macronitæ: Arriani: multique alij hęręti ci.

Aduerte Lactātiuȝ hæreticos oīs deteſtari: & ꝑcipue arrianos ī filiū dei / & ſpūȝ ſcm̄ blaſphemos.

Sola igiť: Laus eccleſiæ catholicæ tã ꝑclara: vt illi ſcripta ſua omnia nõ immerito ſubmittere videatur neminem

Pulchra exhortatõ a qua nec pontifex ſũmus excluditur.

Cõtra hæreticos ſcribeř Lactã tius ꝓpoſuit: atq; etiã (vt in ꝓemio ſeptimi libri dicit) contra Iudeos.

ni eſſe deſierunt hi: qui Chriſti nomine amiſſo: humana & externa vocabula induerunt. ¶ Sola igitur catholica eccleſia eſt: quæ veruꝫ cultum retinet. Hic eſt fons veritatis: hoc eſt domicilium fidei: hoc templum dei: quo ſiquis non intrauerit/ vel a quo ſiquis exiuerit: a ſpe vitę ac ſalutis alienus eſt. Neminem ſibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita & ſalute cui niſi caute & diligenter conſulatur: amiſſa & extincta erit. ¶ Sed tamen quia ſinguli quoq; cœtus hæreticorum ſe potiſſimum chriſtianos: & ſuam eſſe catholicam eccleſiam putant. Sciendum eſt illam eſſe veram in qua eſt religio: confeſſio: & pœnitentia: quæ peccata & vulnera: quibus eſt ſubiecta imbecillitas carnis ſalubriter curat. ¶ Hæc interiꝫ paucis admonendi gratia rettuli: nequis errorem fugere cupiens: maiori implicetur errore: dum penetrale veritatis ignorat. Poſtea plenius & verius contra omnes mendaciorum ſectas proprio ſeparatoq; opere pugnabimus. Sequitur: vt quoniam ſatis de religione vera & ſapiẽtia locuti ſumus in proxĩo libro de iuſtitia diſſeramus.

## ¶ Lanctatij Firmiani diuinarum inſtitutionum aduerſus gentes Liber Quintus/de iuſtitia/ad Conſtantinum imperatorem.

¶ Quod iniquum & impium eſt ante damnare vel perſonam vel cauſam: q̃ de merito eius cognoſcere: & quare ſapiẽtia iungenda ſit religioni: & quare ſapientia huius mũdi litteras ſacras contempſerit: & ꝗ eloquentia ſeruit ſæculo: & ꝗ plærumq; vt amplius eluceſcat: ex induſtria impugnat veritatem: quæ fere ſemper idoneis aſſertoribus indiget. Capitulum. I.

NOn eſt apud me dubium Conſtantine imperator maxime: quin hoc opus noſtrum quo ſingularis ille rerum conditor: & huius immenſi operis rector aſſeritur: Siquis attigerit ex iſtis ineptæ religionis: (vt ſunt nimia ſuperſtitione impatientes) inſectetur etiam maledictis: vt vix lecto fortaſſe principio affligat: proijciat: execretur: ſeq; inexpiabili ſcelere contaminari atq; aſtringi putet. ſi hæc aut legat patienter: aut audiat ab hoc tamen (ſi fieri poteſt) humanitatis iure poſtulamus: vt non prius damnet: q̃ vniuerſa cognouerit: nam ſi ſacrilegis & proditoribus & veneficis poteſtas defendendi ſui datur: nec prædamnari quenq̃ incognita cauſa licet: non iniuſte petere videmur: vt (ſiquis erit) ille qui inciderit in hæc; ſi leget: perlegat: ſi audiet ſententiam/ differat in extremuꝫ.

Sed noui hominum pertinatiā: nunq̄ impetrabimus. Timēt eni ne a nobis reuicti: manus dare aliquādo (clamante ipſa veritate) cogā-tur. Obſtrepunt igitur/ & intercedunt/ ne audiant: & oculos ſuos op primunt: ne lumen videant/ quod offerimus. Quo plane ipſi diffidē tiam ſuæ perditæ rationis oſtendunt: cum neq; cognoſcere: neq; cō gredi audent: quia ſciunt ſe facile ſuperari. Et iccirco diſceptatione ſublata. Pellitur e medio ſapientia: vi geritur res (vt ait Ennius) & quia ſtudent damnare tanq̄ nocentes: quos vtiq; ſciunt innocentes conſtare de ipſa innocentia nolunt: quaſi vero maior iniquitas ſit ꝓ batam innocentiam damnaſſe/ q̄ inauditam. Sed (vt dixi) verentur: ne ſi audierint: damnare non poſſint. Et ideo cultores dei ſummi: hoc eſt iuſtos homines torquent/ interficiunt/ exterminant: nec cau ſas odiorum ipſi reddere poſſunt: qui tam vehemēter oderunt: quia ipſi errant: iraſcuntur his qui viam veram ſequuntur: & cum corri-gere ſe poſſint: errores ſuos inſuper crudelibus factis coaceruant: in nocentium cruore maculantur: & dicatas deo mētes euiſceratis cor poribus detorquent: cum talibus congredi & diſputare contēdim⁹ Hos ad veritatē ab iepta pſuaſione traducere/ q ſanguinē facili⁹ hau riunt q̄ verba iuſtorum Quid igitur? Operam ne perdemus? Mini-me. Nam ſi lucrari hos a morte: ad quaꝫ concitatiſſime tendūt non potuerimus: ſi ab illo itinere de morte ad vitaꝫ luceq; reuocare: quo niam ipſi ſaluti ſuæ repugnant: noſtros tamen confirmabimus: quo-rū nō eſt ſtabilis/ ac ſolidis radicibus fundata & fixa ſētētia. Nutant enim plurimi: & maxime qui litterarum aliquid attigerunt. Naꝫ & in hoc philoſophi/ & oratores/ & poetæ pernitioſi ſunt: ꝙ incautos animos facile irrætire poſſunt ſuauitate ſermonis: & carminum dul ci modulatione currentium: Ob eamq; cauſam volui ſapientiam cū religione cōiungere: nequid ſtudioſis illa inanis doctrina poſſit offi cere: vt iam ſcientia litterarum non modo nihil noceat religioni at q; iuſtitiæ: ſed etiam proſit q̄ plurimum: ſi is qui eas didicerit: ſit vir tutibus īſtructior: & veritate ſapientior. ¶ Propterea etiā ſi nulli alij nobis certe proderit: delectabit ſe conſcientia: gaudebit mens ſe in veritatis luce verſati: quod eſt animæ pabulum incredibili quadam iocunditate perfuſum. Verum non eſt deſperandum fortaſſe non ca nimus ſurdis. Nec. n. tam in malo ſtatu res eſt: vt deſint ſanæ mētes quibus & veritas placeat/ & monſtratum ſibi rectum iter & videant & ſequantur. Circunliniatur mō poculum cæleſtis ſapientiæ melle: vt poſſint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari dum illiciens prima dulcedo acerbitatem ſaporis aſperi ſub ꝑtextu ſuauitatis occultat. ¶ Nā hæc in primis cauſa eſt cur apud ſapiētes/ & doctores/ & principes huius ſæculi ſcriptura ſancta fide careat: ꝙ

Veritas eſt pabulum ſuauiſſim

Prophetę ſīplici ſer/ mone cu- vſi.

prophetę communi ac ſimplici ſermone vt ad populum ſunt locuti. Cõtẽnuntur itaq; ab his: qui nihil audire vel legere niſi expolitũ ac diſertum volunt: nec quicq̃ inhęrere animis eorum poteſt/niſi quod aures blandiori ſono mulcet. Illa vero que ſordida videntur anilia: inepta: vulgaria exiſtimãtur. Ideo nihil verum putant/niſi quod auditu ſuaue eſt: nihil credibile eſt: niſi quod poteſt incutere voluptatẽ: nemo rẽ veritate põderat: ſed ornatu. Non ergo credunt diuinis: quia fuco carent: ſed ne illis quidem: qui eas interpretantur: q̃a ſunt & ipſi aut omino rudes/aut certe parum docti. Nã vt plana ſint eloquẽtes: peraro contingit: cuius rei cauſa in aperto eſt. Eloquentia enim ſæculo ſeruit populo ſe iactare & in rebus malis placere geſtit

Secularis Eloquentię opera.

Siquidẽ veritatem ſæpius expugnare conatur: vt vim ſuam mõſtret opes expetit: honores concupiſcit: ſummũ deniq; gradum dignitatis expoſcit. Ergo hęc quaſi humilia deſpicit: arcana tanq̃ cõtraria ſibi fugit: quippe quæ publico gaudeat: & multitudinem celebritatẽ q; deſideret. Eo fit vt ſapientia & veritas idoneis p̃conibus indigeat Et ſiqui forte litteratorum ſe ad eam contulerunt: defenſioni ei⁹ nõ ſuffecerunt. Ex his qui mihi noti ſunt, Minutius fœlix non ignobilis inter cauſidicos loci fuit.

Minutius fęlix

Huius liber Octauio titulus eſt: declarat q̃ idoneus veritatis eſſertor eſſe potuiſſet: ſi ſe tototũ ad id ſtudiũ cõtuliſſet.

Tertulianus oĩ gñe litterarũ peritus

Septimius quoq; Tertullianus fuit omni genere lr̃arũ peritus: ſed in eloquendo parum facilis: & minus compt⁹: & multũ obſcurus fuit. Ergo ne hic quidem ſatis celebritatis inuenit.

Cypriani laus

Vnus igit̃ pręcipuus & clarus extitit Cyprianus: qui magnam ſibi gloriam ex artis oratoriæ profeſſione quęſierat: & admodũ multa cõſcripſit in ſuo genere mirãda. Erat enim ingenio facili: copioſo: ſuaui: & (q̃ ſermonis maxima eſt virt⁹) aperto vt diſcernere nequeas/vtrũ ne ornatior in loquendo an facilior in explicando: an potẽtior in perſuadẽdo quiſq̃ fuerit. Hic tamen placere vltra verba/ſacramẽtũ ignorãtibus non poteſt: quoniam myſtica ſunt quę locutus eſt: & ad id præparata: vt ſolis fidelibus audiantur.

Cyprian⁹ ignominioſe Capriãn⁹ appellatus

Deniq; a doctis huius ſęculi quibus forte ſcripta eius innotuerunt: derideri ſolet. Audiui ego quẽdã hominẽ diſertũ ſane: qui eũ immutata vna littera Caprianũ vocaret quaſi & elegans ingeniũ/& melioribus rebus aptum/ad aniles fabulas cõtuliſſet Quod ſi accidit hoc ei/cuius eloquẽtia nõ inſuauis eſt: q̃d tandẽ putemus accidere illis: quoꝝ ſermo ieiunus eſt & ingrat⁹: qui neq; vim p̃ſuadendi: neq; ſubtilitatẽ argumentandi: neq; vllam ꝓrſus acerbitatem ad reuincendum habere potuerunt?

¶ Quod ex defectu doctorum data eſt temerarijs hominibus audacia impugnandi veritatem ignotam: & hoc probat exemplo duorũ quos viderat in Bythinia. Ca. II.

Ergo quia defuerunt apud noſtros idonei pitiq̄ doctores qui vehemēter/ qui acriter errores publicos redarguerēt: qui cām oēs veritatis ornate copioſeq̄ defēderēt: prouo= cauit quoſdā hæc ipſa penuria: vt auderent ſcribere cōtra ignotam ſibi veritatem. Omitto eos: qui prioribus eam temporibus nequicq̄ laceſſerunt. Ego cum in Bythinia litteras oratorias accitus docerem: contigiſſetq̄ eodem tempore vt dei templum euerteretur duo extiterunt ibidem: qui iacenti atq̄ abiectę veritati neſcio vtrum ſuperbi⁹ an importunius inſultarent: quorū alter antiſtitem ſe philo ſophiæ ꝓfitebatur. Verū ita vitioſus: vt cōtinētię magiſter nō minus auaritia q̄ libidinibus arderet: in victu taꝫ ſumptuoſus: vt in ſcola vir tutis aſſertor: patrimoniæ paupertatiſq̄ laudator: in palatio pei⁹ cœ naret q̄ domi. tamen vitia ſua capillis & pallio: &(quod maximū eſt velamentū) diuitijs prętegebat: quas vt augeret ad amicitias iudicū miro ambitu penetrabat: eoſq̄ ſibi repente auctoritate falſi nominis obligabat: non modo vt eorū ſententias venderet: verū etiā vt confi= nes ſuos: quos ędibus agriſq̄ pellebat: a ſua repetendo hac potentia retardabat. Hic vero qui ſuas diſputationes moribus deſtruebat: vel mores ſuos diſputationibus arguebat: ipſe aduerſus ſe grauis cenſor: & accuſator accerrimus: eodē ipſo tēpore quo iuſtus popul⁹ nefarie lacerabatur: tres libros euomuit cōtra religionē/nomenq̄ chriſtianū. Profeſſus ante oīa philoſophi officium eſſe erroribus hominū ſubue nire: atq̄ illos ad veram viā reuocare. i. ad cultus deorū: quorū numī ne/ac maieſtate (vt ille dicebat) mūdus gubernaretur. nec pati homī nes peritos quorūdā fraudibus illici: ne ſimplicitas eorum prędæ/ac pabulo ſit hominibus aſtutis. Itaq̄ ſe ſuſcepiſſe hoc munus philoſo= phia dignū: vt præferret nō vidētibus lumē ſapiētiæ: nō modo vt ſuſ= cęptis deorū cultibus reſaneſcāt: ſed etiā vt pertinaci obſtinatiōe de poſita corporis cruciamēta deuitēt: nec ſcęuas membrorū laceratio= nes fruſtra ꝑpeti velit. ¶ Vt aūt apperet cui⁹ rei gratia opus illud ela boraſſet: effuſus ē in principū laudes: quorū pietas & ꝓuidētia (vt q dē ipē dicebat) tū ī cęteris rebus hūanis: tū ꝑcipue ī defendendis deo rū religionibus claruiſſet: cōſultū eē tandē rebus hūanis: vt cohibita ī pia & anili ſupſtitiōe: vniuerſi hoīes legitimis ſacris vacarēt: ac prop ī tios ſibi deos expirētur. Vbi aūt religionis eius: cōtra quā porabat: infirmare voluit rationē: iept⁹ van⁹ iridicul⁹ appuit: qa grauis ille cō ſultor vtilitatis alienę: nō mō qd opp ugnaret: ſed ēt qd loqueret̄ ne= ſciebat. Nā ſiqui noſtrorū affuerūt: quis tēporis gratia cōticeſcerent. animo tamē deriſere: vt pote cū viderēt hoīem ꝓfitentē ſe illuminatu rū alios/cū ipē cęcus eſſet: reducturū alios ab errore/ cum ipē ignora ret vbi pedes ſuos pōeret: erudit urū alios veritatē: cui⁹ ille nec ſcītillā

Lactanti⁹ artē oratoriā docuit ī bithynia cōtra philoſophi ſictum.

Phūs pallio tenus. Quod maximū eſt velamentū: qa diuites nemo facile laceſſit.

Hierocles

quidem vnam vidiſſet aliquando:quippe cum ſapientiæ ꝓfeſſor ꝓfligare ſapientiam niteretur.Oẽs tamen id arguebant:ꝙ illo potiſſimuꝫ tẽpore id operis eſſet aggreſſus:quo furebat odioſa crudelitas. O philoſophum adulatorem:ac tempori ſeruienteꝫ.Verum hic pro ſua inanitate cõtemptus eſt:qui & gratiam quã ſperauit nõ eſt adeptus:& gloria quã captauit in culpam reprehenſionẽq; cõuerſa eſt.

¶ Ꝙ a diſcipulis Chriſti voluntas mentiendi abfuit qui vitam exercebant contrariam vitijs. Et ꝙ reſpondendum fuit blaſfemię eorum qui Chriſtum magum fuiſſe mentiti ſunt & ſibi ipſis contraria docuerunt. Cap.III.

Cõtra iudicẽ bytiniẽſẽ Ꝙ a diſcipul' & cętera.

ALius eandeꝫ materiam mordacius ſcripſit qui erat tunc e numero iudicũ & qui auctor i primis faciẽdę ꝑſecutionis fuit:quo ſcelere nõ cõtẽtꝰ etiã ſcriptis eos quos afflixerat iſecutꝰ ẽ.Cõpoſuit eĩ libellos duos nõ cõtra chriſtianos ne inimice iſectari videreť:ſꝫ ad chriſtianos vt humane & benigne conſulere putareť:i qbꝰ ita falſitatem ſcripturæ ſacrę arguere conatus eſt tanꝗ ſibi eſſet tota contraria.Nam quędam capita quę repugnare ſibi videbantur expoſuit:adeo multa:adeo intima enumerans: vt aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur.Ꝙ ſi fuit:quis eum Demoſthenes poterit ab impietate defendere qui religionis cui fuerat aſſenſus:& fidei cuius nomẽ induerat:& ſacramenti quod acceperat proditor factus eſt:niſi forte caſu in manus eius diuinę litterę inciderunt?Quæ igitur temeritas erit id audere diſſoluere:quod illi nemo interpretatus eſt bene:ꝙ aut nihil didicit aut nihil intellexit.Tantũ enim abeſt a diuinis litteris repugnantia:quantum ille abfuit a veritate & fide.¶ Præcipue tamen Paulum Petrumq; lacerauit cęteroſq; diſcipulos tanquam fallaciæ ſeminatores:quos eoſdem tamen rudes & indoctos fuiſſe teſtatus eſt. Nam quoſdam eorum piſcatorio officio quæſtum feciſſe quaſi ægre ferret ꝙ illam rem non Ariſtophanes aliquis:aut Ariſtarchus commentatus ſit. Abfuit ergo ab his fingendi voluntas & aſtutia:quoniam rudes fuerunt. Aut quis poſſit indoctus apta inter ſe & cohęrentia fingere:cum philoſophoruꝫ doctiſſimi Plato & Ariſtoteles:& Epicurus: & zeno ipſi ſibi repugnantia & contraria dixerint. Hæc eſt enim mendaciorum natura vt cohærere non poſſint. Illorum auteꝫ traditio (quia vera eſt) quadrat vbiq; ac tota ſibi conſentit:& ideo perſuadet quia conſtanti ratione ſuffulta eſt.Non igitur quæſtus & commodi gratia religionem iſtam commentati ſunt:quippe qui & pręceptis:& ipſa re eam vitam ſecuti ſũt quæ & voluptatibus caret:& omnia quæ habentur in bonis ſpernit:&

Abeſt a diuinis litteris oĩs repugnãtia. lege aug. đ cõcor. euã.

Mẽdacia coherere nõ poſſũt

qui non tantum mortem pro fide ſubierint: ſed etiam morituros eē ſe & ſcierint & prędixerint: & poſtea vniuerſos qui eorum diſciplinā ſecuti eſſent/acerba & nefanda paſſuros. ¶ Ipſū autē Chriſtum affirmauit a Iudæis fugatum / collecta nongentorum hominum manu latrocinia feciſſe. Quis tantæ auctoritati audeat repugnare? Credamus hoc plane. Nam fortaſſe illi hoc in ſomnis Apollo aliquis nunciauit. Tot ſemper latrones perierunt/& quotidie pereunt. vtiq; multos & ipſe damnaſti. quis eorum poſt crucem ſuam: non dicam de⁹: ſed homo appellatus eſt? Verum tu forſitan ex eo credidiſti: qa vos homicidam Martem conſecraſtis vt deum: quod tamen nō feciſſetis ſi illū ariopagitę in crucem ſubſtuliſſent. ¶ Itē cū facta eius mirabilia deſtrueret: nec tamen negaret: voluit oſtendere Apolloniū vel paria: vel etiam maiora feciſſe. Mirum ꝙ Apulleium prętermiſit: cuius ſolēt & mlta & mira memorari. Cur igitur o delirū caput: nemo Apollonium pro deo colit. niſi forte tu ſolus: illo .ſ. deo dignus: cum quo te in ſempiternum verus deus puniet? Si magus Chriſt⁹ qa mirabilia fecit: peritior vtiq; Apollonius: qui (vt deſcribis) cum Domitianus eum punire/vellet: repente in iudicio nō comparuit: q̄ ille qui compręhenſus eſt & cruci affixus. ¶ At ei ex hoc ipſo fortaſſe inſolentiam ipſius voluit arguere/ꝙ deum ſe conſtituerit: vt ille verecundior fuiſſe videatur/qui cum maiora faceret (vt hic putat) id ſibi non arrogauerit. Omitto nunc ipſa opera comparare: quia in ſcdo & ſuperiori libro de fraude ac pręſtigijs artis magicę dixi. Nego eē quenquam: qui non optet in primis id ſibi poſt morteꝫ contingere: quod etiam reges maximi concupiſcunt. Cur enim homines ſibi ſepulchra magnifica: cur ſtatuas: cur imagines comparāt? cur aliqbus factis pręclaris: aut etiaꝫ morte pro ciuibus ſuſcepta ſtudent opiniones hominū promereri? Cur deniq; ipe īgenij tui monumentū hoc deteſtabili ſtultitia tanq̄ cœno ædificatum conſtituere voluiſti: niſi ꝙ imortalitatē de memoria nominis ſperas? Stultū eſt igitur id putare Apollonium noluiſſe: quod optaret vtiq; ſi poſſet: quia nemo ē qui immortalitatem recuſet & maxime cum eum dicas & adoratuꝫ eſſe a quibuſdā/ſicut deum: & ſimulachrum eius ſub Herculis Alexiaci nomine conſtitutū: ab epheſijs etiam nūc honorari. Nō potuit ergo poſt mortem deus credi: quia & hominem & magum fuiſſe cōſtabat: & ideo alieni nominis titulo affectauit diuinitatem: quia ſuo nec poterat/nec audebat. Noſter vero & potuit deus credi: qa mag⁹ non fuit: & creditus eſt/quia verus fuit. ¶ Nō (iqt) hoc dico iccirco. Apolloniuꝫ non haberi deum/quia noluerit: ſed vt appareat nos ſapientiores eſſe qui mirabilib⁹ factis non ſtatim fidem diuinitatis adiunximus: q̄ vos qui ob exigua portenta deum credidiſtis. non ē mi-

Chriſtum latrocinia feciſſe mētit⁹ eſt perſecutor.

Apolloni⁹ magus.

Apuleius magus.

Immortalitateꝫ de memoria nominis ſperāt oēs Apolloni⁹ ab epheſijs adorabatur.

Alexiac⁹ dictus eſt hercules eo ꝙ hoīꝫ deſēſor eſſet.

Magū: de hoc vide hierony. in epla ad Paulinū m pſbyteruꝫ

Aſſignatũ creditumi Paulu⁹ ad Ro. Vno ſpiritu .ſ. ſctõ hic trinitatẽ idicat p ſacramẽtũ dei p chri-ſtũ p vnũ ſpiritum. Cimeriis tenebris. i. hybernis & grauio-ribus. Lupũ ſub ouis pelle cęlat ſub-dolus.

rum ſi tu qui a dei ſapiẽtia longe remotus es: nihil prorſus intelligis
eorũ: quę legiſti: cũ iudæi qui a principio ꝓphetas lectitauerãt qbuſ
ꝗ ſacramẽtum dei fuerat aſſignatũ: tamẽ quid legerint ignorauerũt.
¶ Diſce igitur ſiquid tibi cordis eſt: nõ iccirco a nobis deũ creditū
Chriſtum: quia mirabilia fecit: ſed quia vidimus in eo facta eẽ om-
nia quę nobis annunciata ſunt vaticinio ꝓphetarũ: Fecit mirabia.
Magũ putaſſemus: vt & vos nũcupatis/ & Iudæi tunc putauerũt: ſi
non illa ipſa facturum Chriſtum ꝓphetę oẽs vno ſpiritu ꝑdixiſſẽt.
Itaq; deũ credimus: nõ magis ex factis opibuſq; mirãdis: q̃ ex illa ip
ſa cruce: quã vos ſicut canes lãbitis: quoniã ſimul & illa prædicta eſt
non igitur ſuo teſtimonio (Cui ei de ſe dicẽti credi poteſt) ſed ꝓphe
tarum teſtimonio: qui oĩa quæ fecit ac paſſus eſt: multo ante cecine
runt: fidẽ diuinitatis accepit: quod neq; Apollonio: neq; Apuleio ne
ꝗ cuiquã magorũ potuit: aut poteſt aliqñ cõtingere. Cum igtur ta-
lia ignorãtiæ ſuę deliramẽta fudiſſet. cuꝫ veritatẽ penitus excidere
connixus eſſet: auſus eſt libros ſuos nefarios ac dei hoſtes φιλαλη
θεῖσ id eſt veritatis amatores annotare. O cæcum pectus: o mẽtem
cimeriis (vt aiunt) tenebris atriorem. Diſcipulus hic fortaſſe Anaxa
goræ fuit: cui niues atramẽtum fuerunt: atq; eadẽ cęcitas eſt: & vero
falſitatis & mẽdacio veritatis nomẽ imponere. Videlicet homo ſub
dolus voluit lupũ ſub ouis pelle cælare: vt fallaci titulo poſſet irræ-
tire lectorẽ. Verum eſto inſcitia hoc nõ malitia feceris. Quã tãdem
nobis attuliſti veritatẽ: niſi ꝗ aſſertor deorũ eos ipſos ad vltimũ per
didiſti? Proſecutus. n. ſummi dei laudes: quẽ regẽ: quẽ maximũ: quẽ
opificẽ rerũ: quẽ fontẽ bonorũ: quẽ parẽtem oĩm: quẽ factorẽ altorẽ-
ꝗ viuentium confeſſus es. Ademiſti Ioui tuo regnum: eumq; ſum-
ma poteſtate depulſum: in miniſtrorum numerum redegiſti. Epilo-
gus itaq; te tuus arguit ſtultitiæ: vanitatis: erroris: Affirmas deos eẽ
& illos tñ ſubiicis: & mãcipas ei deo: cui⁹ religionẽ conaris euertere

¶ Quare hoc opus incæptum ſit: & contra quos & ad qd
proſit. Cap. IIII.

HI ergo de quibus dixi: cum pręſente me ac dolẽte ſacrile-
gas ſuas lr̃as explicaſſent: & illorũ ſupba impietate ſtimu
latus: & veritatis ipſius cõſciẽtia (vt ego arbitror) ſuſcepi
hoc munus: vt oĩbus ingenii mei viribus accuſatores iu-
ſtitiæ refutarem: non vt contra hos ſcriberem: qui paucis verbis ob
tineri poterãt. ſed vt oẽs q̃ vbiq; idẽ operis efficiũt: aut effecerũt: vno
ſimul impetu ꝓfligarẽ. Nõ dubito. n. quin & alii plurimi: & mltis i
locis: & nõ mõ gręcis: ſed etiã latinis litteris: monumentũ iniuſtitiæ
ſuæ ſtruxerint: quibus ſingulis qm̃ reſpondere nõ poteram: ſic agen
daꝫ mihi hãc cã̃n putaui: vt etiã priores cũ oĩbus ſuis ſcriptis puer-

terem:& futuris oẽm facultatẽ ſcribendi aut reſpondendi ãputarẽ Prębeãt modo aures:efficiã ꝑfecto vt quicũq; iſta cognouerit: aut ſuſcipiat/quod ante dãnauit:aut(quod eſt ꝓximũ)deridere aliquãdo deſiſtat. Quãq̃ Tertullian⁹ eandẽ cauſẽ plene ꝑorauerit ĩ eo libr. cui apologetico nomẽ eſt:tñ q̃m aliđ eſt accuſantibus reſpõdere:qđ in defenſione/aut negatione ſola poſitum eſt:aliud inſtituere: quod nos facimus:in quo neceſſe eſt doctrinæ totius ſubſtantiam contineri:nõ defugi hũc laborẽ:vt implerẽ materiã:quã Cyprianus non executus ẽ i ea oratiõe:qua demetrianũ(ſicut ipſe ait)oblatrantẽ atq; obſtrepentẽ veritati redarguere conat̃:qua materia nõ eſt vſ⁹ vt debuit Nõ.n.ſcripturę teſtimonijs:quã ille vtiq; vanã:fictã cõmentitiã putabat:ſed argumentis & rõne fuerat refellẽdus. Nã cũ ageret cõtra hoiem veritatis ignarũ:dilatis pauliſper diuinis lectiõib⁹: formare hũc a principio tanq̃ rudẽ debuit. Eiq; paulatiʒ principia mõſtrare: ne toto lumie abiecto caligaret. Naʒ ſicut infans ſolidi ac fortis cibi capere vim non poteſt ob ſtomachi teneritudinẽ: ſed liquore lactis ac mollitudine alitur:donec firmatis viribus veſci fortiorib⁹ poſſit: ita & huic oportebat qa nondũ poterat capere diuina:pri⁹ humana teſtimonia offerri.i.philoſophorum & hiſtoricorũ:vt ſuis potiſſimũ refutaretur auctoribus. Quod qa ille non fecit:raptus eximia eruditione diuiarũ litterarũ:vt his ſolis cõtent⁹ eſſet:quib⁹ fides cõſtat: acceſſi deo inſpirante vt ego facerem:& ſil' vt vitaʒ cęteris ad imitãdum pararẽ. Ac ſi hortatu noſtro docti hoies ac diſerti huc ſe conferre cœperint:& ingenia ſua vimq; dicendi i hoc veritatis cãpo iactare maluerĩt:euanituras breui religiões falſas:& occaſurã eẽ oẽʒ philoſophiã nemo dubitauerit:ſi fuerit oibus pſuaſũ tũ hãc ſolã religionem:tum etiam & ſolã verã eſſe ſapientiã. Sed euagatus ſum lõgius q̃ volebam.

Honeſta fiducia Tertulliãi apologeticon.

Cyprian⁹ in dmetrianum.

Sĩlitudo q̃ vtit̃ & paulus ad hæbreos.

Phĩam gẽtilem

¶ De iuſtitia quã nõ modo philoſophi:ſed etiã poetę/q eos p̃ceſſerũt:tantis quæſierunt virib⁹. Et quõ ꝓ vero haberi debeat:nõ figmẽto poetico:q; iuſticia terras icolebat:regnãte Saturuo: & aurea fuiſſe ſęcula:Sed Ioue regnante iuſtitiã eſſe fugatam. Ca.V.

NVnc reddenda eſt de iuſtitia ꝓpoſita diſputatio.quę aut ipſa ſola eſt virtus:aut fons eſt ipſa virtutis:quã nõ modo philoſophi quęſierunt:ſed poetę quoq; qui priores mlto fuerunt:& ante natum philoſophię nomẽ pro ſapientib⁹ habebantur. Hi plane intellexerunt abeſſe hanc a rebus humanis. eamq; finxerunt offenſam vitijs hominum ceſſiſſe e terra in cęlumq; migraſſe:atq; vt docerent quid ſit iuſte viuere. Solent.n.p̃cepta per ambages dare & a Saturni tẽporib⁹/quę illi vocãt aurea:repetũt exẽpla iuſtitię:narrãt in q̃ ſtatu fuerit vita hũana:dũ illa i terra moraret̃

Quod quidem non pro poetica fictione: ſed pro vero habenduꝫ eſt
Saturno.n.regnante nondum deorum cultibus inſtitutis:necdū illa
Saturni ſę cula
gente ad diuinitatis opinioneꝫ conſecrata:deus vtiqꝫ colebatur. Et
ideo non erant neqꝫ diſſenſiones:neqꝫ inimicitiæ : neqꝫ bella. Non-
Cicero arathū trāſtulit:deiñ Cęſar germanicꝰ
dum veſanos rabies nudauerat enſes:vt germanicꝰ Cęſar ī aratheo
loquitur carmine. Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota. Immo
nec alienigenis quidem:ſed neqꝫ vlli omnino gladij qui nudarentur
fuerunt. Quis enim pręſente ac vigente iuſtitia:aut de tutela ſui cuꝫ
nemo inſidiaretur: aut de pernicie alterius cogitaret:cū nemo quic-
q̄ concupiſceret? Malebant tenui contenti viuere cultu:vt Cicero in
ſuo narrat:quod eſt proprium noſtrę religionis. Nec ſignare quidē
Aureum ſęculum.
aut partiri limite campum Fas erat:in mediuꝫ quęrebant. Quippe
cum deus cōmunem omnibus terram dediſſet:vt communeꝫ dege-
rent vitā:non vt rabida & furens auaritia ſibi omnia vēdicaret: nec
vlli deeſſet:quod omnibus naſceretur. Quod poetæ dictum ſic ac-
cipi oportet: non vt exiſtimemus nihil omnino tunc fuiſſe priuati
Nota hāc expōnem
ſed more poetico figuratum/vt intelligamus tam liberales fuiſſe ho
mines:vt narras ſibi fruges non includerent:nec ſoli abſconditis in-
cubarent:ſed pauperes ad cōmunionem proprij laboris admitterēt
Flumina iam lactis:iam flumina nectaris ibant. Nec mirū cum prō
ptuaria iuſtoꝝ benigne paterent omnibus:nec auaricia intercipiēs
beneficia diuina famen ſitimqꝫ vulgo faceret: ſed omnes ęqualiter
abundarent:cum habentes non habētibus large copioſeqꝫ donarēt
Sed poſtq̄ Saturnus a filio pulſus:in Latiumqꝫ delatus eſt. Arma Io
uis fugiens:& regnis exul ademptis. Cum iam populus vel noui re-
gis metu:vel quia ſponte deprauatus deum colere deſiſſet:regemqꝫ
Aſtręa terras deſer-
pro deo habere cœpiſſet:cum ipſe propemodum parricida exēplo
cęteris eſſet:ad violandam pietateꝫ. Deſeruit propere terras iuſtiſſi
ma virgo. Sed non vt ait Cicero. Et Iouis in regno cęliqꝫ in parte
reſedit. Quomodo enim poterat in eius regno reſidere aut commo
rari:qui patrem regno expulit:bello perſecutus eſt:exulem toto or-
be iactauit? Ille malum virus ſerpētibus addidit atris. Prędariqꝫ lu-
pos iuſſit:ideſt odium:& inuidiam:& dolum hominibus īſeruit: vt
eſſent tanq̄ ſerpentes venenati:tam rapaces q̄ lupi. Quod quidē ve-
re faciunt hi qui iuſtos ac fideles deo perſequuutur:dantqꝫ iudicibꝰ
ſęuiendi aduerſus innoxios poteſtatem. Fortaſſe aliquid eiuſmodi
Iuppiter fecit ad expugnandam tollendāqꝫ iuſtitiam: & ideo effe-
raſſe ſerpentes ac lupos acuiſſe tradit. Tum belli rabies & amor ſuc
ceſſit habendi: Neqꝫ immerito. Sublata.n.dei religione:boni quoqꝫ
ac mali ſcientiam perdiderunt:ſic hominibus intercidit communi-
tas vitę:& direptum fœdus ſocietatis humanę. Tuꝫ inter ſe manus

inſerere cœperunt:& inſidiari & gloriam ſibi ex humano ſanguine comparare.

¶Quod cupiditas fons malorum omnium (iuſticia expulſa) ſuas. iniquiſſimas promulgauit leges & quomodo ſub Ioue naturę cõſortes ſeruituti ſubiecerit audax:auara/ambitioſa/ſuꝑba /& crudelis ĩpietas hominum:& aureum expulit ſęculum: quod ſola facit puritas verę religionis & chriſtus reduxit. Ca.VI.

QVorum omnium malorum fons cupiditas erat,quæ.ſ.ex contemptu verę maieſtatis erupit.non tantum enim non participabant alijs hi quibus effluebat ſed aliena quoq; rapiebant in priuatuʒ lucrum trahentes omnia:& quę antea in vſ⁹ hominum ſinguli laborabant:in paucorum domos conferebãt.Vt enim cęteros ſeruitio ſubiugarent:in primis neceſſaria vitę ſubducere & colligere cœperunt.Eaq; firmiter concluſa ſeruare:vt beneficia cęleſtia/facerent ſua non propter humanitateʒ:quę nulla in ipſis erat:ſed vt omnia cupiditatis & auaricię inſtrumenta conderent leges etiam ſibi iuſticię nomine munitas iniquiſſimas iniuſtiſſimaſq; ſanxerunt:quibns rapinas & auaritiam ſuam contra vim multitudinis tuerentur.Tantum igitur auctoritate quantum viribus:aut opibus aut auaritia præualebant.Et quoniã nullum in his iuſtitię veſtigium fuit:cuius officia ſunt humanitas:ęquitas miſericordia : iaʒ ſuperba tumida inęqualitate gaudebant:altioreſq; ſe cæteris hominibus ſatellitum comitatu & ferro & inſigni veſte fulgebãt.Hic honores ſibi & purpuras & faſces inuenerunt:vt ſecurim gladiorumq; terrore ſubnixi:quaſi iure dominorum perculſis ac pauentibus ĩperarent in hac conditione humanaʒ vitam rex ille conſtituit.ꝗ debellato ac fugato parente non regnum ſed impiam tyrãnidem vi & hominibus armatis occupauit.Et aureum illud iuſtumq; ſæculũ ſuſtulit:coegitq; homines malos & impios fieri:vel ex hoc ipſo': ꝙ ipſos auertit a deo ad ſe adorandum: quod error inſolentiſſime poteſtatis expreſſerat.Quis:n. nõ metueret eum queʒ arma cingebat? quẽ ferri & gladiorũ fulgor inſuetus circundabat?Aut qui parceret alieno:qui ne patri ſuo quidem pepercerat?Quem vero metueret/ꝗ Titanam robuſtam excellẽtẽq; viribus gentem bello vicerat occiſione deleuerat?Quid mirum ſi omnis multitudo inſolito metu preſſa in vni⁹ adulationẽ cõceſſerat?hunc verebant̃: huic honorem maximũ deferebant.Et quoniam mores ac vitia regis imitari gen⁹ obſequij iudicabatur:abiecerunt omnes pietatẽ:ne exprobrare regi ſcelus viderentur:ſi pie viderent.Sic aſſidua imitatione corrupti: diuinũ fas reliquerunt:& paulatim male viuendi cõſuetudo mos fact⁹ eſt.Nec iam quicquam ex antecedentis ſęculi pio atq; optimo ſtatu manſit:

de cupiditate

Auaritia malorum fons.

Leges a q bus ſanctę

Officia iuſticię

Hũanitas

Equitas.

Miſericordia.

Nota de aureo ſęculo Iouis regnum

Gen⁹ obſequij mores & vitia regis imitari videtur

ſed exploſa iuſtitia veritatem ſecum trahens reliquit hominibus er
rorem: ignorantiam: cęcitatem. Imprudētes igitur poetæ: qui eā ad
cælum confugiſſe cecinerunt. i. ad Iouis regnum. Si enim ſęculo qd̄
vocant aureum. Iuſtitia in terra fuit: a Ioue vtiq; pulſa ē: qui aureū
ſęculum cōmutauit. Sęculi autem cōmutatio & expulſio iuſtitię ni/
hil aliud (vt dixi) q̄ deſertio diuinę religionis putanda eſt: quę ſola
effecit: vt homo hominem carum habeat. Eumq; ſibi fraternitatis
vinculo ſciat eſſe conſtrictum: ſiquidē pater idem & deus eſt oībus
vt dei patris communis beneficia cum his qui non habent: partiat:
nulli noceat: nullū premat: non fores claudat hoſpiti: nō aurē pre/
Liberali/ canti: ſed ſit largus: beneficus liberalis: quas regias eſſe laudes Tul/
tas regia lius exiſtimauit. Hęc eſt profecto iuſtitia: & hoc aureum ſęculum:
laus. quod Ioue regnante primum corruptum: mox & ipſo & omni eius
progenie conſecrata: deorumq; multorū cultu ſuſcepto fuerat om
ne ſublatum. ¶ Sed deus vt parens indulgentiſſimus (appropinquā
te vltimo tempore) nuncium miſit: qui vetus illud ſęculū fugatam
q; iuſtitiam reduceret: ne humanum genus maximis & perpetuis
agitaretur erroribus. Rediјt ergo ſpecies illi⁹ aurei temporis: & red
dita quidem terrę: ſed aſſignata paucis: iuſtitia eſt quę nihil aliud ē
q̄ dei vnici ſola pia & religioſa cultura.

¶ Q̄ virtus innoteſcit/ & probatur exercitio vitiorum vt li/
quidum ſit quare deus mala eſſe permiſerit. Ca. VII.

SEd moueat fortaſſe aliquem cur ſi hæc ſit iuſtitia: nō om
ni humano generi ſit data: nec i eam multitudo vniuerſa
conſenſerit. Magnę hoc diſputationis eſt: cur a deo cum
iuſtitiam terrę daret non ſit reiecta diuerſitas: quod & a/
Virt⁹ i ad/ lio loco declaraui: & vbicunq; oportune inciderit explicabitur. nūc
uerſis pſi/ deſignare id breuiſſime ſatis eſt: virtutem aut cerni non poſſe: niſi
citur habeat vitia contraria: aut non eſſe perfectam niſi exerceatur ad/
Bonū ex uerſis. Hanc enī deus bonorum & malorum voluit eſſe diſtantiā:
malo itel/ vt qualitatem boni ex malo ſciamus. Item mali ex bono: nec alte/
ligimus rius ratio intelligi ſublato altero poteſt. Deus ergo non excluſit ma
Quō cer/ lum: vt ratio virtutis conſtare poſſet. Quomodo enim patientia vim
nit virtus. ſuam nomenq; retineret: ſi nihil eſſet quod pati cogeremur? Quo/
exēplū de modo laudem mereretur deuota deo ſuo fides: niſi eſſet aliquis qui
patientia. a deo vellet auertere? Nam & ideo potiores eſſe iniuſtos permiſit: vt
oē rarū p̄/ cogere ad malum poſſent: ideo plures: vt virtus eſſet præcioſa q; ra
cioſum ra eſt Quod quidē ipſum Quinti. egregie ac breuiter oſtendit in ca/
pite obuoluto. Nam que inquit virtus eſſet innocentia: niſi laudē ra
ritas dediſſet? Verū quia natura ſic comparatum eſt: vt odium cupi

ditas:ira: in id quod incubuerint: agant cæcos: ſupra hominē videtur culpa vacare. Alioqui ſi natura pares omnibꝰ effectus dediſſet pietas nihil erat. Hoc q̄ verum ſit: doceat neceſſitas ipſa rationis. Si. ei virtus eſt malis ac vitijs fortiter repugnare: apparet ſine malo ac vitio nullā eſſe virtutē: quam deus vt abſolutam perfectamqꝫ redderet retinuit illud quod erat ei cōtrariū cū quo depugnare poſſet. Agitata enim malis quatientibus ſtabilitatem capit: & quanto frequenter impellitur: tanto firmiter roboratur. Hęc nimirū cauſa effecit: vt quamuis ſit hominibus miſſa iuſtitiæ: tamen aureum ſæculum non eſſe dicatur: quia malum non ſuſtulit vt retineret diuerſitatem: quę ſacramentum diuinæ religionis continet ſola.

¶Quare iuſtitia (quę in propatulo eſt) non videatur ab hominibꝰ: & ꝙ homo dei templum eſt non aurum nec lapides. Et ꝙ deꝰ virtutibus colendus eſt: non ſolis corruptibilibus donis. Et ꝙ oīa mala ex eo proueniunt/ꝙ plures dij coluntur: quia ſi vnus ſolus vere coleretur: oēs iura fraternitatis agnoſcerent/& exercerent. Cap. VIII.

QVi ergo putant iuſtum eſſe neminem: ante oculos habēt iuſtitiam: ſed eam nolunt cernere. Quid eſt enim cur illā vel in carminibus vel in omni ſermone deſcribant: conq̄rentes eius abſentiam cum ſit facillimum bonos eſſe ſi velint? Quid vobis inanem iuſtitiam depingitis: & optatis cadere de cælo tanq̄ in aliquo ſimulachro figuratam? Ecce in conſpectu veſtro eſt: ſuſcipite (ſi poteſtis) eamqꝫ in domicilio veſtri pectoris conſtituite. Nec difficille nec alienum a temporibus exiſtimetis. Eſtote æqui ac boni: & ſequetur vos ſua ſponte iuſtitia: quam queritis. Deponite omnem malam cogitationem de cordibus veſtris: & ſtatim vobis illud tempus aureum reuertetur; quod aliter conſequi non poteſtis: q̄ ſi verum deum colere cœperitis. Vos autem manente cultu deorum iuſtitiam deſideratis in terra; quod fieri nullo pacto poteſt: ſed ne tum quidem potuit/cum putatis: quia nondum natis dijs iſtis: quos impie colitis: neceſſe eſt vnius dei cultum fuiſſe per terram: eius ſcilicet qui execratur malitiam exigitqꝫ bonitatem cuius templum eſt. non lapides aut lutū: ſed homo ipſe qui figuram dei geſtat. Q̄d templū non auro & gemmarum donis corruptibilibus: ſed ęternis virtutū muneribus ornatur. Diſcite igitur (ſi quid vobis reliquę mētis eſt) homines ideo malos & iniuſtos eſſe/quia dij colunt̄: & ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingraueſcere; quia deus huius mundi effector: & gubernator derelictus eſt: quia ſuſcæptæ ſunt contra q̄ fas eſt impiæ religiones. Poſtremo quia ne coli quidē vel a paucis deum ſinitis. Quod ſi ſolus deus coleretur: non eſſent diſſenſiones & bella. cum ſcirent homines ſe vnius dei filios eſſe:

Quomodo ſequitur nos iuſtitia.

Solius dei cultꝰ rixas adimit.

appetitur: hic in malã partem accipitur.

ideoq; diuinæ neceſſitudinis ſacro & inuiolabili vinculo copulatos nullæ fierent inſidiæ:cum ſcirent cuiuſmodi pœnas deus animarū interfectoribus pręparet:qui clandeſtina ſcelera & ipſas etiam cogitationes pręuidet:non eſſent fraudes neq; rapinæ:ſi deo pręcipiēte didiciſſēt:& ſuo & ꝓuo eſſe cōtenti: vt fragilibus & caducis ſolida & æterna pręferrent.Non eſſent adulteria: & mulierum ꝓſtitutiones: & ſtupra:ſi eſſet notum omnibus damnari a deo.¶Quicqd appetitur vltra generandi cupiditatem. Nec fœminam neceſſitas cogeret pudorem ſuum profanare : vt victum ſibi obſcœniſſimum quærat: cum & mares libidinem contemnerent:& habentium pia & religioſa collatio nō habentibus ſubueniret.Non eſſent igitur (vt dixi) hęc oīa in terris mala:ſi ab hominibus in legē dei cōiurarēt:ſi ab vniuerſis fierēt:q̃ vnus noſter populus operatur: q̃ beatus eſſet: q̃q; aureus humanarum rerum ſtatus ſi per totum orbem manſuetudo : & pietas & pax:& innocentia:& ęquitas & tēperantia:& fides moraretur Deniq; ad regendos homines non opus eſſet tam multis & tam varijs legibus : cum ad perfectam innocentiam dei lex vna ſufficeret: neq; carceribus:neq; gladijs pręſidium/neq; terrore pœnarū cū pręceptorum cęleſtium ſalubritas humanis pectoribus infuſa vltro ad iuſtitiæ opera homines erudiret. Nūc autē mali homines ſunt ignoratione recti ac boni quod quidem Cicero vidit.Diſputans.n.de legibus:ſicut vna inquit:eademq; natura mūdus oībus partibus inter ſe congruentibus cohæret:ac nititur.ſic omnes homines inter ſe natura confuſi prauitate diſſentiunt:nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos & ſubiectos:oēm ſub vnam eandēq; tutelam:quod ſi teneretur deorū ꝓfecto vita hoīes viuerent. Vniuerſa igitur mala quibus humanum genus ſeipſum inuicē conficit:iniuſtus atq; impius deorum cultus induxit. Nec.n.poterant retinere pietatem:qui cōmunē oīm patrem deum tanq̃ prodigi ac rebelles liberi abnegaſſent.

¶Quod iniqui iuſtitiam quam ſibi abeſſe ſentiunt/omnibus abeſſe putant:& in eos qui iuſtiores & innocentiſſimi ſunt/attrocius ſæuiunt:id eſt in ſeruos Chriſti menſurā patrum implentes:qui caput omnium iuſtorum Chriſtū occiderunt:eo q̃ diſſimilitudo vitæ criminoſæ ſitiat ſāguinem innocentium. Cap.IX.

NOnnunq̃ tamen ſentiunt ſe malos eſſe : & veterum ſæculorum ſtatum laudant : & de moribus ſuis meritiſq; coniectant abeſſe iuſtitiam:quam obſeruantes oculis ſuis non tantum non ſuſcipiunt nec agnoſcunt : verum etiam violenter oderunt & perſequuntur:& exterminare contendunt: Fingamus hanc interim non eſſe iuſtitiam:quam nos ſequimur quo

modo ſi illa venerit:quam verã putant:ea₃ recipient:qui laniant: & occidunt eos:quos & ipſi fatentur imitatores eſſe iuſtorũ:quia bona operantur & iuſta:cum ſi tãtummodo malos occiderent:digni eſſẽt ad quos iuſtitia nõ veniret:cui nulla fuit alia cauſa linquẽdi terram q̃ humani cruoris effuſio. Quanto magis cũ pios interficiant:& ipos iniuſtitiæ ſectatores ꝓ hoſtibus ducant:immo vero plus q̃ pro hoſtibus:quibus vtiq̨ cũ animas eoru₃ & opes & liberos ferro & igni appetant:tamen parcitur victis:& eſt locus inter arma clemẽtiæ. Aut ſi adeo ſęuiri placuit:nihil plus in eos fit.q̃ vt occidantur:vel in ſeruitutem abducantur. ❡Hoc vero ierrabile eſt:quod fit aduerſus eos qui male facere neſciũt. Et nulli nocẽtiores habẽtur:q̃ q ſunt ex omnibus innocẽtes Audent igitur homines improbiſſimi iuſtitiæ facere mentionem:qui feras immanitate vincunt:qui placidiſſimu₃ dei gregem vaſtant:ceu lupi rapaces atra in nebula: quos improba vẽtris Exegit cæcos rabies. Verũ hos ñ ventris:ſed cordis rabies efferauit.nec atra in nebula:ſed aperta predatione craſantur:nec eos vnq̃ conſcientia ſcelerũ reuocat:ne ſanctũ ac pium nomen iuſtitiæ ore illo violent:qui cruore innocẽtiũ tanq̃ rictus beſtiarum madent Hui⁹ tanti & tã pertinacis odij quẽ potiſſimũ cauſam eſſe dicamus? Vtrũne veritas odium pariat:vt ait poeta quaſi diuino ſpiritu inſtructus? An erubeſcunt coram iuſtis & bonis eſſe nequã an potius vtrumq̨? nam & veritas ideo ſemper inuiſa eſt:q̄ is q peccat:vult habere liberum peccandi locum: nec aliter ſe putat malefactorũ voluptatib⁹ ſecurius perfrui poſſe q̃ ſi nemo ſit cui delicta non placeant. Ergo tanquam ſcelerũ & malitiæ ſuæ teſtes extirpare funditus nituntur & tollere:graueſq̨ ſibi putant tanquam vita eorum coarguatur. Cur enĩ ſint aliqui intempeſtiue boni:qui corruptis moribus publicis cõuitiũ bene viuendo faciãt? Cur nõ oẽs ſint æque mali:rapaces: impudici:adulteri:periuri:cupidi:fraudulenti? quin potius auferantur:q bus coram male viuere pudet:qui peccantium fontem & ſi non verbis quia tacent:tamen ipſo genere vitæ diſſimili feriunt & verberãt caſtigare.n.videtur quicũq̨ diſſẽtit. Nec eſt magnopere mirãdũ ſi aduerſus homines iſta fiunt:cum aduerſus ipſum deum pp eandem cauſam inſurrexerit etiã populus in ſpe conſtitutus:nec dei neſcius: ſequiturq̨ iuſtos eadẽ neceſſitas:quæ ipſum iuſtitiæ violauit auctorem. Vexant ergo & exquiſitis pœnarũ generibus excruciãt:parũq̨ habent interficere quos oderunt:niſi etiã crudelitas corporib⁹ illudat. Sequi autẽ doloris vel mortis metu:vel ſuapte perfidia cæleſte ſacramẽtũ deſeruerit:& ad funeſta ſacrificia cõſenſerint:ec s laudãt: & honoribus mulgent:vt eorũ exemplo cæteros illiciãt. ❡Qui aũt magni exiſtimauerint;fidem:cultoreſq̨ ſe dei nõ abnegauerĩt:i eos

Chriſtianorũ perſecutiões.

Declamatio i eos q ĩiuſtitiam faciunt.

Locus ex. Virgi.

Veritas odium parit.

Terẽtij dictum.

Boni cur odio ſint i probis.

vero totis carnificinæ ſuæ viribus veluti ſanguinem ſitiant incūbūt: & deſperatos vocant: quia corpori ſuo minime parcunt: quaſi quicq̄ deſperatius eſſe poſſit q̄ torquere ac dilaniare eum: quem ſcias innocentem. Adeo vero nec pudor vllus apud eos ſupereſt: a quib9 abeſt: omnis humanitas: & detorquent in homines iuſtos conuitia ſibi congruentia. Impios enim vocant ipſi. ſ. pij & ab humano ſanguine abhorrentes: cū ſi & actus ſuos conſiderent: & illorum quos tanq̄ impios damnant: iam intelligant q̄ mendaces ſint: & his omnibus q̄ aduerſus bonos aut dicunt aut faciunt digniores. Non enim de noſtro ſed de illorum numero ſemp exiſtunt: qui vias obſideant armati: maria prędentur vel ſi pallam craſſari non licuit: venena clam tēperent qui vxores necent: vt dotes earum lucrentur: aut maritos vt adulteris nubant: qui natos ex ſe pueros: aut ſtrangulent: aut ſi minimū pij fuerint: exponant: qui libidines incæſtas nec a filia: nec a ſorore: nec a matre: nec a ſacerdote contineant: qui aduerſus ciues ſuos patriāq; coniurent: qui neq; eculeuȝ timeant: qui deniq; ſacrilegia cōmittant: & deorum (quos colunt) templa diſpolient: & vt q̄ leuia ſunt atq; inuſitata dicamus: qui hęreditates captent: teſtamenta ſupponāt iuſtos hęredes vel auferant: vel excludant: qui corpora ſua libidinibus proſtituant: qui deniq; immemores qui nati ſunt/ cum fœminis patientia certent: qui ſanctiſſimam quoq; corporis ſui partem cōtra fas omne polluant & prophanent: qui virilia ſua ferro metant: & (qd̄ eſt ſceleratius) vt ſint religionis antiſtites ne vitæ quidem ſuæ parcant: ſed extinguendas publice animas vendant: qui ſi iudices ſedeant: aut immeritos perdant mercede corrupti: aut noxios impune dimittant qui cælum quoq; ipſu ȝ veneficijs appetant: tāq̄ eorū malitiam terra non capiat: Hæc inquam & his plura ſcelera vtiq; ab his fiunt: qui deos colunt. Quis inter hæc tot & tanta iuſtitiæ locus eſt? Et ego de multis pauca collegi: non vt arguerem: ſed vt oſtendereȝ.

ſcelera gētilium.

mollicieri exprobratio.

Immemores qd̄ nati ſint. ſ. q; mares nō fœminæ.

¶ Qui volent ſcire omnia: Senecæ libros in manu ſumāt: qui morum vitiorumq; publicorum & deſcriptor veriſſimus: & accuſator acerrimus fuit. Sed & Lucillius tenebroſaȝ iſtam vitam circūſcripte breuiterq; depinxit his verſibus. Nunc vero a mane ad nocteȝ feſto atq; profeſto Totus itē pariterq; dies populuſq;: patreſq; Iactare: inde foro ſe oēs: decedere nuſq̄ Verba dare: vt caute poſſint pugnare doloſe. Vni ſe atq; eidem ſtudio omnes dedere & arti. Blanditia certare: bonum ſimulare viruȝ ſe: Inſidias facere/ vt ſi hoſtes ſint omnibus oēs. ¶ Noſtro auteȝ populo quid horum poteſt obijci: cui9 omnis religio eſt ſine ſcelere ac ſine macula viuere? Cum igitur videāt ſe ac ſuos ea que diximus gerere: noſtros autem nihil aliud operari niſi ęquū & bonum: poterant (ſiquid ſaperent) ex hoc intelligere: &

Seneca vitiorū accuſator acerrimus.

Hominuȝ pditiſſ. ſtudia.

Eadeȝ hic mediā breuiat. ſicut Virgili. eodē. vno eodē q; igni.

illos qui bonum faciunt: pios eſſe: & ſe impios qui nefanda committunt neq; enim fieri poteſt/ vt qui in omnibus vitæ ſuæ actibus non errant in ipſa ſumma errent. Hoc eſt in religione quæ rerum omnium caput eſt. Impietas enim ſuſcepta in eo quod eſt ſummum per cætera vniuerſa frequentatur eoq; fieri non poteſt vt ipſi qui errant in omni vita: non & in religione fallanť quoniam pietas in ſummo regulam tenens: tenorem ſuũ ſeruat & in cæteris. Ita fit vt in vtraq; parte de conditione rerum quę geruntur: qualis ſit ſumma ipſa noſcatur.

¶De impia iniquorum qui deum neſciunt pietate. Et quid & vbi ſit vera pietas: quam deorum cultores aſſequi nequeũt propter ſubiectas cauſas. Cap. X.

OPerępretium eſt cognoſcere illoruȝ impietateȝ: vt ex his quę clęmenter ac pie faciunt: poſſint intelligi qualia ſint quę ab his contra iura pietatis geruntur. At ne quem videar inclęmenter inceſſere: aliquaȝ mihi perſonam poeticam ſumam quę ſit vel maximum pietatis exemplum Apud Maronem. Rex ille: quo iuſtior alter

Nec pietate fuit: nec bello maior & armis. verg. loc.

Qui nobis documeuta iuſtitię protulit?

Vinxerat & poſt terga manus: quos mitteret vmbris

Inferias cęſo ſparſuros ſanguine flammas.

Quid poteſt eſſe hac pietate dementius: q̃ mortuis humanas victimas immolare: & ignem cruore hominũ tanq̃ oleo paſcere? Sȝ fortaſſe hoc non ipſius vitium fuerit: ſed poetæ: qui inſigneȝ pietate virum inſigni ſcelere fœdauit. Vbi eſt ergo poeta illa pietas quam ſæpiſſime laudas?

Ecce pius æneas Sulmone creatos:

Quattuor hic iuuenes totidem quos educat Vphens

Viuentes rapit inferias: quos immolet vmbris

Captiuoq; rogi perfundat ſanguine flammas.

Cur ergo dicebat eodẽ ipſo tẽpore quo vinctos ipſos hoies ad imolationem mittebat? Equidem & viuis concedere vellem: cum quos viuos habeat in poteſtate: vice pecudum iuberet occidi. Sed hæc vt dixi culpa non illius fuit: qui litteras fortaſſe non didicerat ſed tua qui cum eſſes eruditus: ignoraſti tamen quid eſſet pietas: & illud ipſum q̃d nefarie: q̃d deteſtabiliter fecit: pietatis eẽ officiũ credidiſti: videlicet ob hoc vnũ pi⁹ vocať: q̃a p̃reȝ dilexit. Quid q; bon⁹ Aeneas haud aſpernẽdas p̃cantes trucidauit? Adiuratus. n. p eundẽ p̃reȝ & æneas cur pius

ſpem ſurgentis Iuli: nequaq̄ perpecit furis accenſus & ira. Quiſquā ne igitur putet hūc aliquid in ſe viriutis habuiſſe qui & furore tanq̄ ſtipula exarſerit: & manium patris per quem rogabatur oblitus: irā frenare non quiuerit? Nullo igitur modo pius: qui non tantum non repugnantes: ſed etiam precantes interemit. Dicet hic aliquis Quę igitur: aut vbi: aut qualis eſt pietas? Nimirum apđ eos qui bella neſciunt: qui concordiam cum omni vi ſeruant: qui amici ſunt etiam inimicis: qui omnes hoīes ꝓ fratrib⁹ diligunt: qui cohibere irā ſciūt omnēq; animi furorē trāquilla moderatione lęnire. Quanta igitur caligo: quanta tenebrarum & errorū nubes hominū pectora obduxit: qui cū ſe maxime pios putant: tam maxime fiunt impij. Quāto enim religioſius terrenis iſtis ſimulachris ſeruiunt: tāto magis ſcelerati aduerſum nomē diuinitatis verę exiſtunt. Itaq; pro merito impietatis ſuę grauioribus malis ſępe vexantur: quorū cauſam qa neſciunt: fortunę culpa omnis aſcribitur & locū inuenit Epicuri philoſophia nihil ad deos pertinere cēſentis: nec gratia eos tāgi: nec ira moueri: quia & contēptores eorum ſępe videant beatos: & cultores ſępe miſeros. Quod eo fit quia cū religioſi videantur & natura boni nihil tale creduntur mereri: quale ſępe patiuntur. Conſolantur ſe tamen accuſatione fortunę: nec conſentiunt: ꝙ ſi eſſet vlla: cultoribus ſuis nunquā noceret. Merito igitur huiuſmodi pietatē pœna conſequitur: & offenſa diuinitas ſcelere hominū praue religioſorum graui eos infortunio mactat. Qui licet ſanctis moribus viuant in ſūma fide atq; innocentia: tamen quia deos colunt: quoꝝ ritus ipios ac ꝓphanos deus verus odio habet: a iuſtitia & a numine veræ pietatis alieni ſunt. Nec eſt difficile docere cur deorum cultores boni & iuſti eſſe nō poſſint. Quomodo eīm ſanguine abſtinebunt qui colunt cruētos deos Martem atq; bellonam? quomodo aut parentibus parcēt: qui expulſorem patris ſui Iouem? aut natis ex ſe infantibus: q colūt Saturnū? quō pudicitiā tuebunť: qui colūt deā nudam & adulterā: & quaſi apud deos ꝓſtitutā? quomodo ſe a rapinis & fraudibus abſtinebunt: qui Mercurij furta nouerunt: docentis non fraudis eē decipere ſed aſtutię? quomō libidines coercebunt: qui Iouē: Herculē: liberum: Appollinem: cęteroſq; veneranť: quorū adulteria & ſtupra ī mares & fœminas non tantum doctis nota ſunt: ſed exprimunť ēt in theatris atq; cantantur: vt ſint omnibus notiora? Poſſunt ne inter hęc iuſti eſſe homines: qui etiam ſi natura ſint boni: ab ipſis tamen dijs erudiantur ad iuſtitiā? Ad placandum enim deum quem colas: his rebus opus eſt quibus illum gaudere ac delectari ſcias. Sic fit vt vitam colentium deus pro qualitate numinis ſui formet: quoniam religioſiſſimus eſt cultus imitari.

Qui lic3 q̄uis religioſi ſãctis videanť viuere moribus in ſũma innocẽtia atq; fide q̄ iuxta Ciceronẽ officioru3 .j. li. ſic appellať qa fit qđ dicitur: tñ a iuſtitia & pietate vera ſũt alieni

¶Quod perſecutores chriſtianorum non modo beſtię fuerint ſed ipſis beſtijs brutiores & truciores. Quibus & quare tormentis martyres afficiant. Cap.XI.

His igitur hominibus qui deorum ſuorum moribus congruunt: quia grauis eſt & acerba iuſtitia: eandem impietatem ſuā qua in cæteris rebus vtuntur: aduerſus iuſtos violenter exercent. Nec immerito a prophetis beſtię nominantur. Præclare itaq;. M. T. Etenim ſi nemo eſt inquit qui mori malit: q̄ conuerti in aliquam figuram beſtiæ: q̄uis mentem hominis habiturus: q̄to eſt miſerius in hominis figura animo eſſe efferato? Mihi quidem tanto videtur: quanto eſt præſtabilior animus corpore? Aſpernantur itaq; corpora bæluarum: quibus ſunt ipſi ſæuiores: ſibiq; adeo placent: ꝙ homines ſint nati quorum nihil niſi linia menta & ſummam figuram gerunt. nam quis Caucaſus quæ India: quæ Hircania tā immanes tā ſanguinarias beſtias vnq̄ aluit? Quoniam ferarum omnium rabies vſq; ad ventris ſatietatem furit: fameq; ſedata protinus conquieſcit. Illa eſt vera beſtia: cuius vna iuſſione funditur aſter vbiq; cruor. Crudelis vbiq; luctus: vbiq; pauor: & plurima mortis imago. nemo huius tantæ bæluę immanitatem pōt ꝑ merito deſcribere qui vno loco recubans tamen per totum orbē dētibus ferreis ſęuit: & non tantum aſtus hominū diſſipat: ſed & oſſa ipſa comminuit: & incineres fundit: ne quis extet ſepulturę locus: quaſi vero id affectent: qui deum confitentur: vt ad eorū ſepulchra veniat: ac nō vt ipſi ad deū ꝑueniāt. Quęnā illa feritas: q̄ rabies quę inſania eſt: lucē viuis: terram mortuis denegaſſe? Dico igitur nihil eſſe miſerius his hominibus: quos miniſtros furoris alieni: quos ſatellites impię iuſſionis neceſſitas aut inuenit: aut fecit. non. n. bonor ille aut prouectio dignitatis fuit: ſed hominis dānatio ad carnificinam: dei vero ad pœnam ſempiternam. Quæ autem per totū orbē ſinguli geſſerint enarrare impoſſibile eſt. Quis. n. voluminum numerus capiet tam infinita tam varia genera crudelitatis? Accepta. n. poteſtate pro ſuis moribus quiſq; ſæuit. Alij prę nimia tumiditate plus auſi ſunt q̄ iubebantur. Alij ſuo proprio aduerſū iuſtos odio: quidā naturali mentis feritate: nonnulli vt placerent: & hoc officio viam ſibi ad altiora munirent. Alij ad occidendum pręcipites extiterunt: ſicut vnus in Phrigia: qui vniuerſum populum cum ipſo pariter conuenticulo concremauit Sed hic q̄to ſæuior: tanto clementior inuenitur. illud vero peſſimum genus eſt: cui clementię ſpecies falſa blanditur: ille ſęuior: ille grauior eſt carnifex: qui neminē ſtatuit occidere. Itaq; dici non poteſt: huiuſmodi iudices q̄ta & q̄ grauia tormentorum genera excogitauerint: vt ad effectum propoſiti ſui perueni-

Crudeles i hominū figura belue.

at

Martyrū cruciatus neceſſitas q̄liſcunq;.

rent. Hęc autem nõ tantum ideo faciunt: vt gloriari poſſint: nullum ſe innocentium peremiſſe: nam & ipſe audiui aliquos gloriãtes: quia adminiſtratio ſua in hac parte fuerit incruẽta: ſed & inuidiæ cauſa: ne aut ipſi vincantur: aut illi virtutis ſuę gloriam conſequantur. Itaꝗ in excogitandis pœnarum generibus nihil aliud q̃ victoriam excogitant. Sciunt enim certamen illud eē & pugnã. Vidi ego ĩ Bythinia pręſidem gaudio mirabiliter elatum tanq̃ barbarorum gentē aliquam ſubegiſſet: ꝗ vnus qui per biennium magna virtute reſtiterat poſtremo cædere viſus eſt. Contendunt igitur vt vincant & exquiſitos dolores corporibus immittunt: & nihil aliud euitant q̃ vt ne torti moriantur. Quaſi vero mors tantum nos beatos faciat: ac etiam non tormenta quanto fuerint grauiora: tanto maiorem virtutis gloriam pariant. Illi autem pertinaci ſtultitia iubent curam tortis diligenter adhiberi: vt ad alios cruciatus mẽbra renouentur & paretur nouus ſanguis ad pœnam. Quid tam pium tam beneficum tam humanuꝫ fieri poteſt? non curaſſent tam ſollicite quos amarent. Hæc eſt deorum diſciplina. Ad hęc opera cultores ſuos erudiunt: hæc ſacra deſiderant. Quinetiam ſceleratiſſimi homicidæ contra pios impia iura condiderunt: nam & conſtitutiones ſacrilegæ / & diſputationes iuriſperitorum leguntur iniuſtæ. Domitius de officio proconſulis libro ſeptimo reſcripta principum nefaria collegit: vt doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe cultores dei confiterentur. Quid his facias: qui ius vocant carnificinas veterum tyrannorum aduerſus innocentes rabidæ ſæuientium? Et cum ſint iniuſtitiæ crudelitatiſꝗ doctores: iuſtos eſſe ſe tamen ac prudentes videri volunt: cæci: & hebetes: ac rerum & veritatis ignari. Adeo ne vobis o perditæ mentes inuiſa iuſtitia eſt: vt eaꝫ ſummis ſceleribus adęquatis? Adeo ne apud vos perit innocentia: vt ne morte quideꝫ ſimplici dignam iudicetis: ſed ſupra omnia facinora habeatur nullum facinus admittere: pectuſꝗ purum ab omni ſceleris contagione præſtare? Et quoniam cõmuniter cum deorum cultoribus loquimur: liceat per hos / benefacere vobiſcum. Hæc eſt enim lex noſtra: hoc opus: hæc religio. Si vobis ſapientes videmur: imitamini. Si ſtulti: contemnite: aut etiam ridete ſi libet: nobis enim ſtultitia noſtra prodeſt. Quid latratis? quid affligitis? non inuidemus ſapientiæ veſtræ. Hanc ſtultitiam maluimus: hanc amplectimur. Hoc nobis credimus expedire: vt vos diligamus: & in vos ipſos qui odiſtis / omnia conferamus.

Contra p̃ſidē bythinienſem.

chriſtianorũ ſupplicia lege cõſtituta de iniquis legibus Tertullianum ĩ apologetico lege. vbi dicit. Quod adhuc vos repurgandę leges latēt

¶ Q̃ꝫ expetibilius eſt eſſe bonum & malum putari / q̃ malum eſſe & videri bonum. Cap. XII.

ESt apud Ciceronem non abhorrens a vero locus in ea dia

ſputatione:quę habetur a furio contra iuſtitiam.
Quęro inquit ſi duo ſint quorum alter optimus vir:ęquiſſimus ſumma iuſtitia:ſingulari fide:alter inſignis ſcelere & audacia:& ſi in eo ſit errore ciuitas:vt bonum illū virum:ſceleratum facinoroſum: ne phariū putet. Contra autem q ſit improbiſſimus: exiſtimetur eſſe ſūma probitate ac fide:proq̧ hac opinione omnium ciuium bonus ille vir vexetur:rapiatur:manus ei deniq̧ auferantur: effodiant ocu li damnetur:viciatur:vratur extermінetur:egeat. Poſtremo iure ēt optimo omnibus miſerrimus eſſe videatur:contra autem ille ipro bus laudetur:colatur:ab omnibus diligat. Omnes ad eum honores omnia imperia:omnes opes omnes deniq̧ copiæ conferantur. Vir deniq̧ optimus oīm æſtimatione & digniſſimus omni fortuna iudicetur Quis tandem erit tam demens:qui dubitet vtrum ſe eſſe malit? Profecto quaſi diuinaret quæ nobis mala: & quomodo ventura eēnt propter iuſtitiam:hoc poſuit exemplum. Hæc enim popul9 noſter patitur omnia errantium prauitate. Ecce i eo eſt errore ciuitas vel potius orbis ipſe totus:vt bonos & iuſtos viros tanq̄ malos & impios perſequatur:excruciet:damnet:occidat. Nam ꝙ ait neminem eſſe tam dementem:qui dubitet vtrum ſe eſſe malit. Ille quidē vt is qui contra iuſtitiam diſſerebat hoc ſenſit:malle ſapientē malū eſſe cum bona æſtimatiōe:q̄ bonum cum mala. A nobis autē abſit hęc amentia:vt falſū vero ante ponamus. An boni noſtri qualitas ex populi potius pendebit erroribus q̄ ex conſciētia noſtra: & iuditio dei Aut aliqua nos fœlicitas illiciet vnquam:vt non potius veram bonitatem cum omni malo:qua falſam cum omni proſperitate malimus Sua ſibi habeāt regna:reges:ſuas diuitias diuites vt loquitur Plautus)ſuam vero prudētiam prudentes:relinquant nobis ſtultitiā noſtram:quam vel ex hoc apparet eſſe ſapientiam qa eā nobis iuidēt Quis iam ſtulto inuideat:niſi qui ipſe ſit ſtultiſſimus? Illi autem nō adeo ſunt ſtulti vt ſtultis iuideant: ſed ex eoq̧ accurate:ꝙ ſolicite ꝑſequntur:ſtultos non eſſe concedunt:cur enim tam crudeliter ſæuiunt:niſi quia metuunt ne in dies inualeſcente iuſtitia cum dijs ſuis varicoſis reliquātur? ſi ergo cultores deorum ſapientes ſūt:nos ſtulti:quid metuunt ne ſapientes illiciantur a ſtultis?

Bonum ꝓſtat eē & malū putari:q̄ contra.

Nota ciceronē pene diuinaſſe de martyrū tēporibus.

¶ Quod ex eo pater iuſtitia chriſtianæ religionis: & veritas fidei ꝙ de cultoribus deorum creſcit eccleſia:ſed de eccleſia nec minis nec tormentis compelli poſſint ad cultum deorum licet quidā ſacrificaſſe ex infirmitate legant iuſti: q tñ poſtea per pœnitentiā(in quo nouatiani cōfutantur)ſurrexerūt fortiores Et ꝙ patientia martyrū ſolidiſſimū eſt chriſtianæ religionis fundamentum. Cap. XIII

CVm autem noſter numerus ſemper ex deorum cultoribꝰ augeatur: nunquam vero ne in ipſa quidem perſecutiõe minuatur: quoniam peccare homines & inquinari ſacrificio poſſunt: auerti autem a deo non poſſunt. Valet enī vi ſuauerítas. Quis eſt tam excors: tamq̃ cęcus: qui non videat ani vtraq̃ ſit parte ſapientia? Sed illi malitia & furore cæcantur: ne videant: ſtultoſq̃ arbitrantur eſſe: qui cū habeant in ſua poteſtate ſupplicia vitare: cruciari tamen & mori malunt: cum poſſint ex eo ipſo peruidere non eſſe ſtultitiam: in quam tanta hominum milia per orbem totum vna & pari mente conſenſiunt. Si enim fœminæ ſexus infirmitate labuntur: nam interdum iſti muliebrem: & anilem ſuperſtitionem vocant: viri certe ſapiunt: ſi pueri: ſi adoleſcentes improuidi ſunt per ętatem: maturi certe ac ſenes habent ſtabile iudicium. Si vna ciuitas deſipit: cæterę vtiq̃ innumerabiles ſtultę eſſe nõ poſſunt: ſi vna prouīcia: vna natio prouidentia caret: cęteras omnes habere intelligentiā recti neceſſe eſt. ¶ Cū vero ab ortu ſolis vſq̃ ad occaſum lex diuina ſuſcepta ſit: & omnis ſexus: & omnis ętas: & gens:

Iniurijs alij minis legūt

Satiſfacere: ꝑ penitentiam.

Fides firmior eſt quā reponit penitētia

& regio vnis ac paribus animis deo ſeruiant: eadem ſit vbiq̃ patientia: idem contemptus mortis: intelligere debuerant aliquid in ea re eſſe rōnis ꝙ non ſine cauſa vſq̃ ad mortē defendatur: aliquid fundamenti ac ſoliditatis ꝙ eam religionem non tantum iniurijs ac vexatiõe nõ ſoluat: ſed augeat ſemper & faciat firmiorem. ¶ Nā & in hoc quoq̃ illorum malitia conuincitur: qui euertiſſe ſe funditus religionem dei opinantur: ſi homines inquinauerint cum & deo ſatiſfacere liceat: & nullus ſit tam malus dei cultor: quin data facultate ad placandum deum reuertatur: & quidem deuotione maiori. Peccati ei conſcientia: & metus pœnę religionem facit: & ſemper multo firmior eſt fides quam reponit pœnitentia. Si ergo ipſi cum deos arbitrantur ſibi iratos: tamen donis: & ſacrificijs: & odoribꝰ placare eos credunt: quid eſt tandem ꝙ deum noſtrum tam immitem: tā implacabilem putent: vt videatur is iam chriſtianus eſſe nõ poſſe: qui dijs eorum coactus inuituſq̃ libauerit niſi forte contaminatos ſemel putant animum tranſlaturos vt ſua ſponte iam facere incipiāt: quod ꝑ tormenta fecerunt? Quis id officium libens ſubeat quod ab iniuria cœpit? Quis cum videat laterum ſuorum cicatrices: non magis oderit deos propter quos ęterna pœnarum inſignia: & impreſſas viſce-

Qꝫ vtilis ſit martyrum patiētia

ribus ſuis notas geſtet. Ita fit vt data diuinitus pace: & qui fugerunt vniuerſi redeant: & alius propter miraculum virtutis nouus populꝰ accedat. Nam cum videat vulgus dilacerari homines varijs tormētorum generibus: & inter fatigatos carnifices inuictam tenere patiētiam exiſtimant id quod res eſt: nec conſenſum tam multorum: nec

perſeuerantiam moriẽtium vanaꝫ eſſe:nec ipſã patientiã ſine deo cruciatus tãtos poſſe ſuperare. Latrones & robuſti corporis viri eiuſmodi lacerationes perferre nequeunt:exclamant:& gemitꝰ edunt: Vincuntur enim dolore:quia deeſt illis inſpirata patiẽtia. Noſtri autem (vt de viris taceam) pueri & mulierculę tortores ſuos tacite vincunt:& exprimere illis gemituꝫ nec ignis põt. Eant Romani & Mutio glorientur:& Regulo quorum alter necandum ſe hoſtibus tradidit q̄ captiuum puduit viuere. Alter ab hoſtibus depræhenſus cuꝫ videret ſe mortem vitare non poſſe:manum foco iniecit:vt pro facinore ſuo ſatiſfaceret hoſti:quem voluit occidere:eaq̄ pœna veniaꝫ quam nõ meruerat accepit. Ecce ſexus fœmineus:& fragilis ætas dilacerari ſe toto corpore vtriq̄ perpetitur non neceſſitate:quia lꝫ vitare:ſe velint:ſed voluntate quia confidunt in deo.

Latrones. Cõparatõ pulchra. Cõtra gloriã rõanorum. Sceuolæ fortitudo. Reguli cõſtãtia cur pui ęſtimetur

¶ De vera virtute chriſtianoruꝫ qui in culmine patientię cõſtituti philoſophos laudatores patientiæ ãtecedũt virtute patiendi. Et q̄ vanum:& ſtultum eſt imaginatam terram vt deum colere. Cap. XIIII.

SEd hęc eſt vera virtus:quam philoſophi quoq̄ gloriabũdi non re:ſed verbis inanibus iactant differentes nihil eſſe tam congruens viri ſapientis grauitati atq̄ conſtantiæ: q̄ nullis terroribus de ſententia & propoſito poſſe depelli: ſed tanti eſſe cruciari & mori:ne fidem prodat:ne ab officio diſcedat ne metu mortis aut dolore acerbo ſubactus aliquid faciat iniuſtuꝫ: niſi forte delirare illis veſter flaccus in lyricis:cum dicit Iuſtum & tenacem propoſiti virum Non ciuium ardor praua iubentium. Nõ vultus inſtantis tyranni mente Quatit ſolida. ¶ Quo nihil verius dici poteſt:ſi hoc ad eos referatur:qui nullos cruciatus: nullam mortem recuſant:ne a fide iuſtitiaq̄ declinent: qui non tyrannicas iuſſiones:non præſidum gladios tremunt:quo minus veram & ſolidã libertatem conſtanti mente defendant:quę in hoc ſolo tuenda ſapiẽtia eſt. ¶ Quis enim tam inſolens:tam elatus eſt:qui me vetet oculos in cęlum tollere:qui imponat mihi neceſſitatem vel colendi qđ noli. vel quod velim non colendi? Quid nobis iam vlterius relinquitur:ſi etiam hoc quod voluntate fieri oportet:libido extorquet aliena? nemo iſtud efficiet:ſi quid eſt nobis ad contẽnendam mortẽ doloremq̄ virtutis eſt. Quam conſtantiam ſi tenemꝰ: cur ſtulti iudicamur:facientes ea quæ philoſophi laudant? Recte igitur Seneca icõgruentiam hominibus obiectans ait. Summa virtus illis videtur magnus animus. Et iidem eum qui contemnit mortem:pro furioſo habent:quod eſt vtiq̄ ſummæ peruerſitatis. Sed hi vanarum religionũ cultores eadem ſtultitia id obijciunt:qua verũ deum nõ intelligunt

Horatij locus

quos Sibylla Erythrea κωφοῦσ καὶ ἀνοητουσ vocat ſurdos.ſcꝫ & excordes: qui nec audiant diuina: nec ſentiant. Sed terram digitis ſuis imaginatam metuant: & adorent.

¶Quare ſapientes habentur pro ſtultis: & quomodo ĩ duabꝰ p̄cipue virtutibꝰ; pietate.ſ.& æquitate iuſtitia cõſtet: & qd pietas ſecundum Trimegiſtum: & quid ęquitas ſecundũ Ciceronem quarum neutrũ aſſequi potuerunt Romani vel gręci: nec aliqui niſi chriſtiani. Cap.XV

Vę vero cũ cauſa ſit vt eos qui ſapientes ſũt ſtultos putẽt magna ratio eſt: nec.n.fruſtra fallũtur. Quæ nobis diligẽter eſt explicanda: vt errores ſuos tandem (ſi fieri poteſt) agnoſcant. Iuſtitia ſuapte natura ſpeciem q̃dam ſtultitiæ habet: qđ ego & diuinis & humananis teſtimonijs confirmare poſſum. Sed nihil fortaſſe apud iſtos agemus: niſi eos de ſuis doceamꝰ auctoribus non poſſe iuſtum quemq̃ eſſe: quod eſt coniunctum cum vera religione aut ſapientia: niſi idem ſtultus eſſe videatur. Carneades acadæmicæ ſectæ philoſophus cuius in diſſerendo quæ vis fuerit: quæ eloquentia: quod acumen qui neſcit ex prædicatione Cice. intelliget aut Lucillij: aqud quem diſſerẽs neptunus de re difficillima oſtẽdit non poſſe id explicare: nec ſi carneadem ipſum Orcus remittat:

Iuſtitia ſpeciem ſtultitiæ habet. carneadeſ phi elo quẽtia.

¶Is cum legatus ab athenienſibus Romam miſſus eſſet diſputauit de iuſtitia copioſe: audiente Galba & catone cenſoribus: maximis tunc oratoribus. Sed diſputationem ſuam poſtridie contraria diſputatione ſubuertit: & iuſtitiam quam pridie laudauerat: ſuſtulit: non quidem philoſophi grauitate: cuius prudentia firma & ſtabilis debet eſſe ſententia: ſed quaſi oratorio exercitij genere in vtramq; partem diſſerendi. Quod ille facibat: vt alios quodlibet aſſerentes poſſet refutare. Eam diſputationem qua iuſtitia ſubuertitur. Apud Ciceronem. L. Furius recordatur credo quoniam de repu. diſſerebat: vt defenſionem laudationẽq; ĩduceret: ſine qua putabat regi nõ poſſe rempu. Carneades autem (vt ariſtotelem refelleret ac Platonem iuſtitię patronos) prima illa diſputatione collegit ea omnia: quę p̄ iuſtitia dicebãtur: vt poſſet illa ſicut fecit euertere. Erat.n.facillimũ iuſtitiam radices non habentem labefactare: vt diceret anelantẽ laborare: qa tũ nulla in terra fuit: vt quid eſſet aut qualis a philoſophis diceretur. atq; vtinam tot ac tales viri q̃tum eloquentię: q̃tum animi: tantum etiam ſciẽtiæ ad implendam defenſionem ſummæ virtutis habuiſſent cuius origo in religione: ratio in ęquitate eſt. Sꝫ hi qui primam illam partem neſcierunt: ne ſecundam quidem tenere potuerũt. ¶Volo autem prius circunſcripte ac breuiter qđ ſit oſtendere: vt intelligaꝛ philoſophos ignoraſſe iuſtitiaꝫ: nec id quod mini

Biformẽ carneadiſ diſputatõnẽ allegat etiã fabiꝰ ĩ oratoria inſtitutione.

me nouerant potuiſſe defendere. Iuſtitia q̄uis omnes ſimul virtutes amplectatur: tamen duæ ſunt omnium principales: quę ab illa diuelli/ſepararíq; non poſſunt: pietas & æquitas: nam fides: tēperātia probitas: innocentia: integritas: & cæteræ huiuſmodi vel natura: vl inſtitutis parentum poſſunt ineſſe iiſdem hominibus: qui iuſtitiam neſciunt: ſicuti ſemper fuerunt. Nā Romani veteres: qui iuſtitia gloriari ſolebant: his vtiq; virtutibus gloriabantur: quæ (vt dixi) proficiſci a iuſtitia poſſunt: & ab ipſo fonte ſecerni. Pietas vero & ęqtas quaſi venę ſunt eius. His .n. duobus fontibus conſtat tota iuſtitia. Sed caput eius & origo in illo primo eſt: in ſecundo vis omnis/ac ratio. Pietas autem nihil aliud eſt q̄ dei notio: ſicut Trimegiſtus veriſſime diffiniuit (vt alio loco diximus) Si ergo pietas eſt cognoſcere deum: cuius cognitionis hæc ſumma eſt vt eum colas: ignorat vtiq; iuſtitiam qui religionē dei non tenet. Quomodo .n. poteſt ipſa; noſſe. qui vnde oriatur ignorat? Plato quidem multa de vno deo locutus eſt: a quo ait conſtitutum eſſe mundū: ſed nihil de religione: ſōniauerat enim: deum non cognouerat: q; ſi iuſtitiæ defenſione; vel ipſe vel quilibet alius implere voluiſſet: in primis religiones deoru; euertere debuit: quia contrarię ſunt pietati. Quod quidem Socrates quia facere tentauit: in carcerem cōiectus eſt: vt iam tunc appareret quid eſſet futurum his hominibus qui iuſtitiā veram defendere: deoq; ſingulari ſeruire cœpiſſent. Altera igitur iuſtitię pars eſt ęquitas: ęquitatem non dico vtiq; bene iudicandi: quod & ipſum laudabile eſt in homine iuſto. Sed ſecū cęteris coęquandi: quam Cicero ęqualitatem vocat. Deus .n. qui homines generat & inſpirat: oēs ęquos .i. pares eſſe voluit. Eandem conditionem viuendi omnibus poſuit: oēs ad ſapiētiā genuit oib⁹ īmortalitatē ſpopōdit. Nemo .n. a beneficiis ei⁹ cęleſtibus ſegregat̄. Nā ſicut oib⁹ vnicū ſuū lumē ęqualiter diuidit: emittit omnib⁹ fontes: victū ſubminiſtrat: quietē ſomni dulciſſimā tribuit: ſic omnib⁹ ęquitatē virtutēq; larg. t: nemo apd̄ eū ſeru⁹ ē: nemo domin⁹. Si .n. cūctis idē pr̄ ē: ęquo iure oēs liberi ſum⁹. Nemo ideo paup ē: niſi qui iuſtitia īdiget: nemo diues: niſi q virtutib⁹ plen⁹: nemo dēiq; ęgregius: niſi q bon⁹ & īnocēs fuerit: nemo clarim⁹: niſi q opa miſericordię largiter fecerit: nēo pfectiſſim⁹: niſi q oēs grad⁹ virtutis īpleuerit. Quare neq; Rōani: neq; gręci iuſtitiā tenere potuerūt: qa diſpares multis gradib⁹ hoīes hūerūt a pauperibus ad diuites: ab hūilibus ad potentes: a priuatis dēiq; vſq; ad regū ſublimiſſimas ptātes. Vbi .n. nō ſūt vniuerſi pes: ęqtas nō ē: & excludit ieq̄litas ipa iuſtitiā: cui⁹ vis oīs i eo ē. vt pes faciat eos: q ad hui⁹ vitę cōditionē pari ſorte veneřt.

De ęqtate chriſtianorū: quā philoſophi nō habētes nec iuenire nec defendere potuerunt. Cap. XVI.

*Marginal notes:* Iuſtitia q̄ quotue eius partes & quę. — Pietas q̄d. — Plato (& ſimilit̄ Ariſtoteles) d̄ um ſōniauit: nō cognouit. — Socratis carcer pręſignauit chriſtianis futura. — Aequitas. — Aeq̄litas. quum ipe det oibus vitā & inſpirationē & oiā Ac tuū ſeptio

DVobus igitur illis iuſtitiæ fontibus immutatis omnis vir
tus & omnis veritas tollitur: & ipſa iuſtitia remigrat ī cæ
lum. Ideo non eſt verum illud bonum a philoſophis rep
tum: quia ignorabant vel vnde oriretur: vel quid efficeret:
quod nullis alijs præterq̃ noſtro populo reuelatum eſt. Dicet aliqs.
Nonne ſunt apud vos alij pauperes: alij diuites: alij ſerui: alij domi
ni? nonne aliquid īter ſingulos intereſt? Nihil. nec alia cauſa eſt cur
nobis inuicem fratrum factum nomen impertiamus: niſi quia pares
eſſe nos credimus. nam cum omnia humana non corpore ſed ſpiri
tu metiamur tametſi corporum ſit diuerſa conditio: nobis tamē ſer
ui non ſunt ſed eos: & habemus: & dicimus ſpiritu fratres religione
conſeruos. Diuitiæ quoq; non faciunt inſignes: niſi quos poſſunt bo
nis operibus facere clariores. Diuites ſunt enim non qui diuitias ha
bent: ſed qui vtuntur illis ad opera iuſtitiæ. Et qui pauperes viden
tur: eo tamen diuites ſunt: quia & egent & concupiſcunt nihil. Cum
igitur & liberi ſeruis: & diuites pauperibus: humilitate animi pares
ſumus: apud deū tamen virtute diſcernimur. Tanto quiſq; ſublimi
or eſt quanto iuſtior. Si enim iuſtitia eſt quaſi parem ſe etiam mino
ribus facere q̃q̃ hoc ipſo pręcellat: ꝙ ſe inferiorib9 coęquauit: tamē
ſi non tantum quaſi parem/ſed etiam quaſi minorem ſe geſſerit: vti
q; multo altiorem dignitatis gradum deo iudice conſequetur. Nam
profecto in hac ſæculari vita quamq̃ breuia & caduca ſunt omnia) &
præferunt ſe alteris homines: & de dignitate contendunt: quo nihil
fœdius: nihil arrogantius: nihil a ſapientis ratione ſemotius. Rebus
.n. cæleſtibus contraria ſunt iſta vniuerſa terrena. Sicut .n. ſapientia
hominū ſumma ſtultitia eſt apud deum. Stultitia (vt docui) ſumma
ſapientia eſt: ſic deo humilis & abiectus eſt: qui fuerit conſpicuus &
ſublimis in terra. nam vt taceam ꝙ hęc pręſentia terrę bona. quibus
magnus honor tribuitur: virtuti contraria ſunt: & vigorem mentis
eneruant: quę tandem poteſt firma eſſe nobilitas: quę opes: quę po
tentia cum poſſit deus reges quoq; ipſos inferiores etiam infimis fa
cere. Et ideo conſulens nobis deus: inter diuina pręcepta. illud prę
cipue poſuit. Qui ſe extollit humiliabitur: & qui ſe humiliat exalta
bitur. Cuius pręcepti ſalubritas docet: ꝙ qui ſe apud homines pla
num fecerit: humilemq; prębuerit: hic apud deum pręcellens & in
ſignis habeatur. nec enim falſa eſt illa ſententia: quę apud Euripidē
fertur in hūc modum. Quę hic mala putantur: hæc ſūt in cęlo bona.

*christiani ſe fratres appellabant.*

*Paulus ad Corin.*

*Mala quę putantur hic: in cælo ſūt bōa.*

¶ Quomodo Carneades & iura pro vtilitate ſancita: & veram /iho
minibus iuſtitiam: niſi forte ſtultis/collegerit inueniri non poſſe: &
ciuilis iuſtitia ſapientiam quidem habeat: ſed iniuſtam. naturalis au
tem iuſta ſit vtiq;: ſed ſapientiā omnino non habeat. Cap. XVII.

EXpoſui cauſam cur philoſophi nec inuenire iuſtitiã: nec defendere potuerunt. Nunc redeo ad illud quod intenderam. ¶Carneades ergo quoniam erant infirma: quę a philoſophis differebantur: ſumpſit audaciam refellendi quia refelli poſſe intellexit. Eius diſputationis ſumma hæc fuit Iura ſibi hoies pro vtilitate ſanxiſſe. ſ. varia pro moribus: & apud eos pro tẽporibus ſæpe mutata: ius autem naturale eſſe nullum. Oẽs & homines & animantes alias ad vtilitates ſuas natura ducente ferri. Proinde aut nullam eſſe iuſtitiam: aut ſi ſit aliqua/ſũmam eſſe ſtultitiã. qm̃ ſibi noceret alienis cõmodis cõſulẽs & iferebat hęc argumẽta oib⁹ populis: q florerẽt iperio: & Romanis quoq; ipſis: q toti⁹ orbis potirenť domino. ſi iuſti velit eẽ: hoc ẽ ſi aliena reſtituãt: ad caſas eẽ redeundũ: & in neceſſitate ac miſerijs iacendum: tum omiſſis cõibus ad ꝓpria veniebat. Bonus vir inquit ſi habeat ſeruum fugitiuũ: vel domum inſalubrẽ ac peſtilentem: quę vitia ſolus ſciat: & ideo ꝓſcribat: vt vendat: vtrum ne profitebitur fugitiuum ſeruuꝫ ac peſtilẽtem domum ſe vendere: an cælabit emptorem? Si profitebitur emptori fugitiuũ eſſe: bonus quidem: quia non fallet. Sed tamen ſtult⁹ iudicabitur: quia vel paruo vendet: vel omnino non vendet. Si cęlauerit: erit quidem ſapiens: quia re conſulet. Sed idem malus quia fallet. Rurſus ſi reperiat aliquem: qui aurichalchuꝫ ſe putet vẽdere cum ſit illud aurum: aut plumbum cum ſit argentum: tacebit ne vt id paruo emat: an id indicabit vt magno? Stultum plane videtur emere malle magno. Vnde intelligi volebat: & eum qui ſit iuſtus ac bonus ſtultum eſſe: & eum qui ſapiens malũ. Et tamen ſine pernicie fieri poſſe: vt ſint homines paupertate cõtenti. Trãſibit ergo ad maiora in quibus nemo poteſt ſine periculo vitæ iuſt⁹ eſſe Dicebat n. nempe iuſtitia eſt hominem non occidere: alienũ prorſus non attingere. Quid ergo iuſtus faciet: ſi forte naufragium fecerit: & aliquis imbecillior viribus tabulam cœperit: nõne illuꝫ a tabula deturbabit: vt ipſe conſcendat: eaq; nixus euadat? Cum maxime ſit null⁹ medio mari teſtis. Si ſapiens eſt faciet. Ipſi. n. pereundum eſt niſi fecerit. Si autem mori maluerit q̃ manus inferre alteri iã vero iuſt⁹ ẽ: ſed ſtultus eſt: qui vitæ ſuę non parcat: dum parcit alienæ. Item ſi acie ſuorum fuſa hoſtes inſequi cœperint: & iuſtus ille nactus fuerit aliquem ſaucium equo inſidentem: ei ne parcet vt ipſe occidatur: an deijciet ex equo: vt ipſe poſſit hoſtem effugere? Quod ſi fecerit ſapiens: ſed idem malus. Si non fecerit: iuſtus ſed idem ſtultus ſit neceſſe eſt. Ita ergo iuſtitiam: cũ in duas partes diuiſiſſet: alteram ciuilem eſſe dicens/alterã naturalẽ: vtraq; ſubuertit: ꝙ illa ciuilis ſapiẽtia ſit quidẽ: ſed iuſtitia non ſit. Naturalis autem illa iuſtitia ſit qui-

Iura ſibi hoies ꝓ vtilitate ſãxiſſe Rõani ꝑ iiuriã rapuerãt oia pene.

Aurichalcũ auro viliꝰ plumbũ argẽto

Iuſtitia naturalis & ciuilis.

dem:ſed non ſit ſapientia. Arguta hæc plane & venenata ſũt & quæ M. Tullius non potuerit refellere. Nam cum faciat Lęliũ Furio reſpõdentem: proq; iuſtitia dicentẽ:irrefutata hęc tanq̃ foueam eſt ꝑ tergreſſus:vt videatur idem Lælius non naturalem quę in ſtultitiæ crimẽ venerat:ſed illam ciuilem defendiſſe iuſticiam:quam Furius ſapientiam quidem eſſe conceſſerat:ſed iniuſtam.

¶ Contra Carneadem:ꝙ nec ſtultus poteſt eſſe iuſtus / nec ſapiens iniuſtus: & ꝙ innocentibus & iuſtis deus ſemper optime cõſulit: & neceſſaria prouidet:quę patent ex diffinitione ſtultitiæ & ſapientiæ & quæ ſit cognatio hominis & dei. Ca. XVIII.

QVod ad præſentem diſputationẽ pertinebat: oſtẽdit quo modo iuſtitia ſimilitudinem ſtultitiæ gerat: vt appareat non ſine cauſa decipi eos:qui putãt noſtræ religionis homines ſtultos eſſe:qui talia videantur facere qualia ille propoſuit. Nunc maius a me exigi ſentio : vt oſtendam quare iuſtitiam deus ſtulticiæ ſpecie conuolutam ex oculis hominum voluerit auferre. Si prius Furio reſpondero:quia parum plene reſpondit. Lælius qui profecto licet ſapiens fuerit(vt vocabatur)patrocinari tamen veræ iuſtitiæ nullo modo poterat:quia caput ipſum fonte mq; iuſtitiæ nõ tenebat:nobis autem facilior eſt ipſa defenſio. Quibus cæleſti beneficio familiaris:ac penitus nota iuſticia eſt:quiq; illam non nomine:ſed re nouimus. Nam Plato & Ariſtoteles honeſta quidem volũtate iuſtitiam defendere cupierunt:effeciſſentq; aliquid:ſi conatus eorum bonos:ſi eloquentia:ſi virtutem ingenij diuinarũ quoq; rerꝫ doctrina iuuiſſet. Itaq; opus illorũ inane atq; inutile iacuit: nec cuiq̃ hominũ perſuadere potuerunt:vt eorꝫ proſcriptio viueret:quia fundamentum a cælo diſciplina illa nõ habuit noſtrum opus certius ſit neceſſe eſt:quod deus docuit. Illi enim depingebant verbis : & imaginabantur iuſtitiam:quę in conſpectu non erat:nec præſentibꝰ exẽplis confirmare poterant quę differebant. Reſponderi eñi poſſet ab audientibus non poſſe ita viui ſicut illi ſua diſputatione proſcripſerũt adeo vt nulli adhuc extiterint:qui id genus vitę ſequerẽtur. nos autem non verbis modo ſed etiã exemplis ex vero petitis vera eſſe quæ a nobis dicuntur:oſtendamus. Senſit igitur Carneades quę ſit natura iuſtitiæ niſi ꝙ parum alte proſpexit ſtultitiam non eſſe :q̃q̃ intelligere mihi videar qua mẽte id fecerit. Nõ ei vere exiſtiauit eũ ſtultum eſſe:quia iuſtus eſt. Sed cũ ſciret non eſſe:& rationem tamẽ cur ita videretur non compręhenderet:voluit oſtendere laterei abdito veritatem vt decretũ diſciplinę ſuæ tueretur:cuius ſumma ſententia eſt nihil percipi poſſe. Videamus ergo vtrũ ne iuſtitia fœdus aliquod habere cum ſtultitia poſſit. Iuſtus inquit ſi aut equũ ſaucio

Læliꝰ ſapiẽs habitꝰẽ

Platoni & Ariſtoteli diuinarũ rerum doctrina defuit.

aut tabulam naufrago ademerit: vt ipſe animam ſuam liberet: ſtultus eſt. Primum omnium nego vllo modo fieri poſſe: vt homini qui quidem vere iuſtus ſit eiuſmodi caſus eueniat: quia iuſtus neq̨ cuiq̃ noto inimicus: nec quicquam omnino appetit alienum. Cur enim nauiget: aut quid petat ex aliena terra: cui ſufficit ſua? Cur autem belligeret: aut ſe alienis furoribus miſceat: in cuius animo pax cum hominibus perpetua verſetur? Scilicet peregrinis mercibꝰ: aut humano ſanguine delectabitur: q neq̨ lucrū ſciat appetere: cui ſufficit victꝰ & nō mō ipſe cædē facere: ſed intereſſe facientibus: ac ſpectare ducat nefas. ¶ Sꝫ omitto iſta: quoniam fieri poteſt: vt vel inuitus ad hæc ſubeunda cogatur. Adeo ne iuſtitiā o Furi: vel potius o Carneadæ: cuius eſt illa omnis ratio: tam inanem: tam ſuperuacuam: tā q̨ contemptam deo putas: vt nihil poſſit: nihilq̨ habeat in ſeſe: qđ ad cuſtodiam ſui valeat? Sed videlicet qa ſacramentū hominis ignorant: ideoq̨ ad hanc vitam temporaleꝫ referunt omnia quāta ſit vis iuſtitiæ ſcire non poſſunt. Nam & cū de virtute diſputant: q̃uis intelligant ęrūnis ac miſerijs eſſe pleniſſimam: tamen expetendā eē aiūt ſua cauſa. Eius eī prę́mia: quę ſunt ęterna & immortalia nullo modo vident: ſic rebus omnibus ad hanc prę́ſentem vitam relatis: virtutem plane ad ſtultitiam redigunt. Siquidem tantos huius vitæ labores fruſtra & inaniter ſuſcipit. Sed hæc alio loco pleniꝰ. ¶ Interiꝫ de iuſtitia: vt cœpimus: cuius tanta vis eſt: vt cum oculos in cælum ſuſtulerit: a deo mereatur omnia. Recte igitur Flaccus tantam eē dixit innocentiæ vim vt ad tutelam ſui nō egeat: nec armis: nec viribꝰ quacunq̨ iter fecerit. Integer vitę ſceleriſq̨ purus Non eget mauris iaculis: nec arcu: Nec venenatis grauida ſagittis Fuſte faretra Siue per ſyrtes iter ęſtuoſas: Siue facturus per inhoſpitalem caucaſū: vel quę loca fabuloſus Ambit Hydaſpes. Nō poteſt ergo fieri: quin homineꝫ iuſtum inter diſcrimina tempeſtatū: atq̨ bellorum cæleſtis tutela cuſtodiat: ac non etiam ſi cum parricidis & nocentibus nauiget aut malis perdatur quoq̨: vt vna iuſta & innocens anima liberetur: aut certe pereūtibus cęteris ſola ſeruetur: ſed concedamus poſſe fieri quod proponit philoſophus. quid ergo iuſtus faciet: ſi nactus fuerit aut in equo ſaucium/aut in tabula naufragum? non inuitus confiteor: morietur potius q̃ occidet. nec ideo tamē iuſtitia quod eſt ſingulare hominis bonum ſtultitiæ nomen accipiet. quid eniꝫ melius: quid clarius homini eſſe debet: q̃ innocentia: quę vtiq̨ tanto perfectior ſit neceſſe eſt/q̃to illam produxeris ad extremum: moriq̨ malueris: nequid de innocentiæ ratione minuatur: ſtultitia eſt inquit alienę animæ parcere cū pernicie ſuæ Nū etiā pro amicitia pire ſtultū iudicabit? qđ ergo familiares illi pythagorici laudāt a nobis: quo

Vide huiuſmodi quo q̨ q̃ſtiões apđ Ciceronē libro officioruꝫ tertio & apud Thomā i ſecunda ſecūdę

Horatij locꝰ ex odis

Damō & Pythias amicitię exemplum.

rum alter ſe tyranno vadē mortis pro altero dedit:alter ad pręſtitu-tum tempus:cum iam ſponſor eius duceretur:pręſentiam ſui fecit: eumq́ʒ interuentu ſuo liberauit: quorū virtus in tanta gloria non ha beretur:cum alter pro amico:alter etiam ꝓ fide mori voluit: ſʒ ſtul-ti putarentur. Deniq́ʒ ob hanc ipſam virtutem tyrānus his gratiam rettulit vtrūq́ʒ ſeruando: & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt quinetiā deprecatus eſſe dicitur:vt ſe tertiū in amicitiā reciperēt nō vtiq́ʒ tāq̄ ſtultos:ſed tāq̄ bonos & ſapiētes viros. Itaq́ʒ nō video quare cum pro amicitia & fide mori ſumma gloria computetur:non etiaʒ pro innocentia perire ſit homini glorioſum. Ergo ſtultiſſimi ſūt qui nobis crimini dant mori velle pro deo:cū ipſi eum:qui pro homine

Cōcluſio. voluit mori:in cælū ſummis laudibus tollant. ¶Deniq́ʒ vt cōcludaʒ diſputationem non poſſe eundem ſtultum eſſe ac iuſtum: & eundē ſapientem: & iniuſtum docet ipſa ratio. Qui enim ſtultus eſt:qd ſit

Stult⁹ ſēp peccat. bonum ac iuſtum neſcit:& ideo ſemper peccat. Ducitur ei quaſi ca ptiuus a vitijs nec reſciſcere vllo modo poteſt:qa caret virtute: quā

Iuſtus eſſe ſtul⁹ nō pt. neſcit. Iuſtus autem ab omni peccato ſe abſtinet:qđ aliter facere nō pōt:q̄ ſi habeat recti prauiq́ʒ notitiā. Rectū autē diſcernere a prauo quis poteſt:niſi ſapiens? Itaq́ʒ fit:vt nunq̄ poſſit iuſtus eſſe: qui ſtult⁹ eſt:neq́ʒ ſapiens qui fuerit iniuſtus. Quod ſi eſt veriſſimū: manifeſtū eſt eum:qui aut naufragio tabulam:aut equum ſaucio non ademe-rit ſtultū nō eē: quia hoc facere peccatū ē: a quo ſe ſapiens abſtinet. Videri tamen & ipſe profiteor per hominū erroreʒ ignorantiā cuiuſ q́ʒ rei proprietatē. Itaq́ʒ omnis hęc queſtio/non taʒ argumentis q̄ de

Stultitia quid. finitione diſſoluitur. Stultitia igitur eſt in factis dictiſq́ʒ per ignoran tiam recti ac boni erratio. Ergo ſtultus non eſt:qui ne ſibi quidē par cit dūmodo alteri non noceat:quod eſt malū. Quod quidem nobis & rō & veritas ipſa preſcribit. In omnibus enim videmus animali-bus:qui ſapientia carent:conciliatriceʒ eſſe naturam:nocent ei alijs vt ſibi proſint:neſciunt enim quia malum eſt nocere. Homo vero q̄ ſcientiam boni ac mali habet ſe abſtinet a nocendo: etiā cum incō-modo ſuo:quod animal irrationale facere non poteſt. Et ideo inter ſummas hominuʒ virtutes innocentia numeratur: quibus rebus ap paret ſapiētiſſimū eſſe:qui malit perire ne noceat:vt id officiū quo a mutis diſcernitur/ſeruet. Nam qui vēdentis errorem non redarguit: vt aurum paruo emat:aut qui non profitetur ſeruū fugitiuuʒ/ vel pe ſtilentem ſe domū vendere:lucro & cōmodo ſuo cōſules: non eſt il-le ſapiens:vt carneades videri volebat:ſed callidus & aſtutus. Calli ditas & aſtutia in multis quoq́ʒ animalibus ſunt: vel cū inſidiantur

Sapientia quid. alijs/& dolo capiūt vt deuorēt:vel cū iſidias aliorū vario genere de-ludūt. Sapiētia vero i hominē ſolū cadit. Sapiētia.n.eſt intelligentia

vel ad bonum rectũq; faciendũ v·l abſtinentia delictorũ factorũq; improborũ. Lucro autem nunq̃ ſapiens ſtudet: quia bona hęc terrena contẽnit: nec quẽquam falli patitur: quia boni viri officium eſt errores hominũ corrigere: eoſq; in viã reducere. Siquidẽ ſocialis hominis eſt ac benefica natura: qua ſola cognationẽ cũ deo habet.

¶ Q; ignoratio immortalitatis & dei veri prædictorum cauſa errorum eſt: & mortem meretur æternam. Et ꝙ homo non ſit hominis genitor/ſed miniſter generationis. Et quare deus veram ſapientia; voluit ſub ſpecie ſtultitiæ occultari. Cap.XIX.

SEd nimirum hæc cauſa efficit: vt ſtultus eſſe videatur: qui egere aut mori malit: q̃ noceat vel eripiat aliquid alteri: ꝙ hominẽ morte deleri putãt. Ex eaq; perſuaſione omnes tũ vulgi: tũ etiam philoſophorum naſcuntur errores. Si enim poſt mortem nihil ſumus profecto ſtultiſſimi eſt hominis non huic vitę conſulere: vt ſit q̃ diutina & commodis omnibus plena. Quod qui faciet a iuſtitiæ regula diſcedat neceſſe eſt. Si aute; ſupereſt homini vita melior & longior (quod & philoſophorum magnorum argumẽtis: & vatũ reſpõſis: & prophetarum diuinis vocibus diſcimus) Hãc pręſentem cum ſuis bonis contemnere ſapientis eſt: cuius omnis iactura imortalitate penſatur. apud Ciceronem idem ipſe iuſtitię defenſor Lælius: vult inquit plane virtus honorem. nec eſt virtutis vlla alia merces. Eſt plane & quidem virtute digniſſima: quam tu Læli nequaq̃ poteras ſuſpicari. Nihil enim diuinarum noueras litteraru; quã tñ illa (iqt) accipit facile/exigit non acerbe. Erras vehemẽter: ſi putas ab homine pręmiu; ſolui poſſe virtuti. Cum ipſe alio loco veriſſime diſſeras: huic viro quas diuitias obijcies? quæ imperia? q̃ regna? quis iſta putat humana: ſua bona diuina iudicat. Quis ergo te ſapiẽtẽ Læli putet: cũ ipſe tibi loquaris contraria? Et paulo poſt adimis virtuti quę dediſti. Sed videlicet ignorantia veri facit incertam labẽtẽq; ſententiã. Deinde quod adiungis. Sed ſi aut ingrati vniuerſi: aut inuidi multi: aut inimici potentes: ſuis virtutem pręmijs ſpoliant. O q̃ fragilem/q̃ inanẽ virtutem induxiſti: ſi ſpoliari poteſt ſuo pręmio. Quę ſi bona ſua diuina iudicat (vt aiebas) qui poſſunt exiſtere ta; ingrati: tam inuidi: ta; potentes: qui virtutẽ ſpoliare valeãt his bonis/quę fuerint in eã collocata diuinitus? Ne illa ſe inquit mł̃tis ſolatijs oblectat: maximeq; ſuo decore ſe ipſa ſuſtentat? Quibus ſolatijs: quo decore: cu; in crimen ſępe veniat: & in pœnã decor ille vertatur? Quid.n. ſi (vt Furius dicebat) rapiat̃: vexetur exterminẽ egeat: auferantur ei manus: effodiantur ei oculi: damnẽ. vinciatur vratur: miſeris etiam modis necetur: perdet ne ſuũ pręmiũ virt⁹? An potius peribit ipſa? Minime. S; & mercede; ſuã deo iudice accipiet

Probatio ęterne vitę.

Virtutis vnica merces honor: apud Ciceronem.

Virtutis laus.

> Ex virtus natura oñdit animę īmortalitas ſic paul⁹ prię ad Corin. xv. ſi pro hac vita tm̄/in Chriſto ſperantes ſumus: miſerabiliores ſumus oib⁹ hominibus. chriſtiani pro ſtultis habebantur a ſtultis.

& viuet: & ſemper vigebit. Quæ ſi tollas: nihil poteſt in vita hominū tam inutile: tā ſtultū videri eſſe/q̃ virtus: cuius naturalis bonitas & honeſtas docere nos poteſt: animā non eſſe mortalē: diuinūq; illi a deo pręmiū conſtitutū. Sed iccirco virtutem ipſā deus ſub perſona ſtultitię voluit eſſe cęlatā: vt myſteriū veritatis ac religionis ſuæ eēt arcanū: vt has religiones: ſapientiāq; terrenā extollentē ſe alti⁹: ſibiq; multū placentem: vanitatis erroriſq; dānaret. vt propoſita deniq; difficultate: per anguſtiſſimos tramites ad immortalitatis pręmium ſublime pduceret. Docui (vt opinor) cur populus noſter apđ ſtultos ſtultus haberetur. Nā cruciari atq; interfici malle: q̃ thura tribus digitis cōprehenſa in focū iactare: tam ineptū videtur q̃ in periculo vitæ alterius animā magis curare q̃ ſuam. neſciūt. n. q̃tum ſit nefas adorare aliud pręterq̃ deū qui cōdidit cælū: atq; terrā: qui humanū gen⁹ finxit: īſpirauit: luce donauit. Q; ſi ſeruorū nequiſſimus habetur: qui dominū ſuū fuga deſerit: iſq; verberibus: vinculis: ergaſtulo & cruce: & omni malo digniſſimus iudicatur. Et ſi filius eodē modo perditus atq; impius exiſtimatur: qui patrē ſuū dereliquerit: ne illo obſequatur: ob eāq; cām dignus putatur: qui ſit exhęres: & cui⁹ nomen de familia in perpetuū deleatur. Quāto magis qui deū deſerit: in quem duo vocabula domini & patris æque veneranda conueniunt? nam ille qui ſeruū precio cōparat: quid in eum beneficij cōfert: præter q̃ alimenta: quę illi vtilitatis ſuæ gratia ſubminiſtrat? Et qui filium generat non habet poteſtatem vt concipiatur: vt naſcatur: vt viuat. Vnde apparet non eſſe illum patrem: ſed tantummodo generandi miniſtrū. Quibus ergo ſupplicijs dignus eſt deſertor eius: qui & dominus verus & pater eſt: niſi his quę deus ipſe conſtituit? qui ſpiritibus iniuſtis æternum parauit ignem quod ipſe per vates ſuos impijs ac rebellibus comminatur.

> Patrē nolite vocare vobis ſup terrā. vn⁹ eſt eni pater veſter q̃ i cęlis eſt Matthęi. xxiij.

¶ De inſania eorum: qui deos colunt: & non audent ratione contendere cum fidelibus: & quare ſacrorum ſilentium inducunt: & q; religio per patientiā defendenda eſt: & ratione potius q̃ ſæuitia/ferro/vel igne: & quantum & in quibus differunt religionis veræ cultus & falſæ. Cap. XX.

DIſcant igitur & ſuarū & alienarum interfectores animarū q̃ inexpiabile facinus admittant. Primū q; ſeipſos iugulant perditiſſimis dęmonibus ſeruiendo: quos deus in æterna ſupplicia damnauit. deinde q; nec ab alijs deum coli patiuntur. Sed auertere homines ad mortifera ſacra contendunt: nitunturq; ſumma diligentia: nequa ſit anima incolumis in terra: quæ ſaluo ſtatu ſuo ſpectet in cælum. Quid aliud dicam q̃ miſeros: qui pręedonū ſuorum inſtigationibus parent: quos

deos eſſe opinantur:quorum neq; conditionem: neq; originem:ne q; nomina:neq; rõnem ſciunt? Sed hic hærentes perſuaſioni vulgari libenter errant:& ſtultitię ſuę fauent. A quibus ſi perſuaſionis ei9 rationem requiras:nullã poſſunt reddere:ſed ad maioꝝ iudicia cõfugiunt. Quod illi ſapientes fuerint:illi probauerit:illi ſciuerint: qd eſſet optimũ:ſeq; ipſos ſenſibus ſpoliet:ratiõe abdicãt: dũ alienis erroribus credũt. Sic impliciti rerum omniũ ignorantia:nec ſe:nec deos ſuos norunt. Atq; vtinã ſoli errare:ſoli deſipere vellent. Alios etiã in conſortium mali ſui rapiunt:quaſi habituri ſolatium de perditõe multorũ. Sed hęc ipſa ignorantia effecit:vt in perſequendis ſapiẽtibus tam mali ſint:fingũt ſe illis cõſulere:illos ad bonã mentem velle reuocare:nũ igiť hoc ſermone:aut aliqua ratiõe reddita facere nitũtur? Minime. Sed vi atq; tormentis. O mira & cęca dementia:in his putatur mala mens eſſe:qui fidem ſeruare conantur. In carnificib9 autem bona. In his ne mala mens eſt:qui contra ius hũanitatis: contra fas omne lacerantur? An potius in his qui ea faciunt in corporibus innocentiũ:quę nec ſęuiſſimi latrones:nec iratiſſimi hoſtes:nec barbari aliquando fecerunt. Adeo ne etiam ſibi mentiuntur: vt viciſſim boni ac mali nomĩa transferãt:& imutent? Quid ergo? Num diẽ noctẽ vocant:ſolem tenebras? Alioqui eadem impudẽtia eſt bonis malorum nomen imponere:ſapientibus ſtultorũ:iuſtis impioꝝ quiimmo ſiqua illis fiducia eſt:vel ĩ philoſophia:vel in eloquẽtia arment ſe:ac refellant hæc noſtra. Si poſſunt congrediantur cominus & ſingula quęq; diſcutiant. Docet eos ſuſcipere defenſionem deoꝝ ſuoꝝ:ne ſi noſtra inualuerint (vt quotidie inualeſcunt) cũ delubris ſuis & ludibrijs deſeranť. ¶ Et qm̃ nihil poſſunt (Augetur.n.illis religio dei quanto magis ꝑmitur) ratione potius & hortamentis agãt Procedunt in medium pontifices:ſeu minores:ſeu maximi flamĩes augures. Itẽ reges ſacrificoli:quiq; ſunt ſacerdotes:& antiſtites religionum. Conuocent nos ad cõtẽtione;:cohortentur nos ad ſuſcipiẽdos cultus deorum:perſuadeant multos eſſe:quorum numine ac ꝓuidentia regantur:omnia oſtendant origines & initia ſacroꝝ ac deorum:quomodo ſint mortalibus tradita:qui fons:quæ ratio ſit explicent:proferant quę merces in cultu:quę pœna in contemptu maneat: quare ab hoĩbus ſe coli velint:quid illis ſi bti ſũt hũana pietas cõferat. Quę oĩa nõ aſſeueratiõe ꝓpria:nec.n.valet qcq̃ mortalis hoĩs auctoritas:ſed diuinis aliqb9 teſtimonijs cõfirmẽt. ſicuti nos facim9 Nõ ẽ op9 vi & iniuria:qa religio cogi nõ põt:verbis potius q̃ verberib9 res agẽda ẽ:vt ſit voluntas. diſtrigãt aciẽ ĩgenioꝝ ſuoꝝ. Si rõ eorũ vera ẽ:aſſeraƭ:pati ſum9 audire ſi doceãt:tacẽtib9 certe nihil credimus:ſicut nec ſęuiẽtib9 qdem credimus. Imitentur nos:vt rationem

Quiimo: hoc & cõtra Turcas recte diciť. Cũ delubris ſuis & ludibrijs pulchra figura.

totius rei exponant. Nos eñ non illicimus (vt ipſi obiectant) ſed do
cemus ꝓbam⁹: oſtendimus. Itaq; nemo a nobis retinetur inuitus. In
utilis eſt.n.deo: qui fide ac deuotione caret. Et tamẽ nemo diſcedit
ipſa veritate retinente. Doceant iſti hoc modo ſiqua illis fiducia veri
tatis eſt loquanť: diſcant: audeant inq̃ diſputare nobiſcũ aliqd eiuſ
modi. Iam ꝑfecto ab aniculis: quas contẽnunt: & apueris nr̃atibus
error illoꝶ ac ſtultitia ridebiť. Cũ eñ ſint pitiſſimi: deorũq; ꝓgeniẽ
& res geſtas: & imperia: & interitus: & ſepulchra de libris nouerint:
ipſoſq; ritus quibus ſunt initiati vel ex rebus geſtis hoim: vel ex ca
ſibus: vel etiã ex moribus natos ſciãt: incredibilis demẽtia ẽ deos pu
tare: quos fuiſſe mortales negare nõ audeant: vł ſi tã iprudẽtes fue
rint vt negent: ſuę illos: ac illorum litterę coarguẽt: ipſa deniq; illos
ſacrorũ initia cõuincent. Sciant igiť ex hoc ipſo quantũ interſit iter
verũ & falſum: q̃do ipſi q ſũt eloquẽtes pſuadere nõ poſſũt imperiti
ac rudes poſſũt qa res ipa & veritas loqť. Quid ergo? Sęuiũt: vt ſtulti
tiã ſuã dũ minuere volũt augeãt: lõge diuerſa ſũt carnificia & pietas
nec poteſt aut pietas cũ vi: aut iuſtitia cũ crudelitate coniũgi: ſed me
rito nõ audẽt de rebus quicq̃ docere diuinis: ne & a noſtris derideã
tur & a ſuis deſerantur. Nam forte vulgus: cui ſimplex incorruptũq;
iudiciũ eſt ſi myſteria illa cognoſcat: in memoria mortuorũ cõſtitu
ta dãnabit: aliudq; verius quod colat quęret. Hinc fida ſilẽtia ſacris
cõſtituta ſunt ab hoib⁹ callidis: vt neſciat popul⁹ quid colat. Cũ aũt
nos in eorũ doctrinis verſemur: cur nobis aut noſtris nõ credũt: qui
vtrũq; nouimus: aut inuident: qa falſis vera ꝑtulimus: ſed defẽdẽda
ſunt (inquiunt) publice ſuſcepta ſacra. O q̃ inhoneſta volũtate miſe
ri errant. Sẽtiunt.n.nihil eſſe in rebus hũanis religione ꝑſtãti⁹ eãq;
ſumma vi oportere defendi. Sed vt in ipſa religiõe: ſic in defenſiõis
genere fallũtur. Defẽdenda.n.religio eſt nõ occidẽdo: ſed moriẽdo
nõ ſeuitia: ſed patientia: nõ ſcelere: ſed fide. Illa eñ maloꝶ ſunt: hęc
bonorũ. Et neceſſe eſt bonũ in religiõe verſari: nõ malum. Nã ſi ſan
guine: ſi tormẽtis. ſi malo religionẽ defendere velis: iam nõ defẽde
tur illa: ſed polluetur & violabitur. Nihil eſt eñ tã volũtarium q̃ reli
gio: in qua ſi animus ſacrificantis auerſ⁹ eſt: iam ſublata: iam nulla ẽ
Recta igiť ratio eſt: vt religionẽ patiẽtia vel morte defẽdas: in qua ſi
des cõſecrata: & ipſi deo grata eſt & religioni addit auctoritatẽ. Nã
ſi is qui in hac terreſtri militia regi ſuo fidẽ ſeruat ĩ aliquo egregio fa
cinore: ſi poſtea vixerit acceptior fit & carior. Si perierit: ſummã cõ
ſequitur gloriã: qꝛ ꝓ duce ſuo morte occubuerit. Quãto magis ipe
ratori oium deo fides ſeruãda eſt: q̃ nõ tantum viuẽtibus: ſed & mor
tuis ꝑmiũ poteſt virtutis exoluere. Igitur dei cultus quoniã militię
cæleſtis eſt: deuotionẽ maximã fidẽq; deſiderat. Quomodo.n.deus

Noſtratibus id eſt Chriſtianis.

Hinc fida ſilentia ſacris enuſtitiuʒ eſt poetę. de huiuſmodi ſilentijs vide et tertulianum in apolo.

aut amabit colētē ſi ipſe nō ameť ab eo? Aut p̄ſtabit precāti quicq̄d orauerit: cū ad p̄candū nemo neq̄ ex aīo: neq̄ obſeruanter accedat? Iſti aūt cū ad ſacrificandū veniūt: nihil intimū: nihil propriū dijs ſuis offerūt: nō integritatē mētis: nō reuerētiā: non timorē. Peractis itaq̄ ſacrificijs inanibus oēs religionē: in tēplo: & cū tēplo: ſicut īuenerāt relinquūt: nihilq̄ ſecū ex ea neq̄ afferūt: neq̄ referūt. Inde ē q̄ eiuſ modi religiōes: nec bonos facere poſſunt: neq̄ firmę atq̄ immutabiles eſſe. Traducunť itaq̄ ab his hoīes facile: quia nihil ibi ad vitā: nihil ad ſapientiā. nihil ad fidē diſcitur. Quę eſt enim ſupſtitio illoru͡ deorū? quę vis? quę diſciplina? q̄ origo? quę ratio? quod fundamentū? q̄ ſubſtātia? quo tendit: aut quid polliceť: vt ab hoīe poſſit fideliter ſeruari fortiterq̄ defendi? In qua nihil aliud video: q̄ ritū ad ſolos digitos ꝑtinentē. Noſtra vero religio eo firma eſt: & ſolida & immutabilis: quia iuſtitiā docet: quia nobiſcū ſemꝑ eſt: quia tota in aīo colētis eſt: quia mentē ipſam ꝓ ſacrificio hēt. Illic nihil exigiť aliud q̄ ſāguis pecudū: & fumus & inepta libatio. Hic bona mēs hic purū pectus: innocēs vita. Illuc veniūt ſine delectu adulterę impudicę lenę: ꝓcaces & obſcœnę meretrices. Veniūt gladiatores latrones: fures: venefici: & p̄cantur nihil aliud q̄ vt ſcelera impune commitant. Quid eni͡ latro ſacrificās: aut gladiator roget: niſi vt occidat? Quid fœnerarius: niſi vt fallat? Quid meretrix: niſi vt plurimum peccet? Quid adultera: niſi vt mortē viri optet: aut vt ſua impudicitia celeť? Quid lena: niſi vt multos bonis exuat? Quid fur: niſi vt plura rapiat Hic vero etiā leui cōiq̄ peccato locus nullus eſt. Et ſi quis ad ſacrificium nō integra conſcīa venerit: audit q̄ illi deus cōminetur: ille q̄ latebras cordis videt: qui peccatis ſemꝑ īfeſtꝰ ē: & exigit iuſtitiā: q̄ fidē poſcit. Quis huic malæ menti aut malæ p̄cī locꝰ eſt? At illi īfœlices nec ex ſceleribus ſuis intelligūt q̄ malū ſit quod colunt: quandoquidem flagitijs oībus inquinati veniūt: ad p̄candū & ſe pie facrificare opinanť ſi cutē lauerint: tanq̄ libidinē intra pectus incluſam vlli amnes abluant: aut vlla maria purificent. Quāto ſatius eſt mentē potiꝰ eluere quę malis cupiditatibus ſordidatur: & vno virtutis ac fidei lauacro vniuerſa vitia depellere? Quod q̄ fecerit q̄libet inquinatū ac ſordidum corpus gerat: ſatis purus eſt.

Quid adultera. Tertullianꝰ ī apologetico ſocratē & catone rep̄hēdit q̄ vxores ſuas amicis cōmūicauerit: & neſcio īquit an inuitas Quod nota circa xxi. ca. iij. liber.

¶ Q͡ hoſtes ſuos adorat ſtulta gentilitas: quo͡ꝝ cultus non mō chriſtiani: ſed & philoſophi & domeſtici cultores deorum deſtruunt. Ca. XXI

Iſti aūt q̄ neſciūt q̄d vel quo modo ſit colēdum cæci & imprudentes in cōtrariū cadūt. Adorāt itaq̄ hoſtes ſuos: latrones & interfectores ſuos victimis placant. Et aīas ſuas cum thure ipſo cremendas aris deteſtabilibus imponunt

Iraſcũtur etiã miſeri ꝙ nõ ſimiles alij peant ĩcredibili mẽtiũ cæcitate. Quid.n. videãt: qui ſolẽ nõ vidẽt? quaſi vero ſi dij eſſent: indigerẽt hoĩm auxilio aduerſus cõtemptores ſuos? quid ergo nobis iraſcũtur: ſi illi nihil poſſunt: niſi ꝙ ipſi deos ſuos deſtruũt: de quorꝫ poteſtate diffidũt magis irreligioſi: q̃ qui oĩo nõ colũt? Cic. in ſuis legibus cũ caſte ad ſacrificia ꝑciperet accedere: pietatẽ inquit adhibito: opes amoueto. Qui ſecus faxit: Deus ipſe vindex erit. Recte hocq dẽ. Neqꝫ.n. fas eſt deſperare de deo: quẽ ideo colas: quia potẽtẽ putas. Nã quomodo vindicare colẽtis iniuriã poteſt: qui ſua nõ poteſt Libet igitur ex his q̃rere: cui potiſſimũ ꝓſtare ſe putent cogendo iuitos ad ſacrificiũ. His ne quos cogũt? at nõ eſt beneficium qđ ingerit recuſãti. ſed conſulendũ eſt etiã nolentibus: quando quid bonuꝫ ſit neſciunt? Cur ergo tam crudeliter vexant: debilitant: cruciant ſi ſaluos eẽ volunt. Aut vñ pietas tam impia: vt eos miſeris modis aut ꝑdant: aut inutiles faciant: quibus velint eſſe cõſultũ? An vero dijs ꝓſtant? at non eſt ſacrificiũ: quod exprimitur ab inuito: niſi enim ſponte atqꝫ ex animo fiat: execratio eſt: cum homines proſcriptione: iniurijs: carcere: tormentis adacti faciunt. ſi dij ſunt iſti: qui ſic coluntur vel propter hoc ſolum colendi non ſunt: ꝙ ſic coli volunt: digni ſcꝫ deteſtatione hominum quibus cum lachrymis cum gemitu: cum ſãguine de membris omnibus fluente libatur. at nos contra non expetimus vt deum noſtrum (qui eſt omnium creator: velint: nolint) colat aliquis inuitus: nec ſi non coluerit iraſcimur. Confidimus enim maieſtati eius: qui tam contemptum ſui poſſit vlciſci: q̃ ſeruorũ ſuorum labores & iniurias. Et ideo cũ tam nefanda perpetimur: ne verbo quidem reluctamur: ſed deo remittimus vltionẽ: nõ vt hi faciũt qui defenſores ſe eſſe deorum ſuorum videri volunt: & ſæuiunt efferate aduerſus non colentes. Ex quo intelligi datur: q̃ non ſit bonum deos colere: quoniam bono potius adducendi homines ad bonum fuerãt: non malo. Sed quia illud malum eſt: etiam officium eius bono caret. ¶ At eñ puniendi ſunt qui deſtruunt religiones. Num peius nos deſtruimus q̃ natio Aegyptiorum: qui turpiſſimas beſtiaruꝫ ac pecudum figuras colunt: quædam etiam pudẽda dictu tãq̃ deos adorant. Num peius q̃ idem ipſi: qui cũ deos ſe colere dicant: tamẽ eos publice turpiterqꝫ derident: de quibus etiam per mimos agi cũ riſu & voluptate patiuntur? Qualis hęc religio aut quanta maieſtas putanda eſt: quæ adoratur in templis: illuditur in theatris: & q hæc fecerint: non pœnas violati numinis pendũt: ſed honorati etiaꝫ laudatiqꝫ diſcedunt? Num peius nos deſtruimus q̃ quidaꝫ philoſophi: qui omnino nullos deos eſſe aiunt? Sed omnia ſua ſponte eſſe nata omnia fortuitu fieri quę geruntur? Nũ peius q̃ epicurei: qui eſſe qui

Cicero in ſuis legibus.

dem deos: ſed curare quicquam negant:neqꝫ iraſci eos neqꝫ gratia commoueri:Quibus dictis vtiqꝫ perſuadent colendos omnino non eſſe:Siquidem nec colentes reſpiciunt:neqꝫ non colentibus iraſcuntur. Pręterea cum contra metus diſſerunt:nihil aliud efficere conantur:q̄ vt nemo deos timeat. Et hęc tamen ab hominibus & audiuntur libenter/& diſſeruntur impune.

Neqꝫ iraſci:ſubaudi aiunt.

¶Quare maligni ſpiritus inſtigent cultores ſuos in perſecutionem fidelium:& quare vera religio videatur inanis. Cap.XXII.

NOn ergo ideo aduerſus nos inſaniunt: quia dij non colūtur a nobis: A multis enim non coluntur:ſed quia veritas penes nos eſt:quæ(vt eſt veriſſime dictum) odium parit. q̄d igitur exiſtimabimus niſi neſcire illos quid patiātur? Pergitur ergo cæco & irrationabili furore : quem nos videmus: illi neſciunt:nō enim ipſi homines perſequūtur:qui cauſam cur iraſcātur:innocētibus nō habēt:ſed illi ſpiritus cōtaminati ac perditi:quibus veritas & nota eſt & inuiſa:inſinuāt ſe mētibus eorum : & inſtigant neſcios in furorem. Hi enim q̄diu pax eſt in populo dei: iuſtos fugitāt & pauēt. Et cuꝫ corpora hominuꝫ occupāt:animaſqꝫ diu vexant:adiurātur ab his:& in nomīe veri dei fugātur. Quo audito tremunt & exclamant:& vri verberariqꝫ ſe teſtantur: & interrogati:qui ſint quando venerint:quomodo in hominem irrepſerint: confitētur ſic ex torti:& excruciati virtute diuini nominis exulant:pp hęc verbera & minas:ſanctos & iuſtos viros ſemper oderūt. Et quia p ſe nocere his nihil poſſunt:publicis eos odijs pſequūtur:quos ſibi graues ſentiūt: exercētqꝫ ſęuitiā q violētiſſime poſſunt:vt aut eorū fidē minuāt p dolorē:aut ſi id efficere nō quiuerit:auferāt oīo de terra:ne ſint qui poſſint eorum nequitiā coercere. ¶Nō me fugit quid rñderi e cōtrario poſſit. Cur ergo deus ſingularis/ille magnus:quē rerum potētem:quem dñm oīm cōfiteris.hęc fieri patit̄: nec cultores ſuos aut vindicat:aut tuet̄. Cur deniqꝫ q eū nō colūt opulēti:& potētes:& beati ſunt:& honoribus regnoqꝫ potiūtur:eoſqꝫ ipſos ditioni ſuæ ac poteſtati ſubiectos habēt? Reddēda & hui⁹ ratio eſt rei:neq̄d remaneat erroris. Nā in primis hęc cauſa ē cur exiſtimetur religio dei viꝫ nō habere q̄ inducantur hoīes ſpe terrenorū ac pręſentium bonorū: quę ad curā mētis nullo mō ptinēt:q̄bus quia carere iuſtos vidēt & affluere iiuſtos:& dei cultū inanē arbitrātur/in quo ineſſe illa nō cernūt:& deorū ritus exiſtimāt veros/qm̄ cultores eorū & diuitijs/& honoribus:& regnis fruātur. Verū hi q ſūt in hac exiſtimatione nō pſpiciūt alterius vim rōnēqꝫ hoīs q̄ tota nō in corpore : ſed in mente eſt. Nihil ei vidēt amplius/q̄ videtur/corpus .ſ. quod q̄a oculis manuqꝫ tractabile ē:imbecillū/fragile/mortale eſt:cui ſūt illa oīa bona q̄ cu-

Teren. in andria.

Quæſtio. Reſpōſio. Imbecillū:Intellige ſibi delictū pual⁹ ſecūdæ ad Corin. qnto. Quę ei vidēt/corporalia ſūt Quę autē nō vidēt/ ęterna ſūt Grego. in homelia: Cuꝫ ſero: Corrūpi iquit neceſſe ē quod palpatur. Exponit Scot⁹ iq̄rto diſ. xlix.q.xiij

piditati ac miraculo ſunt:opes:honores:imperia.quoniam corpori afferunt voluptates: & ideo tam caduca ſunt: q̃ corpus ipſum. Animusvero in quo ſolo eſt homo:quoniam ſubiectus oculis non ē:nec bona eius inſpici poſſunt:quę in ſola virtute ſunt poſita: ideo tã ſtabilis eſt & conſtans & perpetuus ſit neceſſe eſt q̃ ipſa virtus: in qua eſt animi bonum.

eſt.i.conſiſtit principaliter.

¶Quare deus electos ſuos tradita impijs poteſtate vexari patiatur. Cap.XXIII.

LOngũ eſt vniuerſas virtutum ſpecies promere:vt de ſingulis doceam q̃ neceſſe ſit ſapientem ac iuſtum virum lõge ab illis bonis abhorrere:quibus quia fruuntur miniſtri deorum cultus veri: & efficaces eſſe creduntur: quod ad pręſentem pertinet quęſtionem ſatis eſt ſi ex vna virtute id probemus quod intendimus. Nempe magna & pręcipua virtus eſt patiẽtia:quam pariter & vulgi publicę voces: & philoſophi: & oratores ſummis laudibus concelebrant. Quod ſi negari non poteſt:quin ſũma ſit virtus:neceſſe eſt iuſtũ & ſapientem virũ in poteſtate eſſe hominis iniuſti:vt capiat patientiam. Patientia eſt.n.malorũ: quę aut iferuntur:aut accidunt cũ ęquanimitate perlatio. Ergo iuſtus ac ſapiens:quia virtutem capit:habet in ſe patientiam:qua carebit omnino:ſi nihil patietur aduerſi. Contra qui in rebus proſperis agit impatiens eſt & virtute maxima caret. Impatientem dico:quia nihil patitur. Innocentiam quoq; ſeruare non poteſt quę & ipſa iuſto:& ſapiẽti viro propria eſt virtus: ſed & nocet ſæpe & concupiſcit: aliena: & rapit quę cupierit per iniuriam:quia virtutis expersvitio peccatoq; ſubiectus eſt:& fragilitatis oblitus animo inſolenter elato tumet:inde iniuſti ac deum neſcientes & diuitijs:& potentia:& honorib⁹ florent. Hęc.n.cũcta iniuſtitiæ pręmia ſunt:quia & perpetua eſſe non poſſunt:& per cupiditatẽ violentiãq; quęruntur. Iuſtus vero ac ſapiens:quia illa omnia humana ſunt(vt eſt a Lælio dictum)ſua bona iudicat:nec alienũ quicq̃ cõcupiſcit:ne quem contra ius humanitatis lædat omnino:nec vllam potentiam honorẽue deſiderat: ne cui faciat iiuriam. Scit enim cunctos ab eodem deo & ab eodem conditore generatos iure fraternitatis eſſe coniunctos. Sed & ſuo contentus & paruo: quia fragilitatis ſuę memor nõ amplius quęrit q̃ vnde vitam ſuſtentet:& ex eo ipſo quod habuerit ipartitur etiam non habenti:quia pius eſt:pietas etiam ſumma virtus eſt:& accedit ex eoq; voluptates caducas vitioſaſq; contẽnit:quarũ cauſa opes appetuntur:quoniam continens eſt ac libidinum victor:& nihil timoris ac iſolentię gerens non extollit ſe altius:nec erigit ſuperbũ caput. Sed placidus & concors:& planus:& comis eſt:quia conditionem ſuam

Patientia quid.

nouit. Cum ergo iniuriam nulli faciat nec aliena rapiat: nec ſua quo q̧ ſi auferãt defendat: cum ſciat etiam illatam iniuriam moderate ferre: quia virtute prȩditus eſt: neceſſe eſt iuſtu3 hominem ſubiectũ eſſe iniuſto: & contumelijs ab inſipiente affici ſapiẽte3: vt & ille pec cet: quia iniuſtus eſt: & hic in ſe virtutem habeat: quia iuſtus ẽ. ¶ Si qs autẽ volet ſcire plȩnius cur malos & iniuſtos deus potentes btõs & diuites fieri ſinat: pios contra humiles: miſeros inopes eſſe patiaẽ ſumat eum Senecȩ librum: cui titulus eſt. Quare bonis viris multa mala accidant: cũ ſit prouidentia? in quo ille multa nõ plane ĩperi tia ſȩculari: ſed ſapienter ac pene diuinitus locutus eſt. Deus inquit homines pro liberis habet: ſed corruptos & vitioſos luxurioſe ac de licate patitur viuere: qa non putat emendatione ſua dignos. Bonos autem quos diligit: caſtigat ſȩpius: & aſſiduis laboribus ad vſum vir tutis exercet: nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac de prauari ſinit. Vnde nemini debet mirũ videri: ſi pro noſtris ſȩpe de lictis caſtigamur a deo. Immo vero cum vexamur ac premimur: tũ maxime gratias agimus indulgentiſſimo patri: q̄ corruptelam no ſtram non patitur longius procedere: ſed plagis ac verberibus emẽ dat. Ex quo intelligimus nos eſſe deo curæ: quoniam cum peccam⁹ iraſcitur. Nam cum poſſet populo ſuo & opes / & regna largiri (ſicut dederat ante Iudæis: quorum nos ſucceſſores ac poſteri ſumus) ic circo etiã voluit ſub aliena ditione atq̧ ĩperio degere: ne rerum pro ſperarum fœlicitate corruptus in luxuriam laberetur: ac dei p̄cep ta cõtemneret. Sicut illi maiores noſtri: qui ſæpe terrenis ac fragili bus his bonis eneruati: aberrauerunt a diſciplina legis: vinculaq̧ ru perũt. ꝓuidit ergo quaten⁹ cultorib⁹ preſtaret quietẽ ſi mãdata ſer uaſſẽt: & tamen eos emendaret: ſi prȩceptis nõ obtẽperaſſent. Itaq̧ ne tam corrumperentur ocio / q̄ patres eorum licentia: premi eos ab his voluit / i quorũ manibus eos collocauit: vt & labantes confirmet: & corruptos ad fortitudinem reparet: & fidos experiatur ac tentet. Quomodo ei põt imprator militũ ſuorũ probare virtutẽ: niſi habue rit hoſtẽ? Et illi tamen aduerſarius ſurgit inuito: quia mortalis eſt & vinci poteſt. Deo autem quia repugnari nõ poteſt: ipſe aduerſarios noĩ ſuo excitat: nõ q cõtra ip̄m deũ pugnẽt: ſed cõtra milites eius: vt deuotionẽ ac fidẽ ſuorũ vl' ꝓbet: vel corroboret: donec p̄ſſurȩ verbe rib⁹ defluẽtẽ corrigat diſciplinã. ¶ Eſt & alia cã cur aduerſ⁹ nos pſe cutiones fieri ſinat: vt dei ppl's augeaẽ. Nec ẽ difficile mõſtraẽ cur ãt quõ illd fiat. Primũ fugãẽ a deorũ cultorib⁹ plimi odio crudelitatis. Cur ẽt talia ſacrificia ñ horreãt? Deide placet qbuſdã virt⁹ ac fides ip ſa nõnulli ſuſpicãẽ deorũ cultũ ñ ſine cã malũ putari a tã mltis hoĩ

Vt conſecutiue hic accipitur: hoc eſt: vt dicit euentum.

Bonis viris multa mala cur accidant.

Seneca.

Deus homines ꝓ liberis h3.

chriſtiani iudȩoru3 ſucceſſořs

pſecutiones in chriſtiaõs cur de⁹ fieri ſinat

Alia cã.

Hoc pacto. ſ. hadrianum adoleſcentem noue nuptũ ad fidẽ conuerſũ legim⁹: & ab vxore. ſ. Nathalia confirmatum.

bus: vt emori malint q̃ id facere: quod alij faciunt vt viuant. Aliqui cupiunt ſcire quidnam ſit illud bonum / quod ad mortem vſq; defenditur: quod omnibus quę in hac vita iocunda & cara ſunt pręfertur. a quo nec bonorum: nec lucis amiſſio: nec dolor corporis: nec viſcerum cruciamenta deterrent. Valent hęc plurimum: ſed illę maxie noſtrorum numerum ſemper auxerũt. Audit circunſtans populus inter ipſa tormenta dicentes nõ ſacrificare ſe lapidibus manufactis ſed deo viuo qui ſit in cælo. Multi hoc verum eſſe intelligunt: & in pectus admittunt. Deinde (vt fieri ſolet in rebus incertis) dum inter ſe inuicem quęrunt: quę ſit huius perſeuerantię cauſa multa quę ad religionem pertinent diuulgata: ac per rumorem viciſſim aucupata diſcuntur: quę quia bona ſunt: placeant neceſſe eſt. Pręterea vltio ſecuta: ſicut ſẽper accidit ad credendum vehementer impellit. Nec quidem leuis cauſa eſt: q immundi dæmonum ſpiritus accepta licẽtia multorum ſe corporibus immergunt: quibus poſtea reiectis: omnes qui reſanati fuerint: adhæreant religioni: cuius potentiam ſenſerunt. Hæ tot cauſæ / in vnum collatæ magnam deo multitudinẽ mirabiliter acquirunt.

¶Quod bonorum tortores torquebuntur: & malas beſtias de terra auferet deus. Cap. XXIIII.

QVicquid ergo aduerſum nos mali principes moliunt̃ fieri ipſe permittit. Et tamen iniuſtiſſimi perſecutores: quibus dei nomen contumelię ac ludibrio fuit: non ſe putẽt impune laturos: quia idignationis aduerſus nos eius quaſi miniſtri fuerunt. Punientur enim iudicio dei: qui accepta poteſtate ſupra humanum modum fuerint abuſi: & inſultauerint etiam deo ſuperbi⁹: eiuſq; nomẽ æternum veſtigijs ſuis ſubiecerint impie nefarieq; calcandum. Proterea vindicaturum ſe eos celeriter pollicetur: & exterminaturum beſtias malas de terra. Sed idem q̃uis populi ſui vexationes: & hic in pręſenti ſoleat vindicare: tamen iubet nos expectare patienter illum cęleſtis iudicij diem: quo ipſe pro ſuis quemq; meritis: aut honoret aut puniat. Quapropter non ſperent ſacrilegę animę contemptos / & inultos fore quos ſic obterunt. Veniet rabioſis & voracibus lupis merces ſua: qui iuſtas & ſimplices animas nullis facinoribus admiſſis excruciauerunt: Nos tantummodo laboremus: vt ab hominibus nihil aliud in nobis niſi ſola iuſtitia puniatur. Demus operam totis viribus: vt mereamur a deo ſimul & vltionem paſſionis: & pręmium.

# Lactantij firmiani diuinarum inſtitutionum aduerſus gẽtes de vero cultu ad Conſtantinũ imperatorẽ Liber Sextus.

¶ Qꝫ innocentia veriſſimus dei cultus eſt: quam reꝫ carnalis homo corpori deditus neſcit. Capitulum. I.

QVod erat officiũ ſuſcepti muneris diuio ſpiritu inſtruẽte ac ſuffragante ipſa veritate cõpleuimꝰ Cuius aſſerendę atq; illuſtrandæ cã mihi & ſciẽtiam & fidem ipſe dñs noſter impoſuit ſine quo nec ſciri qcquã poteſt nec explicari. Venio nũc ad ipſum quod eſt ſummũ operis huiꝰ/ & maximum/vt doceam quo ritu quoue ſacrificio deũ colioporteat. Id eñ eſt hominis officium: in eoq; ſolo ſumma rerũ: & oĩs beatæ vitæ ratio conſiſtit quandoquideꝫ propterea facti & inſpirati ab eo ſumus: non vt cælũ videremus & ſolem: quod Anaxagoras putauit: ſed vt artificem ſolis & cæli deũ pura & integra mente coleremus. Quanuis autem pręcedentibus libris pro ingenij mediocritate defenderim veritatem: tamẽ ex ritu quoq; ipſo elucere vł maxĩe poteſt. Nihil eñ ſãcta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſiderat/q̃ ſolã innocẽtiam: quam ſiquis obtulerit deo: ſatis pie religioſeq; litauit. Homines autem neglecta iuſtitia: cũ ſint omnibus flagitijs ac ſceleribus ĩquinati: religioſos ſe putant: ſi tẽpla ac aras hoſtiarũ ſanguine cruentauerint: ſi focos adorauerint: ac veteris vini perfuſione madefecerĩt. Quinetiã ſacras dapes apparãt: & exquiſitas epulas quaſi aliquid inde libaturis offerũt. Quicqd aſpectu carum: quicquid opere aut odore precioſum eſt: & hęc grata eẽ dijs ſuis nõ ex aliqua diuinitatis ratione: quam neſciunt: ſed ex ſuis cupiditatibus iudicant: nec intelligunt terrenis operibus deũ nõ indigere. Nihil eñ ſapiunt niſi terrã: bonaq; & mala ſoliꝰ corporis ſẽſu & voluptate perpendũt. Huius arbitrio vt religionem ponderant ſic totius vitæ ſuæ acta diſponunt. Et quoniam ſe ſemel a cæli contẽplatione auerterunt: ſenſumq; illũ cæleſtem corpori mancipauerũt: libidinibus frena permittunt: tanq̃ ſecuꝫ ablaturi voluptatem: quaꝫ momentis omnibus capere feſtinant: cum animus miniſterio corporis: non corpus miniſterio animi vti debeat. Idem maximũ iudicant opes: quas ſi bonis artibus aſſequi non poſſint: malis aſſequũt: fraudant: rapiunt: ſpoliãt: inſidiant: abiurãt. Nihil deniq; moderati/aut penſi habent: dummodo auro coruſcent: argento: gemmis: veſtibꝰ fulgeant: auidiſſimo ventri opes ingerant: ſtipati familiarum gregibus per domitũ populũ ſemp incedant. Sic addicti & ſeruientes vo

Sacrificio gentiliuꝫ ritus

Gẽtiles o/pimas hoſtias deo q̃ſi eſuriẽ/ti mactãt. Qui ſi bona cęleſti a pcipere aĩo poſſẽt iã ſe cũ his officijs ia/nibꝰ ſtultiſſios eẽ cognoſcant. Certe officiũ inane ẽ in dei ſacrificijs illũ q̃ſi eſurientẽ aut ſitiẽtẽ aut ĩ tenebris agentẽ exiſtiaret & q hoc pacto authori & datori luminis candelarũ ac cærarũ lumẽ offert ꝓ mũere: nũ mentis ſuę cõpos putandus ẽ? ꝓfecto ſincere dauid dñm depcatꝰ dicit bonoꝝ meorũ nõ

luptatibus:vim vigoremq́ꝫ mentis extingunt:& cum viuere ſe maxime putant:ad mortẽ cõcitatiſſime ꝓperant. Nã ſicut in ſecũdo libro docuimus:cęli ratio in animo:terrę aũt in corpore eſt:quia bona negligunt animi:corporis appetunt:in tenebris ac morte verſantur:q̃ ſunt terrę atq́ꝫ corporis:quia vita & lumen de cælo eſt:cuius quoniam expertes ſũt corpori ſeruiendo:longe abſunt ab intellectu rerũ diuinarum. Eadem miſeros vbiq́ꝫ cęcitas premit. ſicut enim qui ſit verus deus:ita qui ſit verus cultor ignorant.

¶ Q; inane eſt officium deo quaſi eſurienti aut ſitienti aut in tenebris agenti hoſtias immolari: aut vina offerri:vel lumina. Et quare hęc offerant dijs gentiũ q̃ fidem rectam & veram innocentiã offerre neſciunt:in quibꝰ conſiſtit dei cultus. Et q intra oia q̃ ad cultum dei pertinent/pręſtantiſſimum eſt homies ad veritatem & iuſtitiã erudire. Ft quare nolit ab elementis incipete. Cap. II.

MActant igitur opimas & pingues hoſtias deo/ quaſi eſurienti:profundunt vina tanq̃ ſitienti:accendunt lumina velut in tenebris agenti. Quod ſi ſuſpicari aut percipere animo poſſent quę ſint bona illa cæleſtia:quorum magnitudinem terreno adhuc corpore obuoluti ſenſu capere non poſſumus:iam ſe cũ his officijs inanibus ſtultiſſimos eſſe cognoſcant: vel ſi cęleſte lumẽ quod dicimus ſolẽ contemplari velint: iam ſentient q̃ non indigeat lucernis eorum deus:qui ipſe in vſum hominis tam clarã tam cãdidam lucem dedit:& tamen cum in tam paruo circulo: qui propter longinquitatem non ampliꝰ q̃ humani capitis videtur habere menſuram. tantum ſit fulgoris:vt eum mortalium luminũ acies non queat contueri:& ſi pauliſper intenderis hebetatos oculos: caligo ac tenebrę conſequantur. Quid tandem luminis:quid claritatis apud ipſum deum (penes quem nulla nox eſt) eſſe arbitremur: qui hanc ipſam lucẽ ſic moderatus eſt:vt neq́ꝫ nimio fulgore:neq́ꝫ calore vehementi noceret animantibus:tantumq́ꝫ iſtarum rerum dedit ei:quantum mortalia corpora pati poſſunt:aut frugũ maturitas poſtularet. Num igitur mentis ſuę compos putandus eſt qui auctori & datori luminis:candelarum ac cęrarum lumen offert pro munere? Aliud vero ille a nobis exigit lumen:& quidem non fumidum: ſed (vt ait poeta) liquidum atq́ꝫ clarum:mentis ſcilicet. Propter quod a poetis phanetes nuncupat̃:quod exhibere non poteſt:niſi qui deum agnouerit. Illorum aũt dij quia terreni ſunt/egent luminibus: ne in tenebris ſint:quorum cultores:quia cæleſte nihil ſapiunt:etiam religiões/quibus deſeruiunt ad terrã reuocant. In ea enim lumĩe opꝰ ẽ quia ratio eius & natura tenebroſa eſt. Itaq́ꝫ dijs non cęleſtem ſenſum:ſed humanũ potius attribuunt. Ideoq́ꝫ illis neceſſaria & grata

credunt eſſe/quę nobis:quibus aut eſurientibus opus eſt cibo: aũt ſitientibus potu ; aut veſte algentibus:aut cum ſol deceſſerit lumine:vt videre poſſimus. Nullis igitur ex rebus tam probari & itelligi poteſt deos ipſos:cum aliquando vixerint:mortuos eſſe q̃ ex ipſo ritu:qui eſt totus e terra. Quid enim cęleſtis in ſe boni poteſt habere pecudum ſanguis effuſus:quo aras inquinant:niſi forte deos exiſtimãt eo veſci:qđ hoĩes aſpernãt attingere? Et q̃ſquis illis hãc ſaginã p̃ſtiterit:q̃uis ille graſſator/adulter/veneficus/parricida ſit beatus ac fœlix erit. Hunc diligunt: hunc tuentur: huic omnia quę optauerit pręſtant. Merito ergo Perſius huiuſcemodi ſuperſtitiones ſuo more deridet. Qua tu inquit mercede deorum:Emeris auriculas:pulmone & lactibus vnctis? Sentiebat:videlicet non carne opus eſſe ad placandam cęleſtem maieſtatem: ſed mente ſancta: & iuſto animo & pectore (vt ipſe ait) quod naturali ſit honeſtate generoſum. Hęc eſt religio cęleſtis: non quæ conſtat ex rebus corruptis: ſed virtutibus animi: qui oritur e cælo. Hic verus cultus eſt: in quo mens colentis ſeipſam deo immaculatam victimam ſiſtit. Id autem ipſum quomodo conſequendum: quomodo pręſtandum ſit: docebit huius libri diſputatio. nihil enim tam pręclarum: hominiq; conueniens poteſt eſſe: q̃ erudire homines ad iuſtitiam. Apud Ciceronem Catulus in hortenſio philoſophiã rebus omnibus præferens: malle ſe dicit: vel vnũ paruum de officio libellum/q̃ longam orationeʒ pro ſeditioſo homine Cornelio. Quę ſententia non vtiq; Catuli: qui fortaſſe illud non dixit: ſed Ciceronis eſt putanda: qui ſcripſit credo vt libellos: quos de officijs erat ſcripturus commendaret: in quib⁹ ipſis nihil eſſe teſtatur in omni philoſophia melius & fructuoſius: q̃ p̃cepta vitæ dare. Q; ſi hoc illi faciũt: quibus non eſt veritas cognita: quanto magis nos facere debemus: qui a deo eruditi & illuminati: poſſumus vera pręcipere? ¶ Nec tamen ſic docebimus/ vt quaſi prima virtutis elementa tradamus. quod eſt infimum. Sed tanq̃ docẽdum ſuſcepimus eum: qui apud illos iam prouectus videatur. manentibus enim pręceptis eorum/ quæ ſolent ad probitatem recte dare ignota illis ſuperſtruemus ad perficiendam cõſumandamq; iuſtitiam: quam non tenent. Ea vero quæ poſſunt cuʒ illis eſſe communia pretermittam: ne quid ab his videar mutuari/quorum errores coarguere/atq; aperire decreuerim.

¶ De duabus vijs: quarum altera virtutum: altera vitiorum eſt: quæ in littera pythagorica figurari ſolent & fidelius tractantur a chriſtianis q̃ a philoſophis: & de duob⁹ ducibus viarũ. Cap. III.

eges. Itaq; & recte illud Oſee i euangelio dñs nõ ſemel r̃petiuit. Miſericordiam volo/& ñ ſacrificiũ. Nã ſacrificiũ deo ſpũs cõtribulat⁹. q cor cõtritũ & humiliatũ potius ĩtuetur q̃ hoſtias. Reſpexit enim ad Abel & ad munera ei⁹: ad Cayn aũt & ad munera illi⁹ nõ reſpexit ĩde huiuſ modi videre lʒ Auguſtinũ ſup pſalmuʒ quinquageſimũ/ & alibi. Perſij locus: ex Satyra ſecunda.

Non eſt ſanę mentis q pro munere ſummo ãt præcipuo cęraruʒ lumen offert Animus oritur e cælo .i. a ſolo deo creatur.

Vitȩ duas eſſe vias.

Phi alterã viã virtutũ alterã viciorum poſuerũt.

QVȩ ſunt viȩ per quas humanam vitam progredi neceſſe eſt.ſ.vna quȩ in cȩlum ferat. Altera.quȩ ad inferos deprimat:quas & poetȩ in carminibus:& phi in diſputationibus ſuis induxerunt. Et quid phi alteram virtutum eſſe voluerunt. alteram vitiorum:eamq̨ quȩ ſit aſſignata virtutibus/primo aditu eſſe arduam & confragoſam.in q̃ ſiquis difficultate ſuperata in ſũmũ eius euaſerit:habere eum de cȩtero planum iter:amœnumq̨ campum: & omnes laborum ſuorum capere fructus vberes atq̨ iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit: eos in eam vitiorum viam labi atq̨ deflectere:quȩ primo ingreſſu ſit quaſi amœna:multoq̨ tritior. Deinde cum in eam paulo vlterius proceſſerint: amœnitatis eius ſpem repente ſubduci. Exoriri autem viam prȩcipitem: nunc ſaxis aſperam: nunc obductam ſentibus: nunc gurgitibus interciſã;vel torrentibus rapidã:vt laborare:hærere:labi:cadere ſit neceſſe: Quȩ omnia eo proferũtur:vt appareat in virtutibus capiendis labores eſſe maximos: in pceptis autem maximos fruct⁹ & ſolidas atq̨ incorruptas voluptates. Vitia vero quibus deliniamẽtis naturalibus allicere animos hominũ:& inaniũ iucũditatum ſpecie captos:ad acerbas amaritudines miſeriaſq̨ perducere.

Sapiens phõrũ diſputatio: ſi virtutum formas/ac terminos ſcirent.

ſapiẽs p̄ ſus diſputatio:ſi virtutum ipſarũ formas atq̨ terminos ſcirẽt. Nõ ei didicerant vel quȩ ſint:vel quid eas mercedis a deo maneat: quod nos his duobus libris docebimus. Hi vero quia ignorabant aut dubitabant animas hominũ immortales eſſe:& virtutes/& vitia terrenis honoribus aut pœnis ȩſtimauerunt. Omnis ergo hȩc de duab⁹ viis diſputatio ad frugalitatẽ ac luxuriã ſpectat.

Lr̃a pythagorȩ.

Dicunt.n.humanæ vitæ curſum.y.eſſe litterȩ ſimilẽ:q̇ vnuſquiſq̨ hominũ cũ primum adoleſcentiȩ limẽ attigerit:& in eũ locũ venerit: vbi ſe via ſcindit in ambas:hȩreat nutabundus:ac neſciat in quã ſe partẽ potius iclinet. Si ducẽ nactus fuerit: qui dirigat ad meliora titubãtẽ: hoc eſt ſi aut philoſophiã didicerit: aut eloquẽtiã: aut aliquid honeſtȩ artis:quo euadat ad bonã frugẽ:quod fieri ſine labore maximo nõ poteſt honeſtã ac copioſam vitã diſputãt peracturũ. Si vero doctorẽ frugalitatis nõ inuenerit:ad ſiniſtrã viã quȩ melioris ſpeciẽ mẽtiatur incedere.i.deſidiȩ luxuriæ inertiȩ que ſe tradere;quȩ ſuauia quidẽ videtur ad tempus vera bona ignoranti. Poſt autẽ amiſſa omni dignitate ac re familiari in omnib⁹ miſeriis ignominiaq̨ victurũ. Ad corp⁹ ergo/& ad hãc vitã/quã i terra ducimus:fines earũ viarũ rettulerũt/ poetȩ fortaſſe melius:qui biuium apud inferos eſſe voluerunt. Sed in eo falluntur/quia eas vias mortuis propoſuerunt. Vtriq̨ ergo vere: ſed tamen vtriq̨ non recte: quia oportuit vias ipſas ad vitam:fines earum ad mortem referri. ¶Nos igitur melius & verius:

quia duas iſtas vias cæli & inferorū eſſe dicimus:quia iuſtis immor-
talitas:iniuſtis pœna ęterna propoſita eſt. Quomodo auteʒ vię iſtę
vel in cęlum tollant:vel ad inferna pręcipitent explicabo & aperiā
quę ſint virtutes:quas philoſophi neſcierunt:tū etiā quæ ſint p̄mia
earum:ſimul etiam quę ſint vitia:quæue eorū ſupplicia mōſtrabo.
Nam fortaſſe aliquis expectet:vt ſeparatim de vitijs: ac virtutibus
dicam:cum de bono ac malo differentibus nobis etiā quod eſt con-
trarium poſſit intelligi. Siue enim virtutes inſeras:vitia ſua ſpōte de-
cedent:ſiue vitia eximas:virtutes vltro ſubibunt:ſic bonorū ac ma-
lorum conſtituta natura eſt:vt ſe inuicē ſemper oppugnent:ſemper
expellant:ita fit vt neq̧ vitia retrahi ſine virtutibus poſſint: nec vir-
tutes inſeri ſine detractione vitiorum. Has igitur vias longe aliter i-
ducimus:q̄ a philoſophis induci ſoleāt. Primū ꝙ vtriq̧ propoſitū eē
dicimus ducem vtrumq̧ immortalē. Sed alterum honoratū qui vir-
tutibus ac bonis ſit p̄ditus. Alterum damnatum qui vitijs ac malis.
Illi aūt in deteriore tantū viam ducem ponūt:neq̧ vnū: neq̧ perpe-
tuū. Siquidem quēlibet doctorē bonę artis inducūt:qui a deſidia re-
uocet homines:& frugi eē doceat. Sed neq̧ ingredi faciunt in eam
viam:niſi pueros & adoleſcentes:videlicet ꝙ artes diſcantur in his
ætatibus. Nos autem omnis ſexus/& generis & ætatis i hoc cęleſte
iter inducimus:quia deus qui eius vię dux eſt:immortalitateʒ nulli
homini nato negat. ¶ Forma quoq̧ viarum ipſarum non ita ē vt illi
putauerūt. Quid eīn opus eſt.y.in rebus contrarijs atq̧ diuerſis? Sʒ
altera illa melior cōuerſa eſt ad ſolis ortum. Altera illa deterior ad
occaſum quoniam qui veritatem ac iuſtitiam ſequitur:is accepto i-
mortalitatis p̄mio perēni luce potietur:qui auteʒ ab illo malo duce
illectus prętulerit vitia virtutibꝰ:mendacium veritati:neceſſe eſt ad
occaſum & tenebras deferatur. Deſcribam igitur vtrāq̧:& earū ꝓ-
prietates habituſq̧ monſtrabo.

Apđ Matheū eſt capite. vij. Lata porta & ſpacioſa via eſt q̄ ducit ad pditionē. & mlti ſūt qui intrāt p eaʒ. Q̄ʒ anguſta porta & arcta via eſt q̄ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniūt eam. Item Lucę.vij. Cōtendite intrare per anguſtam portaʒ: & q̄ ſequunt̄

¶ De via virtutis:q̄ nō in Elyſios campos ſed i cęlum ducit:& vitiorum:quæ ad impia tartara & ducibus vtriuſq̧. Cap. IIII.

VNa eſt igitur virtutis ac bonorum via:quę fert nō in Ely-
ſios campos (vt poetæ loquuntur) Sed ad ipſam mundi
arcem. At leua malorum Exercet pœnas:& ad impia tar-
tara mittit. Eſt enim criminatoris illius qui prauis reli-
gionibus inſtitutis auertit homines ab itinere cęleſti: & in viā per-
ditionis inducit. Cuius vię ſpecies & figura ſic eſt compoſita i aſpe-
ctu vt plana & patens omni genere florū atq̧ fructuum delectabilis
eſſe videat̄. In ea.n.poſuit deus oīa q̄ pro bonis habētur i terra opu-
lentiam dico:honoreʒ:quietem:voluptatē:illecebras omnes. Sʒ cū
his pariter iniuſtitiam:crudelitatem:ſuperbiam:perfidiā: libidinē:

cupiditatem:diſcordiã:ignorantiã:mendaciuȝ:ſtultitiam: cęteraq;
vitia:exitus autem huius talis eſt vix cũuentũ fuerit ad extremum:
vnde iã regredi non licet:cũ omni ſua pulchritudine tam ſubito prę
ciditur:vt non ante quis fraudem proſpicere poſſit:q̃ pręcipitatꝰ in
altitudinem profundã cadat.Quiſquis enim præſentiũ bonorũ ſpe
cie captus:& in his conſequendis ac fruendis occupatus / non præ
uiderit ea quę poſt mortẽ ſecutura ſunt ſeq; adeo auerterit:is ad in
feros deiectus:in æternam damnabitur pœnam.Via ergo illa cele
ſtis difficilis & cliuoſa propoſita eſt:vel ſpinis horrentibus aſpera:
vel ſaxis extantibus impedita:vt cum ſummo labore ac pedum tri
tu:cũq; magna cadendi ſollicitudine ſit cuiq; gradiendũ.In hac po
ſuit iuſtitiã:temperantiam:patientiã:fidem:caſtitatem:abſtinentiã
concordiã:ſcientiam:veritatem:ſapientiã:cęteraſq; virtutes:ſed ſi
mul cum his paupertatem:ignorantiam:laborem: dolorem: amari
tudines omnes.Quiſquis.n.ſpem ſuaȝ porrexerit longius:& melio
ra maluerit:carebit his terrę bonis:vt expeditus ac leuis difficulta
tem vię ſuperet.Nec eñ poteſt qui ſe apparatu regio circundede
rit aut diuitijs onerauerit:anguſtias illas vel ingredi vel tenere.Vn
de intelligitur iccirco malis & iniuſtis facilius prouenire quę cupiãt
quia prona & decliuis eſt eorum via. Bonis autem quæ optent dif
ficile procedere:quia difficili & arduo itinere gradiuntur. Iuſtꝰ er
go quoniam durum aſperũq; iter ingreſſus eſt:contemptui/deriſui/
odio ſit neceſſe eſt.Omnes.enim quos cupiditas aut voluptas p̃ci
pites trahit:inuident ei/qui virtutem capere potuit:& inique ferũt
id habere aliquẽ:quod ipſi non habent.Erit itaq; pauper:humilis:
ignobilis:ſubiectus iniurię:& tamen omnia quę amara ſunt p̃ferẽs.
Et ſi patientiã iugem ad ſummũ illũ gradum finemq; perduxit:da
bitur ei corona virtutis:& a deo pro laboribus quos in vita propter
iuſtitiam pertulit:immortalitate donabitur. Hæ ſũt vię: quas deus
humanę vitę aſſignauit:in quibus ſingulis & bona oſtẽdit: & mala:
ſed ordine prępoſtero atq; conuerſo.In vna.n.monſtrauit tempora
lia prius mala cum ęternis bonis qui eſt ordo melior. In altera tem
poralia priꝰ bona cũ æternis malis:qui eſt ordo deterior: vt quicũq;
pręſentia mala cũ iuſtitia delegerit:maiora & certiora bona conſe
quatur/q̃ fuerint illa quæ ſpreuit.Quiſquis autem pręſẽtia bona p̃
poſuerit iuſtitię in maiora & longiora incidet mala / q̃ fuerint illa q̃
fugit.Hęc.n.vita tẽporalis:quia breuis ẽ:iccirco & bona eius & ma
la breuia ſint neceſſe eſt:illa vero ſpiritualis:quę huic terrenæ cõtra
ria eſt:quia ſempiterna:eſt iccirco & bona eius & mala ſẽpiterna ſũt
Ita fit:vt & bonis breuibus mala æterna:& malis breuibꝰ bõa æter
na ſuccedant.Itaq; cũ ſic propoſita ſint homini bona & mala:conſi

derare vnũquemq; ſecum decet:q̃to ſatius ſit ꝓ perpetuis bonis mala breuia penſare:q̃ pro breuib⁹ & caducis bonis mala ꝑpetua ſuſtinere. Nã ſicut in hoc ſæculo cũ eſt ꝓpoſitũ cũ hoſte certamen: pri⁹ laborandũ ē vt ſis poſtmodũ in ocio:eſuriendum:ſitiẽdum:æſt⁹ frigora perferenda:humi quieſcendũ:vigilandum piclitandum eſt: vt ſaluis pignoribus:& domo:& re familiari:& omnib⁹ pacis ac victoriȩ bonis perfrui poſſis. Sin autem pręſens ociũ malueris q̃ labore malũ ſibi maximum facias neceſſe ē. Pręoccupabit ei aduerſari⁹ nõ reſiſtentem:vaſtabunt agri:diripiet domus: in prędã vxor ac liberi venient:ipſe interficiere aut capiere. Quȩ oïa ne accidãt:preſens cõmodũ differendũ ē:vt maius longiuſq; pariatur. Sic in omni hac vita:quia nobis aduerſariũ deus reſeruauit:vt poſſemus carpere virtutem:omittenda eſt pręſens voluptas:ne hoſtis opprimat vigilandum:ſtationes agendȩ:militares expeditiones obeundȩ: fundend⁹ ad vltimũ cruor. Omnia deniq; amara & grauia patiẽter ferẽda eo quidem prõptius: ꝙ nobis imperator noſter deus pręmia pro laboribus ȩterna conſtituit. Et cũ in hac terrena militia tantũ homines laboris exhauriant/vt ea ſibi pariãt:quȩ poſſunt eodẽ modo perire quo pata ſunt:certe nobis nullus labor eſt recuſandus:quo id acquiratur/quod nullo modo poſſit amitti. Voluit eñ deus qui hoïes ad hanc militiã genuit:expeditos in acie ſtare:& intẽtis acriter animis adurius vel inuiſibilis hoſtis inſidias:vel apertos impetus vigilare: q̃ nos (ſicut periti & exercitati duces ſolẽt) varijs artibus captat/pro cuiuſq; natura & moribus ſȩuiens. Alijs eñ cupiditatẽ inſatiabilẽ immittit vt oppibus ſuis tanq̃ cõpedibus alligatos a via veritatis excutiat. Alios inflãmat irȩ ſtimulis:vt ad nocẽdũ potius intẽtos a dei cõtemplatione detorqueat. Alios immoderatis libidinibus immergit:vt voluptati & corpori ſeruiẽtes ad virtutem reſpicere nõ poſſit Alijs vero inſpirat inuidiã:vt ſuis ipſis tormẽtis occupati nihil aliđ cogitent:niſi eorum quos oderint fœlicitatẽ. Alios inflãmat ambitionibus. Hi ſunt qui ad gerẽdos magiſtratus oẽm vitȩ ſuȩ operã curamq; cõuertunt:vt faſtos ſignẽt:& annis nomen imponãt. Quorundam cupiditas tendit altius:non vt ꝓuincias tẽporali gladio regãt:ſed vt infinita:& perpetua poteſtate dominos ſe dici velint vniuerſi generis humani. Quos autem pios viderit: inanibus implicat religionibus:vt impios faciat. His vero qui ſapientiã q̃runt philoſophiam in oculos impingit:vt ſpecie lucis execret:ne quis cõphendat aut teneat veritatẽ Sic hominibus obſtruxit aditus omnes & obſepſit omnes vias publicis latas erroribus:quos vt diſcutere poſſemus:ipmq; auctorẽ malorũ vincere:illuminauit nos deus & armauit vera cȩleſtiq; virtute:de qua mihi nũc diſſerendum eſt.

Bello propoſito laborandũ ē vt pace deiñ ꝑfruantur.

Auari. Iracundi. Libidioſi Inuidi ambitioſi

¶De falſa diffinitione phiſoſophię: quaꝫ auctore Lucillio poſuerunt philoſophi: & vera differentia ſcientiæ & virtutis. Cap. V

SEd prius q̄ ſingulas virtutes exponere incipiam determinanda eſt ipſa virtus: quam philoſophi non recte definierunt quid eſſet: aut in quibus rebus quid operis quid habeat offici. Nomen itaq; ſolum retinuerunt/ vim vero/ & effectum/ & rationem perdiderunt. Quæcunq; autem in definitione virtutis ſolent dicere: paucis verſibus colligit & enumerat Lucillius: quos malo equidem ponere: ne dũ multorũ ſententias refello: ſim longior q̄ neceſſe eſt.

Virtutis deffinitio ex lucillio

Virtus Albine eſt precium perſoluere rerum.
Quis inuerſamur quis viuimus rebus adeſſe.
Virtus eſt homini ſcire id quod quæq; habeat res.
Virtus ſcire homini rectum/ vtile/ quid ſit honeſtum:
Quæ bona quæ mala. Item quid inutile/ turpe inhoneſtum.
Virtus quærendę rei finem ſcire modumq;:
Virtus diuitijs precium perſoluere poſſe.
Virtus id dare: quod re ipſa debetur honori.
Hoſtem eſſe: atq; inimicum hominum morumq; malorum.
Contra defenſorem hominum: morumq; bonorum.
Hos magnifacere: his bene velle: his viuere amicum.
Cõmoda præterea patrię ſibi prima putare.
Deinde parentum: tertia iam poſtremaq; noſtra.

Cice. libri de officijs

Ab his diffinitionibus quas poeta breuiter compręhendit. M. Tul. traxit officia viuendi. Panetium ſtoicum ſecutus: eaq; tribus voluminibus incluſit. Hęc autem q̄ falſa ſint: mox videbimus: vt appareat q̃tum nobis dignatio diuina contulerit: quæ nobis aperuit veritatem. Virtutem eſſe dixit ſcire quid ſit bonum & malum: quid turpe: quid honeſtũ: quid vtile: quid min⁹: breuiuſq; facere potuit: ſi tantum bonuꝫ ac malum diceret: quia nihil poteſt eſſe vtile vl̄ honeſtũ quod non idem bonum ſit. Nihil inutile ac turpe q̄d non idem malum ſit. Quod & philoſophis videtur: & idem Cicero in tertio ſupra dicti operis libro oſtendit. Verum ſcientia non poteſt eſſe virtus: q̄a non eſt intus in nobis. Sed ad nos extrinſecus venit. Quod autem tranſire ab altero ad alterum poteſt virtus non eſt: quia ſua cuiq; ē.

Scia virt⁹ non eſt.

Scientia igitur alieni beneficij eſt: quia poſita eſt in audiendo. Virtus tota noſtra eſt: quia poſita eſt in voluntate faciendi bona. Sicut enim in itinere celebrando nihil prodeſt viam noſſe/ niſi conatus ac vires ſuppetant ambulandi: ita veri ſcientia nihil prodeſt ſi

virtus propria deficiat.nam fere etiam hi qui peccant & ſi non perfecte:tamen quid ſit bonum & malum ſentiunt. Et quoties aliquid improbe faciunt:peccare ſe ſciunt:& ideo cœlare nituntur. Sed cu3 eos boni & mali natura non fallat:cupiditate mala vincuntur vt peccent:quia deeſt illis virtus:ideſt cupiditas recta & honeſta faciendi Ex hoc igitur apparet aliud eſſe ſcientiam boni maliq;: aliud virtutem:quia poteſt eſſe ſcientia ſine virtute: ſicut in plurimis philoſophorum fuit. In quo quoniam recte ad culpam pertinet:non feciſſe quę ſcieris:recte voluntas praua & vitioſus animus:quem excuſare ignoratio non poteſt:punietur. Ergo ſicut virtus non eſt bonum ac malum ſcire:ita virtus eſt bonum facere:malum non facere. Et tamen ſcientia ſic cum virtute coniuncta eſt:vt ſcientia præcedat virtutem:virtus ſubſequatur ſcientiam:quia nihil prodeſt cognitio niſi & actio ſubſequatur. Hora. ergo paulo melius diffiniuit. Virtus ē vitium fugere: & ſapientia prima. Sed inepte: quia eam contrario terminauit:vt ſi diceret:Bonum eſt quod malum non eſt. Cum enim quid ſit virtus neſcio:ne vitium quidem quid ſit ſcio. Vtrunq; igitur indiget diffinitione:quia natura rei talis eſt:vt vtrumq; aut intelligi: aut non intelligi ſit neceſſe. Verum nos faciamus quod ille debuit. Virtus eſt iram cohibere:cupiditatem compeſcere: libidinem refrenare:Id eſt ei vitiū fugere: nā fere oia quę fiunt iniuſte atq; improbe ab his oriuntur affectibus. Si enim commotionis huius: quæ ira dicitur: impetus retundatur: omnes hominum contentiones malæ ſopientur:nemo inſidiabitur: nemo proſiliet ad nocendum. Item ſi cupiditas temperetur nemo terra mariq; graſſabitur: nemo exercitum ducet vt rapiat & vaſtet aliena. Item ſi ardor libidinum comprimatur:omnis ętas & ſexus retinebit ſuam ſanctitatem: nemo quicquam pudendum aut patietur: aut faciet. Ergo vniuerſa ſcelera & flagitia(his commotionibus virtute ſedatis)ex hominum vita moribuſq; tollentur. Quę ſedatio commotionum & affectuum hanc habet rationem:vt omnia recta faciamus. Omne igitur virtutis officium eſt non peccare:quo profecto fungi non poteſt qui deu3 neſcit: quoniam ignoratio eius a quo bona oriuntur imprudentem impingat in vitia neceſſe eſt. Itaq; vt breuius & ſignificantius vtriuſq; rei ſumma officia determinem:ſcientia eſt deum noſſe:virtus colere:In illo ſapientia:in hoc iuſtitia continetur.

¶Quod philoſophi neſciuerunt quid eſſet bonum: aut malum. qa fontem boni lucidum neſciebant:nec intellexerunt quis debeat rerum & operum finis eſſe: & quomodo conſtet Lucillium falſo diffiniuiſſe virtutis officia. Cap. VI.

horatij locus.

Atrib9 affectib9oia naſcuntur vicia: quibus ſedatis hęc tolluntur.

In deo agnoſcēdo ſciā:in colendo virtus. Et qq̄ pfectioni virtutis opus ē ois circūſtantias obſeruari: potiſſimū tn̄ finem Lactāti9 ap̄pbat vn̄ & poſtea dicit capite decimo ſeptimo virtutes ad diuina debere referri.

Dixi (quod erat primũ) ſcientiam boni non eſſe virtutem: Deinde qd ſit virtus/ & in quo ſit. Sequitur vt id quoq; ipſum quid ſit bonum & malum neſciſſe philoſophos breuiter oſtendam: quia pene declaratum eſt libro tertio cũ de ſummo bono diſputarem. Qui autem quid eſſet ſummum bonũ neſcierunt: & in cæteris bonis/ maliſue quæ ſumma non ſunt: errauerint neceſſe eſt: quod non poteſt vero iudicio examinare: qui fontem ipſum non tenet: vnde illa deſcendunt. Fons autem bonorum deus eſt: malorum vero ille. ſ. diuini nominis ſemper inimicus: de quo ſæpe diximus. ¶ Ab his duobus principijs bona malaq; oriũtur. Quę veniunt a deo hanc habent rationem vt immortalitatem parent. quod eſt ſummũ bonũ. Quę autem ab illo altero id habent officiũ vt a cęleſtibus auocatum/ terreniſq; demerſum ad pœnam iterficiãt ſempiternã: quod eſt ſummũ malum. Non igitur dubiũ ẽ: quin omnes illi quid eſſet bonũ & malum ignorauerint: qui nec deũ: nec aduerſarium eius ſcierint. itaq; finẽ bonorũ ad corpus: & ad hãc breuẽ vitã rettulerũt. qđ ſcilicet ſolui & occidere neceſſe eſt: non ſũt ꝓgreſſi longiꝰ. Sed omnia eorũ pręcepta (vt omnia q̃ inducũt bona) terræ inhęrent. & humi iacent: quoniam ſimł cũ corpore qđ eſt terra moriũť. Pertinet enim non ad vitam homini comparandam: ſed ad q̃rendas vel augendas opes: honores: gloriam: potentiam: q̃ ſũt vniuerſa mortalia: tam. ſ. q̃ ille q vt ea ſibi contingerent/ laborauit. Hic eſt illđ. Virtꝰ q̃rendæ rei finem ſcire modũq;. Pręcipiũt. n. qbus modis & quibus artibus res familiaris quęrenda ſit: quia vidẽt male q̃ri ſolere: ſed huiuſmodi virtus non eſt propoſita ſapienti. Nec. n. eſt virtus opes quęrere: quarũ neq; inuentio/ neq; poſſeſſio in noſtra poteſtate eſt. Itaq; & quęſitu & obtẽtu faciliores ſũt malis q̃ bonis. Nõ poteſt ergo virtꝰ eſſe in his rebꝰ q̃rendis: in q̃rũ contemptu vis ac ratio virtutis apparet: nec ad ea ipſa tranſfugiet: quę magno ac excelſo animo calcare ac proterere geſtit: neq; fas eſt animam cęleſtibus intentam bonis (vt hęc fragilia ſibi comparet) ab immortalibus ſuis operibus auocari. Sed potiſſimum in his rebus comparandis/ virtutis ratio cõſiſtit: quas nobis nec homo vllus nec mors ipſa poſſit auferre Cũ hęc ita ſe habeãt: Illđ qđ ſequitur verũ eſt. Virtus diuitijs precium perſoluere poſſe. Qui verſus idem fere ſignificat: quod primi duo ſed neq; ipſe neq; quiſq̃ philoſophorum ſcire potuit preciũ ipſum/ vel quale vel quod ſit. Idem enim poeta & illi omnes quos ſecutus eſt putauerũt recte opibus vti/ hoc eſt frugi eſſe: nõ iſtruere cõuiuia ſumptuoſe: nec largiri temere: nõ effundere ĩ res ſupuacuas ãt turpes rẽ familiarẽ? ¶ Dicet aliqs fortaſſe. Quid tu? negas ne hãc eſſe veritatẽ? nõ quidẽ nego: Contraria. n. videar probare/ ſi negem/

Deus oĩũ rerum au thor eſt. Diabolus hoĩes ad mala incitat.

Res familiarem augere docẽt gentiles.

Opes q̃rere non ẽ virtus.

Frugi eſſe quid.

Diuitiaꝶ fructus

Sed verã nego:quia nõ ſit illa cęleſtis:ſed tota terrena: quandoquidem nihil efficit niſi qđ remaneat in terra. Quid ſit autẽ recte opibus vti et quis ſit ex diuitijs fructus petend⁹/declarabo apertius cũ de pietatis officio loqui cœpero. Iam cętera quę ſequunť nullo modo vera ſunt:nã improbis inimicitias indicere/aut bonorũ defenſionem ſuſcipere poteſt cũ malis eſſe cõmune.quidã.n.probitate ficta viam ſibi ad potentiã muniũt:faciuntq; multa/quę boni ſolent: eo qdẽ promptius ꝙ fallendi gratia faciũt. Vtinãq; taꝫ facile eſſet ꝑſtare/q̃ facile eſt ſimulare bonitatẽ. Sed hi cuꝫ eſſe cœperint propoſiti ac voti ſui cõpotes/& ſummũ potentię gradũ cœperint:tum vero ſimulatione depoſita/mores ſuos detegunt:rapiunt omnia violant & vexant:eoſq; ipſos bonos quorũ cauſam ſuſceperant:inſequũtur:& gradus per quos aſcenderunt/amputant.neqs illos contra ipſos poſſit imitari. Verũtamen putem⁹ hoc officiũ nõ niſi bonoꝶ eẽ: vt bonos defendant. At id ſuſcipere facile eſt:implere difficile:quia cũ te certamini congreſſioniq; cõmiſeris:in arbitrio dei:non tuo victoria poſita eſt. Et plęrũq; improbi & numero & cõſpiratione ſunt potentiores q̃ boni:vt ad eos ſuperandos non tã virt⁹ ſit q̃ fœlicitas neceſſaria. An aliquis ignorat quotiens melior iuſtiorq; pars victa ſit?

maliſiimi citiæ idi-ceř: bonorũ defẽſionẽ ſuſcipere ꝑt cum malis eſſe cõmune.

Hinc ſemper dominationes acerbę in ciues extiterunt. Plena ẽ exẽplis omnis hiſtoria:ſed nos contenti erimus vno. Cn.n.Põpeius bonorum voluit eſſe defenſor:ſiquidem pro republica:pro ſenatu ꝓ libertate arma ſuſcępit. Idẽ tñ victus cuꝫ ipſa libertate occiditur:& a ſpadonibus Aegyptijs detruncatus/inſepultus abiectus eſt. Non ẽ igitur virtus aut hoſtem malorũ:aut defenſorem bonoruꝫ eſſe:quia virtus incertis caſibus nõ poteſt eſſe ſubiecta.

Cn. Põpeius liber-tatis cãm ſuſcipiẽs cũ ipſa li-bertate occiditur.

¶ Cõmoda ꝑterea patrię ſibi pría putare ſublata hominum concordia virtus nulla ẽ oĩno Quę ſunt enim patrię cõmoda niſi alterius ciuitatis aut gentis incõmoda? Id eſt fines propagare alijs violenter ereptos: augere imperiũ:vectigalia facere meliora. Quę oĩa non vtiq; virtutes :ſed virtutum ſunt euerſiones. In primis enim tollitur humanę ſocietatis cõiunctio:tollitur innocentia:tollitur alieni abſtinentia:tollitur deniq; ipſa iuſtitia:quę diſſidiũ generis humani ferre non poteſt: & vbicũq; arma fulſerint:hinc eam fugari/ & exterminari neceſſe ẽ. Verũ eſt Ciceronis illud:Qui autẽ ciuiũ rationem dicunt habendã exterorum negãt/dirimũt hi cõmunẽ generis humani ſocietatẽ: qua ſublata beneficentia:liberalitas:bonitas:iuſtitia funditus tollitur. Nã quomodo poteſt iuſtus eſſe:q nocet:q odit:q ſpoliat:q occidit? Quę oĩa faciunt/qui patrię prodeſſe nitunť. Id.n.ipꝫ ꝓdeſſe qd ſit ignorant:qui nihil putant vtile:nihil cõmodũ niſi quod teneri manu poteſt.quod ſolum teneri non poteſt: quia eripi poteſt. Hæc itaq;

Patrię cõmoda prima putaꝫ ſublata cõcordia nõ ẽ virtus.

Externorũ nõ minus habẽda ratio q̃ ciuium.

vt ipſi appellant) bona: quiſquis patrię acquiſierit: hoc eſt qui euerſis ciuitatibus gentibuſq; deletis: ęrariū pecunia referſerit: agros cœperit: ciues ſuos locupletiores fecerit: hic laudibꝰ fertur in cęlū: hęc putatur ſumma & perfecta eſſe virtus: Qui error non modo ppl'i & imperitorū: ſed etiā philoſophorum ē: qui pręcepta quoq; dant ad iuſtitiā ne ſtultitię ac malicię diſciplię/ quoq; auctoritas deſit. Itaq; cū de off.cijs ad rē militarē pertinentibus diſputēt: neq; ad iuſtitiā: neq; ad verā virtutē cōmodat̄ illa oīs oratio: ſed ad hāc vitam mortemq; ciuilem: quā nō eſſe iuſtitiā/ & res indicat/ & ipſe Cicero teſtatus eſt. Sed nos (inquit) veri iuris germanęq; iuſtitię ſolidam & exp̄ſſam effigie; nullam tenemus. Vmbra & imaginibus vtimur: eaſq; ipſas vtinam ſequeremur. Feruntur enim ab optimis naturę ac veritatis exemplis. ❡Vmbra ē igitur & imago iuſtitię: quam illi iuſtitiam putauerūt. Quid ſapientiā? nōne ide; confitent̄ in philoſophis eſſe nullā? ❡Aut cū Fabricius inquit: Aut Ariſtides iuſtꝰ nomiētur: aut ab illis fortitudinis: aut ab hoc iuſtitię tanq̄ a ſapiente petit̄ exemplū. Nemo eñ horū ſic ſapiēs vt ſapientem volumus intelligi. Nec hi qui ſapientes habiti & nominati. M. Cato. Catulus: Lęlius ſapiētes fuerunt. Ne illi quidem ſeptem: ſed ex mediorum officiorū frequentia ſimilitudinem quandam gerebāt: ſpecieq; ſapiētię ❡Si ergo & philoſophis ipſorum confeſſione adēpta ſapiētia eſt: & his qui iuſti habiti ſunt/ adempta iuſticia eſt. Omnes igitur illę virtutis deſcriptiones falſæ ſint neceſſe eſt: quia quę ſit vera virtus/ ſcire nō poteſt niſi iuſtus ac ſapiens. Iuſtus aūt ac ſapiens nemo eſt: niſi quē dominus pręceptis cęleſtibus erudiuit.

Hic hęroes: & hęroica virtꝰ appellatur.

Iuſtitię tātū vmbra vtimur inq̄t Cicero

Fabritius & Ariſtides quō iuſti Cato & Lęliꝰ & ſeptem ſapientes quō

### ❡Quod i via erroris eſt ſpecies ſapiētię & virtutis. Et ꝙ via veritatis & ſapientię eſt ſimplex: & anguſta: & ardua & deū habet ducem. Cap. VII.

IAm illi omnes qui per aliorum confeſſam ſtultitiam ſapientes exiſtimantur: ſpecie virtutis inducti: vmbras & imagines appręhendunt: nihil verum. Quod ea fit ratiōe quonia; via illa mendax: quę fert ad occaſum: multos tramites habet propter ſtudiorum & diſciplinarum varietate;: quę ſūt in vita hominum diſſimiles atq; diuerſę. Nam ſicut illa via ſapientię habet aliquid ſimile ſtultitię: quod libro præcedente monſtrauimus: ita hæc cum ſit tota ſtultitię: habet aliquid ſimile ſapientię: qđ arripiant hi qui ſtultitiam publicā intelligūt: & vt habet vitia manifeſta/ ſic habet aliquid quod ſimile eſſe videat̄ virtuti: vt habet apertum ſcelus: ſic imaginem quandam ſpecieq; iuſtitię. Quomodo eñ præcurſor eius viæ (cuius vis & poteſtas omnis in fallendo eſt) vniuerſos in fraudem poſſet inducere: niſi veriſimilia hominibus oſtē

taret:Deus.n.vt immortale illud arcanum eius in aperto eſſet:poſuit in via ſua quę homines pro malis & turpibꝰ aſpernarent̃:vt auerſi a ſapientia & veritate:quam ſine duce vllo requirebant:in idipſuꝫ inciderent:quod vitare ac fugere cupiebant. Itaqꝫ illam perditionis ac mortis viam multiplicem oſtendit:vel ꝙ multa ſunt genera vitę: vel ꝙ dij multi qui coluntur. Huius dux præuaricator ac ſubdolus vt videatur eſſe diſcrimen aliquod falſi & veri mali ac boni. Alia ducit luxurioſos:alia eos qui frugi appellant̃:alia imperitos:alia doctos alia inertes:alia ſtrenuos:alia ſtultos:alia philoſophos. Et eos qdeꝫ non vno tramite. Illos .n. qui aut voluptates:aut diuitias nõ refugiunt:ab hac publica & celebri via modice ſegregat. Eos autẽ qui aut virtutem ſequi volunt:aut contemptũ rerum confitentur:per cõfragoſa quędam pręcipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera q̄ ſpeciem bonoruꝫ oſtentant:non ſunt alię vię:ſed diuerticula & ſemitę quæ videntur quidem ab illa cõmuni dextro/verſum ſeparari:ad eãdem tamen & ad vnum omnes exitum ſub ipſo fine referuntur. Ibi.n. dux ille cõiũgit omnes: vbi opus fuerat bonos a malis: fortes ab inermibus:ſapientes a ſtultis ſeparari:in deorũ.ſ.cultu:i quo ille vniuerſos (quia ſine vllo diſcrimine ſtulti fuerunt) vno mucrone iugulat & pręcipitat in mortem. Hęc autem via quę eſt veritatis:& ſapientię & virtutis:& iuſtitię:quorum oĩm fons vnus eſt:vna vis:vna ſedes:& ſimplex eſt:quod paribus animis ſummaqꝫ concordia vnũ ſequamur:& colamus deum:& anguſta(quoniam paucioribus virtus data eſt)& ardua:quoniam ad bonum quod ſummum & ſublime ẽ: niſi cum ſumma difficultate & labore non poteſt perueniri.

Vt dicit euentum.

¶Quare a philoſophis veritas inueniri non poteſt: nec ab his qui terrenis dediti ſunt ſed ab electis inuenitur per legeꝫ dei: cui poteſt Ciceronis definitio aptari. Cap.VIII.

HAec eſt via:quam philoſophi quęrunt: ſed ideo nõ inueniũt:quia in terra potius vbi apparere nõ põt quęrũt. Errant ergo velut in mari magno:nec quo ferantur intelligunt: quia nec viam cernunt,nec ducem ſequuntur vllũ. Eadeꝫ namqꝫ ratione hanc vitę viam quęri oportet: qua in alto iter nauibus quęritur. Quę niſi aliquod cęli lumẽ obſeruent incertis caſibus vagantur. Quiſquis autẽ rectũ iter vitę tenere nititur: nõ terrã debet aſpicere:ſed cęlũ:&(vt apertius loquar)nõ hominẽ ſequi debet:ſed deuꝫ:nõ his terreſtribus ſimulachris:ſed deo ſeruire cęleſti: nõ ad corpus referri oĩa: ſed ad mentẽ:nõ huic vitę dare operã: ſed ęternę. Itaqꝫ ſi oculos in cęlũ ſemper intendas:& ſolẽ qua oritur obſerues:eũqꝫ habeas vitę quaſi nauigij ducẽ:ſua ſponte in viaꝫ pedes dirigẽtur:& illud cęleſte lumen(quod ſanis mentibus multo clarius

Cęlum & ſolem:cõtinens pro contento.

ſol eſt ꝙ hic quem in carne mortali videmus) ſic reget: ſic guberna‑bit: vt ad ſummũ ſapientię virtutiſqꝫ portum ſine vllo errore perdu‑cat. Suſcipienda igitur dei lex eſt: quę nos ad hoc iter dirigat: illa ſã‑cta: illa cæleſtis: quaꝫ marcus Tullius in libro de republica tertio pe‑ne diuina voce depinxit: cuius ego (ne plura dicereꝫ) verba ſubieci. Eſt quideꝫ vera lex: recta ratio/naturæ congruens diffuſa in omnes: conſtans ſempiterna: quę vocet ad officium iubẽdo vetando a frau‑de deterreat: q̃ tamen neqꝫ probos fruſtra iubet: aut vetat: nec ipro‑bos iubendo aut vetando mouet. Huic legi nec propagari fas eſt: neqꝫ derogari ex hac aliquid licet: neqꝫ tota abrogari poteſt. Nec ve‑ro aut per ſenatum: aut per populum ſolui hac lege poſſumꝰ. Neqꝫ eſt q̃rẽdus explanator aut iterpres eius aliꝰ. Nec erit alia lex Romæ alia Athenis: alia nũc: alia poſt hanc: ſed & omnes gentes & omni tempore vna lex: & ſẽpiterna: & immutabilis cõtinebit. Vnuſqꝫ erit communis quaſi magiſter & imperator omnium deus: ille legis hu‑iꝰ inuẽtor: diſceptator/lator: cui q̃ nõ parebit: ipſe ſe fugiet: ac naturã hominis aſpnatus hoc ipſo luet maximas pœnas etiam ſi cętera ſup‑plicia quę patitur effugerit. Quis ſacramentum dei ſciens tam ſigni‑ficanter enarrare legem dei poſſet: q̃ illam homo longe a veritatis noticia remotus expreſſit? Ego vero eos qui vera imprudentes lo‑quuntur: ſic habendos puto tanq̃ diuinent ſpiritu aliquo inſtructi. Quod ſi vt legis ſanctę vim rationemqꝫ peruidit ita illud quoqꝫ ſciſ‑ſet aut explicaſſet: in quibus pręceptis lex ipſa cõſiſteret: non philo‑ſophi fũctus eſſet officio ſed prophetę Quod quia facere ille nõ po‑terat: nobis faciendum eſt: quibus ipſa lex tradita eſt: ab illo vno ma‑giſtro & imperatore omnium deo.

*Lex oĩum veriſſima naturę rõ*

*Neqꝫ fru‑ſtra: imo cum præ‑mio*

*Imprudẽ ter vera lo quẽtes di‑uinare vi‑dentur.*

¶ Quod caput religionis & via veritatis eſt deum fideliter noſſe & colere. Et quare diuerſę leges ſint a gentibus inſtitutę. Et quis ſen‑ſuum integritate vigeat: quam gratia largitur potius q̃ natura. Cap. IX.

HVius legis caput eſt primũ ipſum deum noſſe: ſoli obtẽ‑perare: ſolum colere. Non poteſt enim rationem homi‑nis obtinere: qui parẽtẽ animę ſuę deũ neſcit: qđ eſt ſum‑mum nefas. Quæ ignorantio facit/vt dijs alienis ſeruiat: quo nihil ſceleratius committi poteſt. Hinc iam procliuis eſt ad ma‑litiam gradus per ignorantiam veri ac ſingularis boni: quia deꝰ quẽ noſſe refugit: fons eſt ipſe bonitatis. Vel ſi iuſtitiam ſequi volet dei: diuini tamen iuris ignarus: gentis ſuę leges tanq̃ verum ius ample‑ctitur: quas non vtiqꝫ iuſtitia ſed vtilitas repperit. Cur enim per om‑nes populos diuerſa & varia iura ſunt condita: niſi ꝙ vnaqueqꝫ gẽs id ſibi ſanxit: quod putauit rebus ſuis vtile? Quantum autẽ a iuſtitia

*Deus ipſe fons ẽ bo‑nitatis.*

*Iura cur varia.*

DIſpoſitione ſummi dei ſic ordinatum eſt: vt iniuſtum hoc ſæculum decurſo temporum ſpatio terminum ſumat: extinctaq; protinus omni malitia: & piorum animis ad beatam vitam reuocatis: quietum: tranquillum: pacificum: aureum deniq; (vt poetæ vocant) ſæculum: deo ipſo regnãte floreſcat. In primis cauſa errorum omnium philoſophis hęc fuit: q̄ rationem mundi quę totam ſapientiam continet: non compræhenderũt. Ea vero ſenſu proprio & interna intelligentia non poteſt compræhendi: quod illi ſine doctore per ſeipſos facere voluerunt. Itaq; in varias ſibiq; ſæpe contrarias ſententias inciderunt: ex quib⁹ exitũ non haberẽt. & i eodẽ luto (ſicut Comic⁹ ait) hęſitauerũt. ſ. aſſumptionibus eoꝝ non reſpõdente rõe cũ aſſumpſiſſent quidẽ vera: ſed q̄ affirmari ꝓbariq; nõ poſſent ſiue ſcientia veritatis rerũq; cęleſtium: quę (vt ſępe iã dixi) non poteſt eſſe in homine: niſi deo docente pcepta. Nã ſi poteſt hõ intelligere diuina poteſt & facere: nã intelligere eſt quaſi e veſtigio ſubſequi. Non poteſt aũt facere q̄ deus: quia mortali corpore indutus ẽ. Ergo ne intelligere quidẽ põt q̄ fecit deus. Qđ aũt fieri non poſſit: ex imenſitate rerũ atq; operũ diuinorũ facile eſt vnicuiq; metiri. Nam ſi mundũ cum oibus q̄ ſunt in eo: contemplari velis: intelliges profecto q̄tum dei opus hũanis operibus ante ſtet. Ita quantũ inter opera diuina & hũana intereſt: tãtũ diſtare iter dei hominiſq; ſapiam neceſſe eſt. Nam quia deus incorrupt⁹ atq; imortalis eſt. & ideo pfectus: quia ſempiternus eſt. ſapiẽtia quoq; eius pinde vt ipſe pfecta eſt. Nec obſtare illi quicquã põt: quia nulli rei de⁹ ipſe ſubiectus eſt. Homo aũt quia ſubiectus eſt paſſioni: ſubiecta eſt & ſapiẽtia eius errori: & ſicut hois vitã multę res impediũt: quo minus poſſit eſſe perpetua: ita ſapiam quoq; eius multis reb⁹ impediri neceſſe eſt quominus ĩ perſpiciẽda penit⁹ veritate perfecta ſit. Ergo nulla eſt humana ſapientia: ſi p ſe ad notionem veri ſcientiãq; nitat̃: quoniam mens hominis cũ fragili corpore alligata: & in tenebroſo domicilio incluſa: neq; liberius euagari: neq; clarius perſpicere veritatem poteſt: cuius notio diuinę cõditionis eſt. Deo enim ſoli opera ſua nota ſunt: homo autem non cogitando aut diſputando eſſe qui eam poteſt. Sed diſcendo & audiendo ab eo qui ſcire ſolus poteſt & docere. Ideo. M. Tullius ſententiam Socratis de Platone tranferens dicentis veniſſe tempus vt ipſe migraret e vita. Illos autem apud quos cauſam ſuam perorabat: agere vitam. Vtrũ melius ſit (inquit) dij immortales ſciunt: hominem autem arbitror ſcire neminem. Quare neceſſe eſt oẽs philoſophię ſectas alienas eſſe a veritate: quia hoies erant q eas conſtituerunt: nec vllũ fundamentũ aut firmitatem poſſunt habere: quæ nullis diuinarum vocum fulciuntur oraculis.

Aīmis ad pacatã vitã reuocatis aureuȝ ſæculũ floreſcit: vt poſtea ca. xxiiij. repetit. Qđ ideo dictũ itelligat̃ quia princeps mũdi mille annos ligat̃. qđ ligamẽ clare exponẽs Auguſtinus. xx. de Ciuitate libro. cap. viij. Alligatio inquit diaboli ẽ non pmitti exercere totã tẽtationẽ quã pt. vel vi vel dolo ad ſe ducendos hoies ĩ pte ſuã cogẽdo violẽter fraudulẽter ve fallẽdo: & reliqua. Tradit

etiā lactā-tius libro. quinto. cap.vi. cō tra Iouē. q̄ ten⁹ chriſtus aurea ſęcula idē fugatā iuſticiā reducere cęperit.

¶Quantum errauerint ſtoici de ratione mundi & auctore omni um deo:& homine per quē factus mūdus:& q̄ maniſeſte contra Epi curum rationibus doceatur/mundū & omnia quæ in eoſunt dei pro uidentia gubernari. Cap.III.

ET quoniā de philoſophorū erroribus loquimur:ſtoici na turā in duas diuidunt partes:vnā quæ efficiat:alterā quæ ſe ad efficiendum tractabilē præbeat.in illa prima eſſe vi ſentiendi:in hac materiam:nec alterum ſine altero poſſe. Quomodo idē eſſe pōt quod tractat:& quod tractatur/Si quis dicat idem eſſe figulum quod lutū:aut lutum idem eſſe quod figulū:nōne aperte inſanire videatur/At iſti vno naturæ nomine duas res diuer-ſiſſimas cōprehēdūt:deū & mundū:artificē & opus:dicuntq; alterū ſine altero nihil poſſe:tāq̄ natura ſit de⁹ mūdo terminat⁹: nā īterdū ſic cōfundunt:vt ſit deus ipſe mens mundi:& mūdus ſit corpus dei. Quaſi vero ſimul eſſe cœperit mund⁹ & deus:ac nō ipſe mūdū fece rit:quod & ipſi fatētur alias:cū hominū cauſa p̄dicant eſſe fabrica-tū:& eſſe ſine mundo ſi velit poſſit.Siquidē deus eſt diuina mens & æterna:a corpore ſoluta & libera:cuius vim maieſtatēq; quoniā itel-ligere non poterant:miſcuerunt eū mundo.i operi ſuo. Vnde ē illud Virgilianum.Totamq; infuſa per artus Mēs agitat molē:& magno ſe corpore miſcet.Vbi eſt ergo illud:quod ijdē ipſi aiunt & factū eſſe diuina prouidētia & regi/Si.n.fecit mundū:fuit ergo ſine mūdo. Si regit:nō vtiq; ſicut mens corpus regit:ſed tāq̄ dominus domum:na uimq; gubernator:auriga currū.nec tamē mixti ſunt his reb⁹:quas regunt.nā ſi hęc omnia quæ videmus dei membra ſunt.iā inſenſibi-lis ab his conſtituitur deus:quoniā membra ſenſu carent:& mortalis: eſt:quoniam videmus mēbra eſſe mortalia.Poſſum enumerare quo tiens repentinis quaſſatæ motibus:vel hiauerit terræ:vel deſcende-rint in abruptū:quotiens demerſæ fluctibus:& vrbes & īſulæ abie-runt ī profundum:frugiferos campos paludes inundauerit:flumina & ſtagna ſiccauerint:montes etiam vel deciderint abrupti:vel planis fuerint adę quati:plurimas regiones & multorum fundamēta mon-tium latens & internus ignis abſumit.Et hoc parum eſt:ſi membris ſuis non parcit deus:niſi etiam homini liceat aliquid in dei corpus. Maria extruuntur:montes exciduntur & ad eruēdas opes iteriora ter ræ viſcera effodiuntur.Quid q̄ ne arari quidē ſine laceratione diuini corporis pōt:vt iam ſcelerati & impij ſimus:qui dei mēbra violem⁹. Patitur ne ergo vexari corpus ſuū deus:& debilē ſe vel ipſe facere:vt ab hoīe fieri ſinit/niſi forte diuinus ille ſenſus:q̄ mundo & omnibus mundi partib⁹ permixtus eſt:primā terrę faciem reliquit:ac ſe ī ima demerſit:nequid doloris de aſſidua laceratiōe ſentiret.Quod ſi hoc

Virgilius.

vanũ & abſurdũ eſt:tã igiť ipſi eguerũt: ꝗ hęc idigent ſenſu:qui non perſpexerũt diuinũ quidẽ ſpiritum eẽ vbiqꝫ diffuſum:eoqꝫ oĩa conti neri. Nec tñ ita vt deus ipſe qui eſt incorruptus grauibus corruptibi libus elemẽtis miſceatur. Illud ergo rectius quod a Platone ſumpſe runt:a deo factũ eſſe mũdũ: & eius ꝓuidẽtia gubernari. Oportebat igiť & Platonẽ:& eos qui idẽ ſenſerũt docere atqꝫ explicare quę cau ſa:q̃ ratio fuerit tãti operis fabricãdi:quare hoc aut cui⁹ gratia fece-rit. At idẽ ſtoici hoĩꝫ ĩquiunt cauſa mundus effectus eſt. Audio. Sed Epicurus ignorat ipſos hoĩes quare aut quis effecerit. Nam Lucreti us cum diceret mũduꝫ non eſſe a diĳs cõſtitutũ: ſic ait. Dicere porro hoĩꝫ cauſa voluiſſe parare Prẹclarã mũdi naturã. Deinde intulit. De ſipe eſt:quid enim immortalibus atqꝫ beatis gratia noſtra queat lar girier emolumẽti. Vt nr̃a quicq̃ cauſa facere aggrediantť? ¶ Merito enim illi nullam rationẽ afferebãt:cur hũanũ gen⁹ vel creatũ vľ inſti tutũ eſſet a deo. Noſtrum hoc officiũ eſt ſacramẽtũ mundi & hoĩs exponere:cuius illi exptes ſacrarium veritatis nec attigere:nec vide re potuerunt. Ergo (vt paulo ante dicebã) cũ aſſumpſiſſent id quod erat veruꝫ.i.mundum a deo factum:& hoĩꝫ cauſa eſſe factum:tamẽ quoniã eos ĩ conſequentibus ratio defecit: nõ potuerũt defẽdere id quod aſſumpſerãt. Deniqꝫ Plato ne dei opus imbecilluꝫ & ruinoſuꝫ faceret:in ęternũ dixit eſſe mãſurum. Si hoĩm cauſa factus eſt:& ita factus eſt:vt eſſet ętern⁹:cur ergo ipſi quoꝝ cauſa factus eſt: nõ ſunt ſempiterni? Si mortales propter quos fact⁹ eſt:ergo & ipſe mortalis atqꝫ ſolubilis. Neqꝫ.n.pluris eſt ipſe ꝗ hi quorum gratia factus eſt:ꝗ ſi ei ratio quadraret:ĩtelligeret piturũ eſſe quia factus eſt: nec poſſe in ęternum manere:niſi qđ tãgi nõ põt. Qui autem negat hominuꝫ cauſa factum:hic nullã rõnem tenet. Si.n. dicit ipſum fabricatorem ſua cauſa tãta hæc opa eſſe molitũ:cur ergo nos nati ſumus? Cur mũ do ipſo fruimur? Quid ſibi vult humani generis:cæterorumqꝫ aĩan tiuꝫ fictio. Cur aliena cõmoda intercipimus? Cur deniqꝫ augemur? minuimur? interimus? Quid habet rõnis ipſa gñatio? quid ꝑpetua ſucceſſio? Nimiruꝫ videri deus voluit/& ſuis varĳs imaginibus tanq̃ ſigilla cõfingere:quibus ſe oblectaret:& nihilominus tamen ſi ita eſ ſet:curæ haberet animãtes:ꝑcipueqꝫ hoĩeꝫ: cuius ĩperio cuncta ſub iecit. ¶ Qui aũt dicunt ſemp fuiſſe mundũ:omitto illud qđ eſſe ipſũ ſine aliquo pricipio nõ põt:vnde ſe extricare nequeunt. Sed hoc di co ſi ſemper mũdus fuit nullam poteſt habere rationem. quid enim potuit in eo ratio moliri/qđ nunq̃ ſumpſit exordium? Nã priuſq̃ fiat aliquid aut ſtruať:opus eſt conſilio:vt diſponi poſſit: quemadmodũ fiat:nec incipi quicq̃ põt ſine ꝓuiſione rationis. Itaqꝫ omne opus ra tio ꝓcedit:non habet ergo rationem quod factum nõ eſt. Atqui mũ-

Lucretius

Plato.

dus habet rationē:qua & conſtat & regiẗ.Ergo & factus eſt; & ſi factus eſt:& reſoluetur.Reddant ergo iſti rationē:ſi poſſunt:cur aut factus in principio ſit:aut poſtea reſoluaẗ.Quod quia docere non poterat Epicurus ſiue Democritus:ſua ſpōte natū eſſe dixit ſeminibus inter ſe paſſim coeūtibus:quibus iterum reſolutis/diſſidium atq́ interitum ſecuturum. Corrupit ergo quod recte viderat:& totā rationem penitus ignorantia rationis euertit: redegitq́ mundū/& oia q̄ in eo geruntẗ ad ſimilitudinem cuiuſdam ſomni vaniſſimi: ſiquidem rebus hūanis nulla ratio ſubſiſtat. Cū vero mundū/oēſq́ partes ei⁹ (vt videm⁹)mirabilis ratio gubernet:cū cœli tēpantia & ęqualis in ipſa varietate curſus aſtrorum/luminumq́ cœleſtium:tēporū cōſtās ac mira deſciptio:terraꝝ varia fœcūditas: plana campoꝝ munimēta:& aggeres mōtiū:viriditas/vbertaſq́ ſiluarū: fōtiū ſaluberrima eruptio:fluminū opportuna inundatio: maris opulenta & copioſa interfuſio:ventoꝝ diuerſa & vtilis aſpiratio.Cæteraq́ omnia ratiōe ſumma conſtent:quis tā cęcus eſt: vt exiſtimet ſine cauſa eſſe facta: in quibus mira diſpoſitio ꝓuidentiſſimę rationis elucet? Si ergo ſine cauſa nec eſt nec fit quicq̄ omino:ſi & ꝓuidētia ſummi dei ex diſpoſitione rerum:& virtus ex magnitudine:& poteſtas ex gubernatiōe manifeſta eſt:hebetes ergo & inſani:qui prouidentiam non eſſe dixerunt. Non improbarem ſi deos iccirco non eſſe dicerent:vt vnum dicerent. Cum autem ideo/vt nullū: qui eos deliraſſe non putat: ipſe delirat.

Democritus.

Q꞉ oīs res ad aliquem vſum facta eſt:etiā illa q̄ omnino videnẗ eſſe mala. Et quare homo creatus ſit corpore fragilis:& capax rationis Cap.IIII.

SEd de ꝓuidentia ſatis in primo libro diximus:quę ſi ē (vt apparet/ex mirabilitate opeꝝ ſuoꝝ)neceſſe eſt etiā hominem cęteraſq́ animātes eadē ꝓuidentia creauerit. Videamus ergo quæ ratio fuerit fingendi generis humani: quoniam conſtat id quod Stoici dicunt: hominum cauſa mundum eſſe fabricatum:q̄q̄ in hoc ipſo non mediocriter peccent: quod non hominis cauſa dicunt:ſed hominum: vnius.n.ſingularis appellatione totū cōphendit humanum genus. Sed hoc ideo:quoniā ignorāt vnū hoīē a deo eſſe formatū:putantq́ homines in omnib⁹ terris & agris tāq̄ fungos eſſe generatos. At Hermes non ignorauit hominē & a deo & ad dei ſimilitudinē factū:ſed redeo ad ꝓpoſitum. Nihil eſt (vt opinor)quod ſit propter ſeipſum factum:ſed quicqd omnino fit ad vſum aliquem fieri neceſſe eſt. Quis eſt enim vel tam ineptus vel tam ocioſus/vt aggrediatur facere aliquid fruſtra: ex quo nullā vtilitatem/nullum commodum ſperet? Qui domum ædificat:

non iccirco ædificat vt tãtummodo domus ſit:ſed vt in ea poſſit habitari. Qui nauem fabricat non ideo aſſumit operam vt tantum nauis appareat:ſed vt in ea nauigetur. Iteʒ qui vas aliquod inſtruit aut format non propterea id facit:vt tantum feciſſe videatur:ſed vt vas illud effectum capiat aliquid neceſſarium. Similiter cætera quęcunq; fiunt:non vtiq; in ſuperuacuum : ſed ad vſus aliquos laborantur. Mundus igitur a deo factus eſt nõ vtiq; ꝓpter ipſuʒ mũdũ. Neq;.n. aut calore ſolis:aut lumine:aut aſpiratione vẽtorũ aut humore hymbriũ aut alimonia frugũ:cũ ſenſu careãt:indiget:ſed ne illud quideʒ dici poteſt:ꝙ deus propter ſeipſũ fecerit mundũ:quoniã poteſt eſſe ſine mundo:ſicut fuit antea. Et his omnibus quæ in eo ſunt. quæq; generanť:deus ipſe non vtiť. Apparet ergo animãtiũ cauſa mundũ eſſe cõſtructũ:quoniã his reb⁹ quibus conſtat animantes fruuntur: quæ vt viuere:vt cõſtare poſſint:omnia his neceſſaria tẽporibus certis ſubminiſtrantur. Rurſus cæteras animãtes hominis cauſa eſſe factas ex eo clarũ eſt:ꝙ homini ſeruiũt:& tutelę eius atq; vſibus data ſũt quoniã ſiue terrenæ ſunt:ſiue aquatiles:nõ ſẽtiũt mũdi rationeʒ ſicut homo. Reſpõdẽdũ eſt hoc loco philoſophis:maximeq; Ciceroni:q ait. Cur oĩa noſtri cauſa cũ faceret tãtam vi natricũ viperarũq; fecerit? Cur tam multa peſtifera terræ mariq; diſperſerit? Ingens ad diſputandum locus eſt:ſed vt in tranſcurſu breuiter ſtringendus eſt. Quoniã homo ex rebus diuerſis ac repugnantib⁹ configuratus eſt: anima & corpore:id eſt cælo atq; terra:tenui & cõpręhenſibili:æterno ac temporali:ſenſibili atq; bruto:luce prędito:atq; tenebroſo:ipſa ratio ac neceſſitas exigebat & bona homini ꝓponi & mala:bona quibus vtať:mala quę vitet & caueat. Iccirco enim data eſt illi ſapientia:vt cognita bonoruʒ malorumq; natura:& in appetendis bonis & in malis declinandis vim ſuæ rationis exerceat. Nam cæteris animalibus quia ſapientia data non eſt:munita indumentis naturalib⁹ & armata ſunt. Homini autem pro his omnibus quod erat præcipuum:rationem dedit ſuam. Itaq; nudum formauit & inermem:vt eum ſapientia & muniret & regeret. Munimenta & ornamẽta eius non foris ſed intus:non in corpore:ſed in corde conſtituit. Niſi ergo eſſent mala quę caueret:quę a bonis vtilibuſq; diſtingueret:nõ eſſet ei ſapientia neceſſaria. Sciat ergo Marcus Tullius aut ideo homini datam eſſe rationem:vt & piſces caperet vſus ſui gratia:& natrices: viperaſq; vitaret ſalutis ſuæ cauſa. Aut iccirco bona ei malaq; propoſita ; quia ſapientiam acceperat: cuius vis omnis in diſcernendis bonis maliſq; verſatur. Magna igitur & recta & mirabilis eſt vis:& ratio & poteſtas hominis:propter quem mundum ipſum & vniuerſa quæcunq; ſunt: deus fecit:tantumq; illi honoris habuit vt eum

Vide magiſtruʒ ſecũdo ſen. libro diſtĩctione. xv & ſcriptores.

ſuã ipĩ homini cõuenientem.

preficeret vniuerſis: quoniã ſol⁹ poterat dei opera mirari. ¶ Optie igit̃ Aſclepiades noſter de ꝓuidentia ſummi dei diſſerẽs: in eo libro, quẽ ſcripſit ad me. Atq; ideo inquit merito quis arbitretur proximũ ſibi locũ diuinã prouidentiã dediſſe ei: qui potuit intelligere ordinationẽ ſuã? Nã ſol iſte eſt: quis eu3 videt ita vt intelligat quia ſol eſt: & quantum gratiæ afferat cæteris inſtitutis? Hoc cęlũ eſt: quis id ſuſpicit? terra hęc: quis eã colit? hoc pelagus: quis in eo nauigat? hic eſt ignis: quis eo vtit̃? Inſtituit ergo ſummus deus nõ propter ſe: quia nihilo indiget: ſed propter hoiem qui his congruenter vteretur.

Aſclepiades: ad lactantium.

Quare homo creatus ſit & quare ex contrarijs conſtet: & ꝙ ei domiciliũ cõſtitutum ſit in medio: & vita duplex ꝓponitur: quarũ alteram miniſtrat natura: alterã largitur gratia. Et quid ſignificet ꝙ homo primum quadrupedibus conformatur & poſtea erigitur: & tandem vtitur exercitio rationis. Cap. V.

Reddamus nũc rationem quare hoiem ipſum fecerit de⁹. Quod ſi philoſophi feciſſent aut defẽdiſſent illa quæ vera inuenerant: aut in proximos errores nõ incidiſſent. Hæc eſt ſumma: hic cardo rerũ eſt: quẽ qui nõ tenuerit: veritas illi ois elabitur. Hoc eſt deniq; quod efficit illis non quadrate rationem: q̃ illis ſi effulſiſſet: ſi ſacramentũ hois omne cognouiſſent: nunq̃ diſputationes eorum & oẽm philoſophiam de tranſuerſo acadæmia iugulaſſent. Sicut ergo mundũ nõ propter ſe deus fecit: quia cõmodis eius nõ indiget: ſed propter hoiem qui eo vtit̃: ita ipſum hominẽ propter ſe. ¶ Quę vtilitas deo ĩ hoie inq̃t Epicurus: vt eum ꝓpter ſe faceret? Scilicet vt eſſet q opera eius intelligeret: qui prouidẽtiã diſponendi: rationẽ faciẽdi: virtutẽ cõſumandi: & ſenſu admirari: & voce ꝓloqui poſſet. Quotũ oĩm ſumma hæc eſt: vt deũ colat. Is.n. colit qui hæc ĩtelligit: is artificẽ rerũ oĩm: is verũ patrẽ ſuum debita veneratione proſequit̃: qui virtutẽ maieſtatis eius de ſuorũ operũ ĩuẽtiõe incœptõe: perfectione metit̃. Quod planius argumẽtũ proferri põt & mũdũ hois & hoiem ſui cauſa deũ feciſſe: q̃q̃ ex oibus animantib⁹ ſolus ita formatus eſt: vt oculi eius: ad cælũ erecti facies ad deũ ſpectans: vultus cũ ſuo parẽte cõis ſit: vt videatur hoiem de⁹: quaſi porrecta manu alleuatũ ex humo: ad cõtẽplationẽ ſui excitaſſe? Quid ergo (inquit) deo cultus hois cõfert: bono & nulla re ĩdigẽti? vt ſi tm̃ honoris homini habuit vt ipſius cauſa mundũ fabricaret: vt inſtrueret eũ ſapientia: vt dñm viuentiũ faceret: eũq; diligeret tãq̃ filiũ: cur mortalẽ fragilẽq; cõſtituit? cur oibus malis quẽ diligebat obiecit: cũ oportet & beatũ eſſe hoĩem tanq̃ cõiunctũ & proximũ deo: & perpetuũ ſicut ipſe eſt: ad quem colendũ & cõtẽplãdum figurat⁹ ẽ? Quanq̃ hęc fere in priorib⁹ libris ſparſim docuimus: tamen quoniã ꝓprie

id materia nũc exigit: quia de vita beata diſſerere propoſitũ eſt: explicãda ſunt iſta diligẽtius & plenius: vt diſpoſitio dei: & op⁹: voluntaſq; noſcat. Cũ poſſet ſẽper ſpiritib⁹ ſuis ĩmortalibus innumerabiles aĩas ꝑcreare: ſicut angelos genuit: quib⁹ immortalitas ſine vllo malorũ periculo aut metu cõſtat: excogitauit tamẽ ienarrabile op⁹ queadmodũ infinitã multitudinẽ crearet aĩarum: quas primo imbecillib⁹ fragilibuſq; corporib⁹ alligatas cõſtitueret iter bonũ malũq; medias: vt cõſtãtib⁹ ex vtriſq; naturæ virtutem ꝓponeret: ne immortalitatẽ delicate aſſequerentur ac molliter: ſed ad illud æternæ vitæ ineloquibile ꝑmium ſumma cum difficultate ac magnis laborib⁹ ꝑuenirent. Ergo vt eos grauibus & vexabilibus mẽbris iduceret: quoniã cõſiſtere in medio inani nõ poterãt: ponderib⁹ & grauitate corporis deorſũ premente: ſedẽ illis ac domiciliũ primo condẽdu; eſſe decreuit. Itaq; ineffabili virtute ac potẽtia pręclara mũdi opera molitus eſt: ſuſpenſus in altitudinẽ leuibus elemẽtis & grauib⁹ ĩ ima depreſſis: & cęleſtia firmauit: & terrena cõſtituit. ¶ Nec ẽ neceſſe nũc exequi ſingula: quoniã in ſecũdo libro vniuerſa executi ſum⁹. Lumina igitur poſuit in cælo: quoꝝ moderatione: & claritas: & mot⁹ aptiſſime ad vtilitates viuẽtiũ tẽperat⁹ eſt. Terræ aũt quã ſedẽ voluit eẽ fœcunditatẽ variã gignendi ac proferendi dedit: vt vbertas frugũ: & hęrbarũ: & virentiũ pro natura & vſu cuiuſq; generis alimoniã miniſtraret. Tum ꝑfectis oĩbus quæ ad conditionẽ mundi pertinebant hoiem finxit ex ipſa terra: quam illi a principio in habitaculũ pręparauit: id eſt ſpiritum ſuũ terreno corpore induit: & inuoluit: vt compactus ex reb⁹ diuerſis ac repugnãtibus bonũ ac malũ caperet: & ſicut terra ipſa fœcunda ẽ ad fruges pariendas: ita corp⁹ hominis qđ aſſumptum eſt e terra: generandi copiam facultatemq; procreandę ſobolis accepit: vt quoniã fragili materia formatus in æternum manere non poterat: peracto temporalis vitę ſpacio cederet: & illud qđ fragile atq; imbecillum gerebat: ꝑpetua ſucceſſione renouaret. Cur igiť eum mortalẽ finxit atq; fragilem: cu; illius cauſa mundum ędificaſſet? Primũ vt infinita vis animarum gigneretur: omnemq; terram multitudine oppleret: deinde vt proponeret homini virtutem: ideſt tolerantiam malorum ac bonorũ: ꝑ quã poſſet præmium immortalitatis adipiſci. Nã quia homo ex duabus rebus conſtat: corpore atq; anima: quorum alterũ terrenum eſt: alterũ cæleſte: duæ vitæ homini attributæ ſunt: vna tẽporalis quę corpori aſſignatur: altera ſempiterna: quæ animæ ſubiacet. Illam naſcendo accepimus: hanc aſſequimur laborãdo: ne immortalitas homini (vt ante dixim⁹) ſine vlla difficultate conſtaret. Illa terrena eſt: ſicut corpus: & ideo finiť. Hæc vero cęleſtis: ſicut anima: & ideo terminum non habet. Illam

Cecaret: nõ ſimul: ſ; ſigillatĩ. Iuxta illđ Quiſixit ſigillatĩ cor da eorum. Spiritib⁹ ſuis ĩmortalib⁹ innumerabileſ aĩas: Nulla ẽ aĩa ſñ ſpũ: q̃ qđẽ aliq̃ ratione differre indicat cãticũ virginis: magnificat aĩa mea dñs: Et exultauit ſpiritⁿ meus. Si vero ſpirit⁹ ad deũ referanť: vľ ẽ numer⁹ pluralis ꝑ ſingulari: vľ alludit ad illđ apocalipſeos ĩ prĩcipio de ſeptẽ ſpiritibus qui ĩ cõſpectu throni dei ſunt.

primam neſcientes accipimus:hanc ſecundã ſcientes. Virtuti enim non naturæ datur:quia voluit nos deus vitã nobis ĩ vita comparare. Iccirco hanc nobis præſentem dedit:vt illam veram & ꝑpetuã aut vitijs amittamus:aut virtute mereamur. In hac corporali nõ eſt ſũ- mũ bonũ:quoniã ſicut neceſſitate diuina nobis data ẽ:ita rurſus diuina neceſſitate ſoluet. Itaqꝫ finẽ habet. ſummum bonũ nõ habet. In illa vero ſpiritali quã per nos ipſi acqrim⁹ ſummũ bonũ continetur quia nec malũ põt habere nec finem:cuius rei argumẽtuꝫ natura & rõ corporis ꝑbet. Cætera nãqꝫ animalia ĩ humũ vergũt:quia terrena ſunt:nec capiunt ĩmortalitatẽ quæ de cælo eſt. Homo aũt rectus in cælum ſpectat:quia ꝓpoſita eſt illi ĩmortalitas:nec tamẽ venit:niſi tribuatur homini a deo. Nã nihil intereſt inter iuſtũ & ĩiuſtũ:ſiqui- dem omnis homo natus immortalis foret:ergo ĩmortalitas nõ ſeqla naturæ ſed merces præmiũqꝫ virtutis eſt. Deniqꝫ homo nõ ſtatiqñ natus eſt:rectus ingreditur. Sed quadrupes. primo:quia ratio corporis & huius pręſentis vitę communis eſt nobis cũ mutis animalibus. Poſt deinde confirmatis viribus erigitur:& lingua eius in eloquium ſoluitur:& mutũ animal eſſe deſinit. Quę ratio docet mortalem naſci hoiem. Poſtea vero immortalem fieri:cũ cœperit ex deo viuere: ideſt iuſticiã ſequi. quę cõtinetᷓ in dei cultu:cum excitauerit hoiem deus ad aſpectũ cæli ac ſui. Quod tũc fit:cum homo cęleſti lauacro purificatus exponit infantiã cũ omni labe vitę prioris:& incremento diuini vigoris accepto fit homo perfectus & plen⁹. Ergo quia virtutem propoſuit homini deus:licet aĩa & corpus conſociata ſint:tamen contraria ſunt:& impugnant inuicẽ:animi bona mala ſunt corporis:ideſt opum fuga:voluptatum ĩterdictio doloris mortiſqꝫ cõtemptus. Item corporis bona mala ſunt animi:hoc eſt cupiditas & libido:quib⁹ & opes appetũtur:& ſuauitas variarum voluptatũ:quibus eneruatur anim⁹ extinguitᷓ. Ideo neceſſe eſt iuſtũ & ſapientem ĩ omnibus malis eſſe:quoniã malorũ vltrix eſt fortitudo. Iniuſtos aũt in diuitijs ĩ honore:in poteſtate. Hæc.n. corporalia & terrena ſunt. Illi autem terrenam vitam agunt:nec aſſequi ĩmortalitatem queũt quia ſe voluptatibus dederunt:q̃ ſunt virtutis ĩimicæ. Itaqꝫ vita hæc tẽporalis illi ęternæ debet eſſe ſubiecta:ſicut corp⁹ aĩę. Quiſquis ergo animę vitam maluerit:vitã corporis cõtemnat neceſſe eſt:nec aliter eniti ad ſummũ poterit:niſi quę ſunt ima deſpexerit. Qui autem corporis vitam fuerit amplexus & cupiditates ſuas ĩ terrã deiecerit: illam ſuperiorem vitã cõſequi non põt. Sed qui mauult bene viuere in æternũ:male viuet ad tempus & afficietᷓ oibus moleſtijs & laboribus q̃diu fuerit ĩ terra:vt habeat diuinum ac cæleſte ſolatium. Et qui maluerit benę viuere ad tempus male viuet ĩ æternum. quia dã-

vt partim conſecuti ue accipi tur.

nabitur dei ſentētia ad pœnā: quia cœleſtib⁹ bonis terrena ꝑpoſuit. Propterea igit̄ coli ſe deus expetit & honorari ab hoīe tanq̄ pater vt virtutem & ſapientiam teneat: q̄ ſola imortalitatem parit. Naꝫ quia nullus alius prȩter ipſum donare eam poteſt· quia ſolus poſſidet pie tatem hominis/qui deuꝫ honorauerit: hoc afficitur prȩmio: vt ſit in ȩternum beatus: ſitq; apud deum & cum deo ſemper.

Item quare mundus creatus ſit: quare homo: q̄ ianis ſit cultus deorum. Cap. VI.

HVnc totam rationeꝫ breui circūſcriptione ſignem⁹. Iccirco mundus factus eſt vt naſcamur. Ideo naſcimur vt agnoſcamus factorem mundi ac noſtri deum. Ideo agnoſcimus vt colamus. Ideo colimus vt immortalitatem ꝓ mercede laboruꝫ capiamus: quoniam maximis laboribus cultus dei cōſtat. Ideo præmio immortalitatis afficimur: vt ſimiles angelis effecti: ſummo patri ac deo in perpetuum ſeruiamus: & ſimus ȩternum deo regnum. Hȩc ſumma reꝝ eſt: hoc arcanum dei: hoc miniſteriū mundi: a quo ſunt alieni/qui ſequentes prȩſentem voluptatem terreſtribus ac fragilibus bonis ſe addixerūt: & aīas ad cœleſtia genitas: ſuauitatibus mortiferis tāq̄ luto cœnove demerſerūt. ¶ Quȩramus nūc viciſſim an i cultu deoꝝ ratio vlla ſubſiſtat: qui ſimulati ſunt. Si deo tm̄ ab hominibus colunt̄: vt prȩſtent illis opes: honores: victorias. quȩq; alia q̄ non niſi ad prȩſens valent. Si ſine cauſa gignimur ſi i hominibus procreandis prouidētia nulla verſatur: ſi caſu nobiſmet ipſis ac voluptatis noſtrȩ gratia naſcimur: ſi nihil poſt mortem ſumus: qd poteſt eſſe tam ſuperuacuum: tam inane: tam vanum: q̄ humana res: & q̄ mundus iſte: qui cū ſit incredibili magnitudine: tam mirabili ratione conſtructus: tam rebus ineptis vacet? Cur enim ventorum ſpiritus citēt nubes? Cur emicēt fulgura? tonitrua mugiāt? hymbres cadāt: vt fruges terra producat? vt varios fœtus alat? Cur deniq; oīs natura rerum laboret: ne quid deſit earum rerum quibus vita hominum ſuſtinetur: ſi eſt inanis: ſi ad nihilum interimus: ſi nihil eſt i nobis maioris emolumenti deo? Quod ſi eſt dictu nefas: nec putandū eſt fieri poſſe/vt non ob aliquam maximā rationē fuerit conſtitutū: quod videamus maxima ratione cōſtare: quȩ poteſt eſſe ratio in his erroribus prauarum religionum: & in hac ꝑſuaſione philoſophorū: qua putant animas interire? Profecto nulla. Quid enim habēt dicere. Cur dij hominibus tam diligenter ſuis quȩq; temporibus exhibeant? An vt illis far & merum demus? & odorem thuris? & ſanguineꝫ pecudum? quȩ neq; immortalib⁹ grata eſſe poſſunt: quia ſunt fragilia: neq; vſui eſſe expertibus corporum: quia hȩc ad vſum corporalium data ſunt; & tamen ſi ea deſiderent: ſibi ipſi poſſent exhibere:

Reb⁹ iep tis vacet. i. opaꝫ det ſi ue icūbat. quas res e numerat.

Deo. i. erga deum.

Siue igit: De hmōi interrogationibus tractat Fabi⁹ li. v. in fine tertij capitis iuxta meam d̄ſignationes.

cū vellent. ¶ Siue igit̄ intereunt animæ: ſiue in ęternum manēt: quā rationē cōtinet cultus deoꝝ: aut a quo mundus factus eſt? Cur? aut quando? aut quouſqꝫ? quatenus homies: aut q̄obrem procreati? Cur naſcuntur? intereunt? ſuccedunt? renouantur? Quid dij ex cultibus eorum aſſequuntur: qui poſt mortem nihil futuri ſunt? Quid p̄ſtāt? Quid pollicentur? Quid minantur aut hominibus aut dijs dignuꝫ? Vel ſi manent animæ poſt obituꝫ: quid de his faciunt facturive ſūt? Quid illis opus eſt theſauro animarum? Ipſi illi ex quo fonte oriuntur? Quomodo? aut quare? aut vnde multi ſunt? Ita fit vt ſi ab illa rerum ſumma/quam ſuperius compræhendimus/aberraueris: omnis ratio intereat: & ad nihilum omnia reuoluantur.

¶ Quare philoſophi nequiuerit compræhendere veritatem integre quam tamen (ſicut exempla declarant) particulatim compræhenderunt totam defendere nequiuerunt. Cap. VII.

QVam ſummā quia philoſophi nō cōpręhēderunt: nec veritatem cōpręhendere potuerūt: q̄uis ea fere quibus ſumma ipſa cēſtat: & viderit & explicauerit: ſed diuerſi ac diuerſe oia illa ꝓtulerūt: nō annectētes nec cauſas reꝝ: nec cō ſequentias: nec rationes vt ſummam illam quę continet vniuerſa: & compigerent: & implerent: facile eſt autem docere pene vniuerſam veritatem per philoſophos & ſectas eſſe diuiſaꝫ. Non enim ſic philoſophiam nos euertimus: vt acadęmici ſolent: quibus ad omnia reſpondere propoſitū eſt: quod eſt potius calumniari & inuidere: ſed docem⁹ nullam ſectam fuiſſe tam deuiam: nec philoſophoruꝫ quēq̄ tā inanē qui nō viderit aliquid ex vero. Sed dū cōtradicendi ſtudio iſaniunt: dū ſua ēt falſa defēdūt dū alioꝝ ēt vera ſubuertunt: nō tantū ills elapſa veritas eſt: quam ſequerere ſimulabāt: ſed ipſi etiam potiſſimum ſuo vitio pdiderūt. ¶ Qꝫ ſi extitiſſet aliquis qui veritatē ſparſā p ſingulos: per ſectaſqꝫ diffuſam colligeret in vnū: ac redigeret in corpus is profecto non diſſentiret a nobis. Sed hoc nemo facere niſi veri peritus ac ſciens poteſt. Verū autem ſcire nō niſi eius eſt: qui ſit doctus a deo. Nemo enim poteſt aliter repudiare quę falſa ſūt: eligere ac ꝓbare q̄ vera: ſed ſi vel caſu id efficeret: certiſſime philopharetur. Et q̄uis nō poſſet diuinis teſtimonijs illa defendere: tamen ſeipſā veritas illuſtraret ſuo lumine. Quare incredibilis eſt error illorum: qui cum aliquā ſectā ꝓbauerint: eiqꝫ ſe addixerit cæteros damnant tanq̄ falſas & inanes. Armātqꝫ ſe ad p̄liandum: nec quid defendere debeant ſcientes/nec quid refutare: incurſantqꝫ paſſim ſine delectu omia quę afferūt quicūqꝫ diſſentiūt. Ob has eorum pertinaciſſimas cōtentiōes nulla extitit philoſophia: quæ ad verū propius accederet. Nā particulatim veritas ab his tota cōphenſa eſt. ¶ Factū eē mundū a deo di

xit plato. Idem prophetæ loquunt: idemq; & ſibyllę carminibus ap- *Plato.*
paret. Errant ergo qui omnia vel ſua ſpõte nata eſſe dixerũt: vel mi-
nutis ſeminibus cõglobatis: quoniã tãta res: tã ornata: tam magna: *A tomorũ*
neq; fieri: neq; diſponi & ordinari ſine aliquo prudẽtiſſimo auctore *aſſertores*
potuit. & ea ipſa ratione qua conſtare ac regi oĩa ſentiunt: ſolertiſſi-
mę mentis artificem confitent. Hoĩm cauſa mundum & omnia quę
in eo ſunt: eſſe facta ſtoici loquunt: idem nos diuinæ litteræ docent. *Stoici.*
Errauit ergo Democritus: qui vermiculorum modo putauit effuſos *Demo-*
eſſe de terra nullo auctore nullaq; ratione. Cur. n. formatꝰ ſit homo: *critus.*
diuini ſacramenti eſt: quod quia ille ſcire non poterat: humanã vitã
deduxit ad nihilũ. ¶ Ad virtutem capeſſendã naſci homines Ariſtõ *Ariſton.*
diſſeruit. Idem nos moremur ac diſcimus a prophetis. Igitur falſus
Ariſtippus: qui hoĩem voluptati: id eſt malo tãq̃ pecudẽ ſubiugauit *Ariſtip-*
Immortales eſſe aĩas Pherecides & Plato diſputauerunt. Hęc vero *pus.*
propria eſt in noſtra religiõe doctrina. Ergo Dicearchus cũ Demo- *Dicear-*
crito errauit: qui perire cũ corpore ac diſſolui argumẽtatus ẽ. Eſſe in *chus*
feros ʒeno ſtoicus docuit: & ſedes pioruʒ ab impijs eſſe diſcretas: & *ʒeno.*
illos quidẽ quietas ac delectabiles ĩcolere regiones. Hos vero luere
pœnas in tenebroſis locis atq; in cœni voraginibus horrẽdis. idẽ no-
bis ꝓphetæ palã faciunt. Ergo Epicurus errauit qui poetaꝵ id eſſe
figmẽtum putauit: & illas inferorum pœnas q̃ ferunt in hac eſſe vita *Epicurus*
interp̃tatus eſt. ¶ Totã igit veritatẽ & omne diuinę religionis ar-
canũ philoſophi attigerunt. Sed alijs refellẽtibꝰ defendere id qd̃ iue
nerant: nequiuerũt: quia ſingulis rõ nõ quadrauit: nec ea q̃ vera ſen
ſerant: in ſummã redigere potuerunt: ſicut ſuperius nos fecimus.

## De immortalitate animæ: & quibus eam argumentis Plato ſit conatus aſtruere. Cap. VIII.

VNum eſt igitur ſummum bonũ immortalitas: ad quã capi
endã & formati a principio: & nati ſumus. Ad hanc tendi
mꝰ: hanc ſpectat hũana natura: ad hãc nos ꝓuehit virtus.
Quod bonum quia cõpręhendimus: ſupereſt etiam vt de
ipſa immortalitate dicamus. Platonis argumenta quanuis ad rem
cõferant multum: tamen parum habent firmitatis ad probandam &
implendam veritatem quoniam nec rõnẽ myſterij magni totius cõ-
ſummauerat in vnũq; collegerat: nec ſummũ bonũ cõpręhenderat.
Nam licet verũ de ĩmortalitate aĩæ ſentiret: tamen nõ ita de illa tãq̃
de ſummo bono diſſerebat. ¶ Nos igit certioribꝰ ſignis eligere poſ-
ſumus veritatẽ: qui eã non ancipiti ſuſpitione collegimus: ſed diui- *Plato.*
na traditione cognouimꝰ. Plato aũt ſic argumentatꝰ eſt immortale
eſſe quicquid per ſeipſum & ſentit: & ſemper mouetur. Quod enim
principiũ motus nõ habet: nec finem habituꝵ: q̃a deſeri a ſemeipſo

non poteſt.quod argumentū etiā mutis aialib⁹ ęternitatē daret:niſi adiectione ſapiētię diſcreuiſſet. Addidit igiť vt effugeret hāc cōmunitatē fieri nō poſſe quin ſit imortalis animus humanus cui⁹ mirāda ſollertia inueniēdi:& celeritas cogitādi:& facilitas ꝑcipiēdi atq̃ diſcernēdi:& memoria p̄teritorū:& ꝓuidētia futurorū:& artiū plęrūq̃ innumerabiliū ſcientia:qua cęterę careant animātes:diuina & cęleſtis appareat:quia & origo animi qui tāta capiat:tāta cōtineat:nulla reperiať in terra. Siquidē ex concreatione terrena nihil hēat admixtū:ſed neceſſe eſt i terrā reſolui:qđ eſt in hoie pōderoſum & diſſolubile. Quod aūt tenue ac ſubtile:id eſſe indiuiduū:ac domicilio corporis velut carcere liberatum:ad cælum & naturā ſuam peruolare. Hæc fere Platonis collecta breuiter:quæ apud ipſū late copioſeq̃ explicantur. In eadē ſnīa fuit etiam Pythagoras antea:eiuſdēq̃ p̄ceptor Pherecydes quē Cicero tradidit primū de æternitate animarū diſputaſſe. Qui omnes licet eloquētia excellerēt:tamen i hac primū cōtentione nō minus auctoritatis habuerūt qui contra hanc ſententiam diſſerebant. Dicearchus primo:deinde Democrit⁹:poſtremo Epicurus:adeo vt res ipſa de qua inter ſe pugnabāt:i dubiū vocaretur. Deniq̃ & Tulli⁹ expoſitis horū omniū de īmortalitate ac morte ſententijs:neſcire ſe quid ſit verum ꝓnunciauit. Harū inquit ſētētiarū quę vera ſit:deus aliquis viderit. Et rurſus alibi. Quoniam vtraq̃ inquit earum ſentētiarū doctiſſimos habuit auctores:nec quid certi ſit diuinari poteſt. Verum opus nobis diuinatione nō eſt:quibus veritatem diuinitas ipſa patefecit.

Indiuiduum.i.idiuiſibile.

Pythagoras Pherecides.

Pulchra figura diuinitas ad vocabulū diuinationis.

¶ Quę ſit de immortalitate animæ fidelis aſſertio. Et q̃ laborum virtutumq̃ finis beata æternitas eſt. Cap.IX.

His itaq̃ argumētis quæ Plato:nec vllus alius inuenit:animarum ęternitas ꝓbari ac ꝑſpici poteſt:quæ nos breuiter collegimus quoniā:properat oratio ad enarrandū iudiciū dei maximum:quod in terra propinquante ſæculorū fine celebrabitur. Ante omnia quoniam deus ab homine videri non poteſt:ne quis tamen ex eo ipſo putaret deum non eſſe:quia mortalibus oculis non videretur:inter cætera inſtitutorum ſuorum miracula:fecit etiam multa:quorum vis quidem appareret:ſubſtātia tamē non videreť:ſicut eſt vox:odor:ventus:vt harum rerum argumento & exemplo:etiā deum licet ſub oculos non veniret:de ſua tamen vi:& effectu:& operibus cernerēmus. Quid voce clarius? aut vēto fortius? aut odore violentius? Hæc tamen cū per aerem feruntur:ad ſenſusq̃ noſtros veniunt:& eos potentia ſua impellunt:non cernuntur acie luminum:ſed alijs corporis partibus ſentiuntur. Similiter deus non aſpectu nobis alioue fragili ſenſu cōpręgendendus eſt:ſed men

Argumētū ęternitatis aiæ: ex hoc q̄ nullo ſēſu ꝑcipiť: ſ; tātū (ſicut de⁹) ex operib⁹ mirandis.

tis oculis ĩtuẽdus:cũ opa eius p̄clara & mirãda videam⁹. Nam illos qui nullũ oĩno deũ eſſe dixerũt:non modo phõs:ſed ne homĩes qui deꝫ eſſe dixeri:qui mutis ſimillimi ex ſolo corpore cõſtituerũt:nihil oĩno cernẽtes aĩo & ad ſenſuꝫ corporis cũcta referẽtes:q nihil puta bãt eſſe niſi qđ oculis cõtuebãt. Et quia videbant aut bõis accidere aduerſa aut malis ꝓſpera:fortuitu geri oĩa crediderũt:& natura mũ dũ nõ ꝓuidẽtia cõſtitutũ. Hic iã ꝓlapſi ſũt ad deliramẽta:q̃ talẽ ſen tẽtiã neceſſario ſeq̄bãtur. Quod ſi eſt de⁹ & incorporalis/& iuiſibilis: & ętern⁹;ergo nõ iccirco iterire aiaꝫ credibile eſt:quia nõ videt̃ poſt q̃ receſſit a corpore:qm̃ cõſtat eſſe aliquid ſentiẽs ac vigẽs:qđ nõ ve niat ſub aſpectu. At.n.difficile ẽ aĩo cõp̄hendere queadmodũ poſſit anima retinere ſenſũ ſine his partib⁹ corporis:ĩ quib⁹ ineſt officiũ ſẽ tiẽdi. Quid de deo? Nõ facile eſt cõp̄hẽdere queadmodũ vigeat ſine corpore? Q̄ꝫ ſi deos eſſe credũt/qui ĩĩ ſũt:vtiq̄ʒ aiæ ſunt expertes corpo rũ neceſſe eſt humanas aias eadẽ ratiõe ſubſiſtere:qm̃ ex ipſa rõne ac ꝓuidentia intelligit̃ eſſe q̄dam in hoĩe ac deo ſimilitudo. Deniq̄ʒ illud argumẽtum qđ. M. Tullius vidit:ſatis firmũ ẽ ex eo æternitatẽ aiæ poſſe dignoſci:quia nullũ ſit aliud aĩal qđ habeat notitiã dei ali quã religioq̄ʒ ſit pene ſola:q̃ hoĩeꝫ diſcernat a mutis:q̃ cũ ĩ hoĩeꝫ ſo lũ cadat ꝑfecto teſtat̃ id affectare nos:id deſiderare:id colere:quod nobis familiare:qđ ꝓximũ ſit futurũ. At aliquis cũ cæteraꝝ animãti um naturã cõſiderauerit: quas pronis corporib⁹ adiectas in terrãq̄ʒ ꝓſtratas ſũmi dei ꝓuidẽtia effecit:vt ex hoc intelligi poſſit:nihil eas rõnis hr̃e cũ cęlo:põt nõ ĩtelliger̃ ſolũ ex oĩb⁹ cœleſte ac diuinũ aĩal eſſe hominẽ:cui⁹ corp⁹ ab humo excitatũ:vult⁹ ſublimis: ſtat⁹ rect⁹ originẽ ſuã q̄rit:& quaſi contẽpta humilitate terræ ad altum nitit̃:q̄ ſentit ſummũ bonum in ſummo ſibi eſſe q̄rendum: memorq̄ʒ condi tiõis ſuæ qua deus illum fecit eximiũ artificẽ ſuum ſpectat. Quã ſpe ctationẽ Triſmegiſtus θεωρια rectiſſime nomiauit: quę in mutis animalibus nulla eſt. Cum auteꝫ ſapientia quę ſoli homini data eſt: nihil aliud ſit q̃ dei notitia:apparet animam non interire neq̄ʒ diſſol ui:ſed manere in ſempiternũ:quia deũ qui ſempiternus eſt:& quæ rit:& diligit ipſa cogente natura:ſentiens vel vnde orta ſit:vel quo re ditura. Pręterea nõ exiguũ immortalitatis argumentuꝫ eſt:q̄ homo ſolũ cœleſti elemento vtatur. Nã cum rerum natura his duobus ele mentis quæ repugnãtia ſibi & inimica ſunt/cõſtet: igne & aqua quo rum alterum cœlo:alterum terræ aſcribitur. Cęteræ animantes q̄ terrenæ mortaleſq̄ʒ ſunt: terreno grauiq̄ʒ vtuntur elemento: Homo ſolus ignem in vſu habet: quod eſt elementum leue: ſublime:cœle ſte. Ea vero quæ ponderoſa ſunt ad mortem deprimunt: & quæ leuia ſunt: ad vitã ſubleuant:quia vita in ſummo eſt: mors in imo.

Si diĩ ſunt aię ſunt ſiñ corpore.

Virt⁹ quoq; : Magnu₃ argumētū ꝓ imortalitatis animæ.

Et vt lux eſſe ſine igne non pōt:ſic vita ſine luce. Igitur ignis elemētum eſt lucis ac vitæ: vnde apparet hoiem qui eo vtiť:immortalem ſortitū eſſe cōditionem:quia id illi familiare eſt: quod facit vitā. Virtus quoq; homini ſoli data:magno argumēto eſt imortales eſſe aīas quod non erit ſecundū natura₃:ſi anima extinguiť. Huic enim pn̄ti vitæ nocet. Nā vita iſta terrena quam communem cū mutis aīalib⁹ ducimus:&voluptatē expetit:cuius varijs fructibus ac ſuauitatibus delectať:& dolorē fugit:cuius aſperitas naturā viuentiū acerbis ſenſibus lędit:& ad mortē ꝑducere nitiť:q̄ diſſoluit animantes. Si ergo virtus & prohibet his bonis hoiem quæ naturaliter appetunť:& ad ſuſtinenda mala impellit q̄ naturaliter fugiunť. Ergo malu₃ ē virtus & inimica naturæ:ſtultūq; iudicari neceſſe eſt: qui eā ſequiť:quoniā ſe ipſe lędit& fugiēdo bona p̄ſentia:& appetēdo ęque mala ſine ſpe fructus amplioris. Nā cū liceat nobis iucundiſſimis frui voluptatib⁹: nōne ſenſu carere videamur:ſi malimus i humilitate/in egeſtate/in contēptu/in ignominia viuere:aut ne viuere quidē:ſed dolore cruciari & mori? Ex quibus malis nihil amplius aſſequamur:quo poſſit voluptas omiſſa pēſari. ¶Si aūt virtus malum non eſt:facitq; honeſte: ꝙ voluptates vitioſas turpeſq; contemnit: & fortiter:ꝙ nec dolore₃ nec mortē timet:vt officiu₃ ſeruet. Ergo maius aliqđ bonū aſſequať neceſſe eſt/q̄ ſunt illa quę ſpernit. At vero morte ſuſcepta:quod vlterius bonu₃ ſperari poteſt/niſi æternitas.

Itē ꝓ imortalitate animæ virtutis ac vitioꝝ collatione:& ꝙ virtus ſemel habita ꝑpetuať:& amitti nō pōt. Et ꝙ vita duplex ē: & item mortes duæ homini ꝓponunť. Cap. X

TRanſeamus nūc viciſſim ad ea: quę virtuti repugnāt:vt ēt ex his immortalitas animæ colligať. Vitia oīa temporalia ſunt:ad prę́ſens enim cōmouetur iræ impetus:receptavltione ſedať:libidinis voluptas corporis finis eſt. Cupiditatem autem ſatietas earum rerum quas expetit:aut aliorum affectuū commotiones iterimūt. Ambitio poſtq̄ honores quos voluit adepta eſt:cōſeneſcit. Itē cętera vitia conſiſtere ac ꝑmanere non ponſſunt: ſed ipſo fructu quē expetunt:finiuntur. Recedūt ergo & redeūt. Virtus aūt ſine vlla intermiſſione ꝑpetua eſt:nec diſcedere ab eo poteſt: qui eā ſemel cœpit. Nā ſi habeat iteruallū: ſi aliquādo ea carere poſſumus:redibunt ꝓtinus vitia:quę virtutem ſemper impugnant. Nō eſt igiť cōp̄hēſa ſi deſerit:ſi aliquando ſecedit. Cum vero ſibi domicilium ſtabile collocauit:in omni actu verſari eā neceſſe eſt. Nec pōt fideliter depellere vitia & fugare: niſi pectus qđ īſedit ꝑpetua ſtatione munierit. Ipſa ergo virtutis perpetuitas indicat humanu₃ animū ſi virtutē cœperit:permanere: quia & virtus ꝑpetua eſt: & ſolus ani

mus humanus virtutē capit. Quoniā igiť cōtraria ſunt vitia virtuti: ois rō diuerſa & cōtraria ſit neceſſe eſt: quia vitia/cōmotiōes & perturbationes animi ſūt. Virtus ecōtrario lenitudo & trāqllitas animi eſt. Quia vitia tēporalia & breuia ſunt: virtus ppetua/& conſtans/& par ſibi ſemp. Quia vitioꝝ fructus.i.voluptates ęque vt ipſa breues temporaleſqꝫ ſunt. Virtutis ergo fructus ac pmiū ſempiternū eſt. Quia vitiorum commodum in pręſenti eſt: virtutis igiť in futuro. Ita fit vt in hac vita virtutis pmium nullū ſit: quia virtus adhuc ipſa eſt. Nam ſicut vitia cū in actu ſuo finiunť: voluptas & pmia eorum ſequuntur ita virtus cum finita eſt merces eius inſequiť. Virtus autem nunq̄ niſi morte finiť: qm̄ & in morte ſuſcipienda ſummū eius officium eſt. Ergo pmium virtutis eſt poſt mortē. Deniqꝫ Cicero i Tuſculanis (q̄uis dubitanter) tamen ſenſit ſummū homini bonū non niſi poſt mortem cōtigere. Fidēti aio īquit ſi ita res feret: gradieť ad mortē: in qua aut ſummū bonū aut nullū malū eſſe cognouimus. ¶ Mors igiť nō extiguit hoīes: ſed ad pmiū virtutis admittit: qui aūt ſe (vt ait idē) vitijs ac ſceleribus cōtaminauerit voluptatiqꝫ ſeruierit: is vero dānatus ęternā luet pœnā. quā diuinæ litteræ ſecundā mortem nominant: q̄ ē & ppetua & grauiſſimis cruciatibus plena. Nā ſicuti duæ vitæ ppoſitæ ſunt homini: quaꝝ altera eſt animæ: altera corporis: ita & mortes duæ ppoſitæ ſunt: vna pertinēs ad corpus/ qua cūctos ſcđm naturam fungi neceſſe eſt. Altera pertinēs ad aīa3: quę ſcelere acquiriť. virtute nitať. Vt hęc vita tēporalis eſt: certoſqꝫ terminos habet: quia corporis eſt: ſic & mors ęque tēporalis eſt: certūqꝫ habet finē: q̄a corpus attingit.

De mortis tēporaneæ termio: reſurgētibꝰ alij ad pennē vel vitā id ē īmortalitatis fructū: vel mortē.i.tormēta infinita. Concluditqꝫ aīæ īmortalitatē ex ęternoꝝ deſiderio. Cap. XI.

IMpletis ergo tēporibus quę deus morti ſtatuit: termiabitur ipſa mors. Et q̄a tēporalē vitā temporalis mors ſequiť conſequēs eſt vt reſurgāt animę ad vitā pennē: quia finem mors tēporalis accipit. Rurſus ſicut vita animi ſempiterna eſt: i qua & diuinos & ineloquibiles immortalitatis ſuæ fructus capit: ita & mors eius ppetua ſit neceſſe eſt: in qua perennes pœnas & infinita tormēta p peccatis pēdit. Ergo in ea cōditiōe res poſita eſt: vt qui beati ſunt in hac vita temporali atqꝫ terrena: ſempꝰ miſeri ſint. futuri: quia iā bonis q̄ maluerunt potiti ſunt: qđ his euenit: qui deos adorāt: deū negligunt. Deīde qui iuſtitiā ſequētes: in hac vita miſeri fuerint & cōtēpti/& inopes/ & ob ipſam iuſtitiā cōtumelijs & iniurijs ſępe vexati (quia nec aliter virtꝰ teneri poteſt) ſemp beati ſunt futuri: vt quia mala iā ptulerūt etiam bonis fruanť. Quod his vtiqꝫ cōtingit: qui cōtēptis terreſtribꝰ dijs/& fragilibꝰ bonis cœleſtē religio-

Virtꝰ ppetua eſt. ad Corin. iij. Charitas nūq̄ excidit. & iure vlpianꝰ Iuſtitia (inquit) ē cōſtās & ppetua voluntas ius ſuū vnicuiqꝫ tribuens. Diuinę lrę: apoca.xx. ite3 de duplici morte lege.li.ij.ca.xiij. & ita duplex eſt reſurrectio. Qua cunctos: Pau. Statutū ē hoibus ſemel mori.

Aīæ.i.hoīes.j. petri tertio. Octo aīæ ſaluæ factæ ſunt p aquam.

nem dei ſequunt̃:cui⁹ bonuꝫ (ſicut ipſe qui tribuit) ſempiterna ſunt Quid opera corporis atq; animi? Nõne indicant eſſe animã mortis exptẽ? Nã corpus quia ipſum fragile eſt atq; mortale: quęcũq; opa molit̃:ęque caduca ſunt. Nihil.n.Tulli⁹ ait eſſe qđ ſit manibus hũanis laboratũ:qđ nõ aliquãdo ad interitũ redigat̃:vel iniuria hominũ vel ipa confectrice omnium vetuſtate. At vero animi opera videm⁹ ęterna. Nã quęcũq; cõtemptui pſentium ſtudentes in memoriã monumenta ingenioꝝ/factorũq; magnorum relinqrunt: hi plane mentis ſuæ ac virtutis nomẽ indelebile qſierũt. Ergo ſi opa corporis ideo mortalia ſunt:quia ipſum mortalem eſt:ſequitur ex eo vt anima immortalis appareat:quia videm⁹ opera eius non eſſe mortalia. Eodẽ modo deſideria quoq; corporis animiq; declarant alteꝝ eſſe mortale/alteruꝫ ſempiternũ. Corpus.n.nihil niſi tẽporale deſiderat.i.cibũ potũ/idumentũ/quietẽ/voluptatem. Et tamen hęc ipſa ſine vi & adminiculo animi nec cupere:nec aſſequi põt. Aimus autem p ſe multa deſiderat:q̃ ad officiuꝫ fructumve corporis redundẽt: eaq; nõ fragilia ſed ęterna ſunt:vt fama virtutis:vt memoria nominis. Naꝫ cultum dei/qui conſtat abſtinentia cupiditatuꝫ/ac libidinũ/patiẽtia doloris ac contemptu mortis:etiam contra corpus anima concupiſcit: Vnde credibile ẽ nõ interire aiaꝫ: ſed diſſociari a corpore : quia corp⁹ ſine anima nihil põt:animus aũt põt multa & magna ſine corpore. Quid q; ea q̃ viſibilia ſunt oculis:& tãgibilia manu:quia externã vim pati poſſunt:ęterna eſſe nõ poſſunt? Ea vero q̃ neq; ſub tactu:neq; ſub viſu veniunt:ſed tãtummodo vis eoꝝ/& ratio/& effect⁹ apparet:æterna ſunt:quia nullã vim patiũt̃ extrinſec⁹. Corpus aũt ſi ideo mortale eſt/quia viſui pariter ac tactui ſubiacet:ergo & aima iccirco immortalis eſt/quia nec tangi poteſt/nec videri.

*æquæ caduca ſunt alij legunt mortalia/ atq; caduca ſũt.*

*Paulus ad Cori. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ Sp̃s auteꝫ aduerſus carnem.*

*De hoc alibi dictuꝫ eſt.*

Omnia Epicureorum contra animæ immortalitatem argumẽta perpulchre ſoluit. Cap.XII.

NVnc argumenta eorũ qui cõtradixerunt refellamus: quæ Lucretius tertio libro execut⁹ eſt: qm̃ cum corpore inquit anima naſcit̃:cũ corpore intereat neceſſe eſt. At nõ eſt par vtriuſq; ratio. ſolidũ.n.& cõpręhenſibile corp⁹ eſt. & oculis & manu. Anima vero tenuis/& tactum/viſũq; fugiens. Corpus ex terra fictum atq; conſolidatũ eſt:anima in ſe nihil concreti/nihil terreni ponderis habet (vt Plato diſſerebat) Nec.n.tantam poſſet habere ſolertiam tantam vim/tantam celeritatẽ niſi originem traheret e cœlo. Corpus igit̃ qm̃ fictum ex ponderoſo & corruptibili elemẽto: & tangibile eſt/& viſibile:corrũpit̃ atq; occidit:nec vim repellere poteſt:quia ſub aſpectũ & ſub tactum venit. Aia aũt quia tenuitate ſua omnem tactuꝫ fugit:nullo ictu diſſolui poteſt. Ergo quamuis iter ſe

*Lucretius*

*Plato.*

coniuncta & ſociata naſcanť: & alterum quod eſt de terrena concretione formatum: quaſi vaſculum ſit alterius quod eſt a cæleſti ſubtilitate deductum: cũ vis aliqua vtrumq̃ diſcreuerit: q̃ diſcretio mors vocať: cum vtrũq̃ in naturam ſuam recedit: quod ex terra fuit: id in terram reſoluitur: quod ex cæleſti ſpiritu: id conſtat ac viget ſemper quoniam diuinus ſpiritus ſempiternus eſt. Deinde idem Lucretius oblitus quid aſſereret: & quod dogma defẽderet: hos verſus poſuit. Cedit idem retro de terra quod fuit ante. In terrã: ſed quod miſſum eſt ex æheris oris Id rurſus cæli fulgentia templa receptant. Quod eius non erat dicere: qui perire animas cũ corporibus diſſerebat: ſed victus eſt veritate & imprudenti ratio vera ſurrepſit. ¶ Præterea id ipſum quod colligit diſſolui aĩam: hoc eſt ſimul cũ corpore interire quoniam ſimul naſcanť: & falſum eſt & in contrarium conuerti poteſt. Non eniꝫ ſimul interit: ſed anima diſcedente integrum per multos dies manet: & plerumq̃ medicatum diutiſſime durat. Nam ſi vt ſimul naſcunť: ſic interirent: non diſcederet repente anima corpuſq̃ desereret: ſed vno temporis puncto vtrũq̃ pariter diſſipareť: & tam celeriter etiam corpus adhuc ſpiritu in eo manẽte deliqueſceret ac periret: q̃ celeriter anima cecedit. Immo vero diſſoluto corpore aĩa vaniſceret velut humor fracto vaſe diffuſus. Nam ſi terrenũ & fragile corpus poſt ſeceſſuꝫ animę non ſtatim defluit in terramq̃ tabeſcit: ex qua illi origo eſt. Ergo anima quæ fragilis non eſt: in æternum manet: quoniam origo eius eterna eſt. Quoniam creſcit inquit ſenſus in pueris: & in iuuenibus viget: & in ſenibus diminuiť: apparet eſſe mortalem. Primum non eſt idem mens & anima. Aliud ẽ.n. quo viuimus: aliud quod cogitamus. Nam dormientium mens non anima ſopitur: & in furioſis mens extinguitur: anima manet: & ideo non examines: ſed dementes vocanť. Mens ergo id eſt intelligentia vel augetur vel minuitur pro ætate. Anima in ſtatu ſuo ſemper eſt. Et ex quo tempore ſpirandi accepit facultatem: eadem vſq̃ ad vltimum durat: donec emiſſa corporis clauſo ad ſedem ſuam reuolet. Deinde ꝙ anima q̃uis a deo ſit inſpirata tamẽ quia tenebroſo domicilio terrenæ carnis incluſa eſt: ſcientiam nõ habet: quę eſt diuinitatis. Audit ergo: ac diſcit omnia & ſapientiam diſcendo & audiendo capit: & ſenectus non minuit ſapientiã: ſed auget. Si tamẽ iuuenilis ætas virtute decurſa eſt: & ſi nimia ſenectus fregerit membra; non eſt animę vitium: ſi viſus euanuit: ſi lingua torpuit: ſi auditus obſurduit: ſed corporis. At enim memoria deficit: quid mirũ ſi labẽtis domicilij ruina p̃mitur mẽs: & præterea obliuiſcitur: non aliter futura diuina q̃ ſi carerent quo cohibeť. effugerit. Verũ eadem inquit dolori ac luctui obnoxia ẽ: & ebrietate demẽtit: vnde fragilis & mortalis

Origo animæ eterna eſt Aug. xix. libro de trinitate. capi. iii. Aĩa natura imortalis eſt. in qua nihil meliꝰ creatũ ẽ q̃ ꝙ ad ſui creatoris imaginem facta ẽ: q̃ cũ ipſiꝰ imortalitate p̄durabit: tã miſerę / q̃ beatæ. Nota mẽtis & aiæ diſtinctionẽ.

iudiciũq́ꝫ maxiꝫ fecerit: ac iuſtos qui a pricipio fuerũt/ad vitaꝫ reſtaurauerit: mille annis ĩter hoies verſabiť: eoſq́ꝫ ſãctiſſimo impio reget. Qđ alibi Sibylla vaticinãs fureſq́ꝫ ꝓclamat: κλεῦτε Δέμου μέροπεσ βασιλευσ ἀιώριοσ ἀρΧκει. i. Audi te me hoies: rex ſẽpiternꝰ dñabiť. Tunc qui erunt in corporibꝰ viui nõ morieť: ſed ꝑ eoſdẽ mille anos ĩfinitã multitudinẽ generabunt: & erit ſoboles eoꝝ ſancta & deo cara. Qui autẽ ab infe ris ſuſcitabũť: hi ꝑ̃erunt viuẽtibꝰ velut iudices. Gentes vero nõ extinguenť omnino: ſed q̃dã relinqueť in victoriã dei: & trium phẽtur a iuſtis ac ſubiugenť ꝑpetuæ ſeruituti. ¶ Sub idẽ tem⸗pus etiam princeps dęmonum: qui eſt machinator oĩm malo⸗ruꝫ vincieť cathenis: & erit i cuſtodia mille annis cœleſtis ipe⸗rij: quo iuſtitia in orbe regnabit: ne q̃d malũ aduerſus ppl'ꝫ dei moliať. Poſt cuius aduentum congregabunť iuſti ex omni ter ra: pactoq́ꝫ iudicio ciuitas ſancta cõſtitueť i medio terræ: i qua ipſe conditor deus cũ iuſtis dñantibus cõmoreť: quã ciuitateꝫ Sibylla deſignat cũ dicit: καὶ πώλίρ ἣν ἐποίησε θεόσ ἀυτὴρ ἐποίησερ λάμπροτέραρ ἄστρωρ καὶ ἠλίου ἠδὲ σελήνησ. i. vrbẽq́ꝫ quã fecit deꝰ eã clariorem fecit aſtris atq́ꝫ ſo le/lunaq́ꝫ. ¶ Tũc auferenť a mũdo tenebræ illæ/quibꝰ offendiť atq́ꝫ obcęcať cęlũ: & luna claritudinẽ ſolis accipiet: nec minueť vlteriꝰ. Sol aũt ſepties tanto q̃ nunc eſt: clarior fiet. Terra vero aperiet fœcunditatẽ ſuã: & vberrimas fruges ſua ſpõte gñabit: rupes mõtium melle ſudabũt: ꝑ riuos vina decurrẽt: & flumi⸗na lacte iũdabũt. Mũdꝰ deniq́ꝫ ipſe gaudebit. & oĩs rerũ natu⸗ra lętabiť: erepta & liberata a dño mali: & ipietatis: & ſceleris & erroris. Nõ beſtiæ ꝑ hoc tp̃s ſanguie alenť: nõ aues p̃da ſꝫ ge ta & placida erunt oĩa leones & vituli ad p̃ſepe ſimul ſtabũt lu cꝰ ouẽ nõ rapiet: canis nõ venabiť: accipitres & aquilę nõ no⸗cebũt: infãs cũ ſerpẽtibꝰ ludet. ¶ Deniq́ꝫ tũc fient illa: q̃ poetæ aureis tp̃ibꝰ facta eſſe iã Saturno regnãte dixerunt. Quoꝝ er⸗ror hic exortꝰ ẽ: qꝛ ꝓphetæ futuroꝝ plęraq́ꝫ ſic ꝓferũt & enun ciãt: quaſi iã pacta. Viſiones. n. diuino ſpiritu offerebãť oculis eoꝝ: & videbãť illa i cõſpectu ſuo quaſi fieri ac terminari. Quę vaticinia eoꝝ cũ paulatim fama vulgaſſet: q̃ñ ꝓphani a ſacra mẽto ignorabãt quatenꝰ diceren̄t: cõpleta iã eſſe veteribꝰ ſęcu lis illa oĩa putauerũt: q̃ vtiq́ꝫ fieri cõplerq́ꝫ nõ poterãt hoie re⸗gnãte. ¶ Cũ vero deletis religionibꝰ ipijs & ſcelere cõpſſo ſub iecta erit deo terra. Cedet & ipſe mari vector: nec nautica pinꝰ
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus: non vinea falcem.

Robuſtus quoqꝫ iam tauris iuga ſoluet arator.
Tunc etiam molli flaueſcet campus ariſta:
Incultiſqꝫ rubens pendebit ſentibus vua.
Et duræ quercus ſubdabunt roſida mella.
Nec varios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice:iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.
Ipſe lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera:nec magnos metuent armenta leones.

Quę poeta ſcđꝫ Cumeę Sibyllę carmīa ꝓlocut⁹ ē. Erythęa vero ſic ait: οὐδὲ λύκοισὺν ἄρνεσιν ἐν οὔρεσιν ἅμιλλοῦνται χόρτον παρ λίγκεσ τἐρίφοισιν ἅμα βόσκονται ἄρκτοισυν μόσχοισιν ὁ=μοῦ καὶ πᾶσι βροτοῖσι σαρκοβόροσ τε λέων φάγεται ἄχυρον παρὰ φάτναισ συν βρέφεσί τε δράκοντεσ ἀματορσι κοιμή=σονται. Id eſt nec lupi cū agnis in montib⁹ dimicabūt. Herbamqꝫ lynces pariter cū hædis paſcentur:vrſi cum vitulis ſimul:omnibuſqꝫ aīalibus:carniuorans leo comedet paleas ad pręſepia:cūqꝫ infātib⁹ dracones ſine matribus dormient. Et alio loco de libertate rerum. καὶ τότε δὴ χαραν μεγάλην θεόσ ἀνδρασι δώσει καὶ γαργῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίησ δώσουσι καρπόν τον ἀληθινὸν ἀνθρώποισι οἴνου καὶ μέλιτοσ γλυκυ=τέρου λευκοῦ τε γάλακτοσ καὶ σίτου ὅπερ ἐστὶν βροτοῖσ κάλλιστον ἁπάντων. id eſt & tunc gaudium magnum deus da=bit hoibus. Nam & terra & arbores:& innumerabilia terræ pecora dabunt fructum verum hominibus vini & mellis dulciſſimi: & cādi di lactis atqꝫ tritici:quod eſt hominibus optimum omnium.

Et alia eodē modo: εὐσεβέων δὲ μόνον ἁγία χθὼν παντα τα δ' οἴσειν ἅμα πέλιτοσ ἀπό πετρησ ἠδ' ἀπό πηγῆσ καὶ γαλατ ἀμβροσίησ ρεύσει πάντεσσι δικαίοισ. id eſt pioruꝫ aūt ſola ſancta terra oia hęc feret:fluenta męllis de petra atqꝫ de fonte:& lac immortalitatis manabit oibus iuſtis. Viuēt itaqꝫ hoies trāquilliſſimā vitā:& copioſiſſimā:& regnabūt cū deo pariter:& reges gētiū veni=ent cū donis ac muneribus:vt adorēt & honorificent regē magnum cuius nomen erit ꝑclarum ac venerabile vniuerſis nationibus/ q̄ ſub cælo erunt:& regibus qui dominabuntur in terra.

¶ Q; licet aliqñ iuxta quorundā ſupputationē mutationis expe/ctatio/ducētorū duntaxat ānorū viſa ſit:tñ vrbe ſeu ciuitate romanā feliciter īcolumi nihil iſtius videaꝫ metuēdum. Cap. XXV.

Iā ſupius cī en di cōpletis āno rū ſex milibus mutationē iſtā fieri oportere. iſta qdē muta=tio vtiqꝫ intelli/genda ē añ no=uiſſimam Anti chriſti pſecuti=onē:diabolo iā ſoluto:vñ ſeqn/ti ca. loqꝫ. Qñ & ſuperueniet (vt añ dixit ca. xiiij.) extrema illa concluſio. ſcꝫ Antichriſto triūphato reſur rectio & indici uꝫ. & nota quæ circa illđ caput appoſita ſūt & maxime nume rū certum ꝓ in certo freq̄nter poni vt appoca lyſpeos. xiij. ꝑ xxiiij. ſeniores vniuerſa ſenio/rū multitudo ī/telligiꝫ:& alibi ſępiſſime Q; q̄ haud ſcio anil/li cōputationi lactātiana (qm̄ varie cōputari ſolet) an ꝑdicte computationi lactātiana ꝑcē=ſe conueniret.

HAec ſunt quæ a ꝓphetis futura dicunt̃: quorum teſtimonia & verba ponere opus nõ eſſe duxi: quoniam eſſet infinitum: nec tantam rerum multitudinem menſura libri caperet: tam multis vno ſpiritu ſimilia dicẽtib⁹: ſimulqꝫ ne faſtidium legentibus fieret: ſi ex omnibus collecta & trãſlata cõgererent. Præterea vt ea ipſa quæ dicerem: non noſtris: ſed alienis litteris potiſſimum confirmarem. docerem qꝫ non modo apud nos verũ etiã apud eoſipſos qui nos iniectantur: veritatem cõſignatã teneri: quam reculant agnoſcere. Qui aũt diligentius voluerit ſcire ex ipſo fonte hauriat: & plura q̃ nos in his libris complexi ſumus: admirabilia repertet. ¶ Fortaiſſe nunc quiſpiã requirat quãdo iſta q̃ dixim⁹ ſint futura. Iã ſuperius oſtendi. Completis annorum ſex milibus: mutationem iſtam fieri oportere: & iam propinquare illũ ſmmum cõcluſionis externę diem: de ſignis q̃ dicta ſunt a prophetis licet noſcere. Prędixerunt enim ſigna quibus cõſummatio temporꝶ expectãda ſit nobis in ſingulos dies: & timẽda. Quando tamẽ compleatur hæc ſumma: docent hi qui de temporibus ſcripſerunt: colligentes ea ex litteris ſanctis: & ex variis hiſtoriis quantus ſit numerus annorum ab exordio mundi: qui licet varient: & aliquantulum numeri eorum ſumma diſſentiat: omnis tamen expectatio nõ amplius q̃ ducentorum videtur annorũ. Etiaꝫ res ipſa declarat lapſum ruinamqꝫ rerum breui fore. niſi ꝙ incolumi vrbe Roma nihil iſtius videt̃ eiſe metuẽdũ. ¶ At vero cũ caput illud orbis ceciderit: & ϖнρρα/ eiſe cœperit: qđ Sibyllæ fore aiũt: quis dubitet veniſſe iã finem rebus humanis orbiqꝫ terrarum? illa eſt. n. ciuitas: quæ adhuc ſuſtentat omnia: pręcanduſqꝫ nobis & adorandus eſt de⁹ cęli: ſi tamen ſtatuta eius & placita differri poſſunt: ne citius q̃ putem⁹ tyrannus ille abominandus veniat: qui tantum facinus moliat̃: ac lumen illud effodiat: cuius interitu mundus ipſe lapſur⁹ eſt. Nunc ad cętera exequenda redeamus: que deinceps ſecutura ſunt.

¶ Quod elapſis pacatioribus annis iterum ſoluetur diabol⁹: & concitabit gentes / vt ſanctam expugnent ciuitatẽ: & obſidebũt eã. Et quomodo eas deus deſtruet / & pœnis eternis tradet: electis hominibus tranſlatis ad gloriam angelorum poſt reſurrectionem ſecundam. Cap. XXVI.

DIximus paulo ante in principio regni ſancti fore: vt a deo princeps dæmoniorum vinciatur. Sed idem cum mille anni regni (hoc eſt ſeptẽ millia) cœperint terminari: ſoluetur denuo & ex cuſtodia miſſus exibit. Atqꝫ omnes gentes quæ tunc erunt ſub ditione iuſtorum concitabit / vt inferan bellum ſanctæ ciuitati. Et colligetur ex omni orbe terræ innumera-

Sed & iuxta interp̃tes apoca. inter xp̄i pacatius tẽpus / & alterũ Antichriſti / quo cõſummatis mille annis reſoluet̃ dęmõ: multæ itercedũt mutationes & reformationes: quas vti vel de p̃teritis exponere difficile ẽ / ita de futuris vt intelligas / incertũ eſt. qꝗ ab arbore fici diſcẽda ẽ parabola vt ait domin⁹: Mathei. xxiiij. Subdit aũt. oĩs tñ expectatio nõ ãpli⁹ q̃ ducẽtoꝶ videt̃ ãnorũ: niſi ꝙ icolumi vrbe roma nihil iſti⁹ videt̃ eẽ metuẽdũ: dicit Ioãnes apo. xiij. capite. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum cõputet numerũ beſtiæ.

bilis ppl's nationu3: & obſidebit & circũdabit ciuitate3:tũc ve
niet nouiſſia ira dei ſup gẽtes:& debellabit eos vſq3 ad imũ. Ac
primũ cõcutiet terrã q̃ validiſſime:& a motu eius ſcindẽt̃ mon
tes Syriæ:& ſubſident colles in abruptũ:& muri oĩm ciuitatu3
concidẽt:& ſtatuet de⁹ ſolẽ triduo ne occidat:& inflãmabit eũ
deſcendet ęſt⁹ nimi⁹:& aduſtio magna ſupra pduelles & ĩpios
populos:& hymbres ſulphuris:& grandines lapidu3: & guttæ
ignis:& liq̃ſcent ſpiritus eoꝝ in calore:& corpora cõterent̃ in
grandine:& ipſi ſe inuicem gladio feriẽt:replebuntur montes
cadauerib⁹:& campi operient̃ oſſibus. ¶Populus autẽ dei tri
bus illis dieb⁹ ſub cõcauis terræ occultat⁹ erit:donec ira dei ad
uerſus gẽtes & extremũ iudiciũ terminet̃. Tunc exibũt iuſti de
latebris ſuis:& iueniẽt oĩa cadauerib⁹ atq3 oſſib⁹ tecta. Sed &
gen⁹ oẽ impioꝝ radicit⁹ ĩteribit:nec erit ĩ hoc mũdo vlla natio
amplius:pter ſolã gentẽ dei:tũ p annos ſeptẽ ppetes intactę e=
runt ſiluæ:nec excidet̃ de mõtib⁹ lignum. Sed arma gentiũ cõ
buret̃ & iã nõ erit bellũ.ſed pax & reqes ſẽpiterna. ¶Cũ vero
cõpleti fuerit mille anni renouabit̃ mũd⁹ a deo:& cęlũ cõplica
bit̃:& terra mutabit̃:& trãſformabit de⁹ hoĩes ĩ ſimilitudine3
angeloꝝ:& erũt cãdidi ſicut nix: & verſabũt̃ ſemp ĩ conſpectu
oĩpotẽtis:& dño ſuo ſacrificabunt & ſeruient in æternũ. ¶Eo
dẽ tpe fiet ſcda illa & publica oĩm reſurrectio ẽt in qua excita=
bunt̃ impij ad cruciat⁹ ſẽpiternos. Hi ſunt qui manu facta co=
luerunt:qui dñ3 mundi ac parentẽ vel neſcierũt vel abnegaue
rũt. Sed & dñs illoꝝ cũ miniſtris ſuis cõphendet̃ ad pœnãq3 dã
nabit̃.cum quo parit oĩs turba impioꝝ ꝓ ſuis facinorib⁹ in cõ
ſpectu angelorũ atq3 iuſtoꝝ ppetuo igni cremabit̃ ĩ ęternum.
¶Hęc ẽ doctrina ſanctoꝝ ꝓphetarũ:quã chriſtiani ſequimur.
Hęc ſapientia nr̃a:quã iſti q vi fragilia colũt vel ianẽ phia3 tuẽt̃
tãq̃ ſtultitiã vanitatẽq3 deridẽt.qa nos defẽdere hãc publice at
q3 aſſerere nõ ſolem⁹. Deo iubẽte vt quieti ac ſilẽtes arcanũ ei⁹
in abſcõdito atq3 intra nr̃a3 cõſcientiã teneam⁹. Nec aduerſus
iſtos vere ꝓphanos:q nõ diſcẽdi ſ3 arguẽdi atq3 illudẽdi gr̃a in
clemẽter deũ ac religionẽ ei⁹ ĩpugnãt.ptinaci cõtẽtiõe certem⁹
Abſcõdi.n.tegiq3 miſteriũ q̃ fideliſſime op3:maxime a nobis q
nomẽ fidei gerim⁹. Veꝝ illi hãc taciturnitatẽ nr̃a3 veluti cõſciẽ
tiã malã criminãt̃. Vñ ẽt quaſdã execrabiles opiniões de pudi
cis & innocẽtib⁹ fingũt:& libenter his q̃ finxerint credũt.

## Exhortatio vt oẽs ꝓperent ad ſuſcipiendã cũ religiõe ſapiẽtiam:per quas ad deſideratiſſimam peruenit̃ ęternę vitę beatitudinem. Cap. XXVII

Dæmonioru3 princeps:quũ mille ãni ĩgni hoc eſt. vij. milia cęperit terminari: ſoluet̃ denuo. hoc iõ dt Lactã. qa reuelationis. xx. ca. dr̃. Qui partẽ hñt in reſurrectiõe pria/regnabũt cũ xp̃o mille annis. & quu3 cõſũmati fuerit mille ãni:ſoluet̃ ſathanas de carcere ſuo. &c. Nõ intelligat̃ verbis Lact. certũ aliqd tps diuinari:dictũ ẽ.n. circa ca. xiiij. an. mille pſertim ſeclĩ vltios (authore Augu.) varie intelligi poſſe. Aduerte inſup q Augu. in ci. dei/ de ſexto ãnoꝝ mũdi milleſimo dicit q mille anni pro annis oib⁹ huius ſcli accipi poſſunt/vt perfecto nũero notet̃ ipa tẽporis plenitudo. Et ſubide nõ diſtĩguit ſeptimum milleſimum ſub hac appellatione a ſexto milleſimo.

QVoniã decurſus ꝓpoſiti opis ſeptẽ ſpatijs ad metã
ꝓuecti ſum⁹: ſupeſt vt exortemur oẽs ad ſuſcipiẽdã
cũ vera religione ſapiẽtiã: cui⁹ vis & officiũ ĩ eo verti
tur: vt cõtẽptis terreſtrib⁹ & abiectis errorib⁹: quib⁹ antea tene
bamur: fragilibus ſeruiẽtes / & fragilia cõcupiſcẽtes / ad æterna
cœleſtis theſauri pmia dirigamur: q̃ vt cape poſſimus: q̃primũ
omittẽdæ ſunt hui⁹ pñtis vitæ illicibiles voluptates: q̃ aĩas ho
minũ pnicioſiſſima ſuauitate deliniũt. Quãta fœlicitas exiſti
mãda ẽ ſubtractis his labib⁹ terræ: ꝓficiſci ad illũ ęquiſſimũ iu
dicẽ parẽtẽqʒ idulgẽtiſſimũ: qui ꝓ laborib⁹ requiẽ ꝓ morte vi
tã: ꝓ tenebris claritatẽ / ꝓ terrenis ac breuib⁹ bõis ęterna & cœ
leſtia largiaꝛ. Qua cũ mercede acerbitates ac miſerię: quas p
petimur ĩ hoc mũdo faciẽtes opa iuſticiæ cõferri & coæquari
nullo mõ pñt. Proĩde ſi ſapientes: ſi beati eſſe volum⁹: cogitan
da ac ꝓponẽda nobis ſunt Terẽtiana illa. Molẽdũ eſſe ĩ piſtri
nũ: vapulãdũ: habẽdæ cõpedes. Sed his multo atrociora / Car
cer / cathenæ / tormẽta patiẽda: ſuſtinẽdi dolores: mors dẽiqʒ ip
ſa & ſuſcipiẽda eſt: & ferẽda: cũ liq̃at cõſciẽtiæ nr̃æ nec fragileʒ
iſtã voluptatẽ ſine pœna: nec virtutẽ ſñ diuio pmio fore. ¶ Vni
uerſos igiꝛ opʒ operã dare: vt vel ſe q̃primũ ad rectã viã dirigãt
vel ſuſceptis opatiſqʒ virtutib⁹: hui⁹ vitæ laborib⁹ patiẽter exa
ctis cõſolatorẽ deum hr̃e mereamur. Pater. n. nr̃ ac dñs: qui cõ
didit firmauitqʒ cœlũ: q ſolẽ cũ cæteris ſiderib⁹ iduxit: qui libra
tã magnitudie ſua terrã vallauit: mõtib⁹ mare circũdedit: am
nibuſqʒ diſtinxit: & quicq̃d eſt in hoc ope mundi cõflauit ac p
fecit e nihilo: pſpectis errorib⁹ hoĩʒ ducẽ miſit: qui nobis iuſti
ciæ viã pãderet. hũc ſequamur oẽs: hũc audiam⁹: huic deuotiſ
me paream⁹: qm̃ ſol⁹ (vt ait Lucreti⁹) veridicis hoĩm purgauit
pectora dictis. Et finẽ ſtatuit torpedinis atqʒ timoris. Expoſuit
qʒ bonũ ſũmũ: quo tẽdimus oẽs. Quid foret: atqʒ viã mõſtrauit
limite prono. Qua poſſem⁹ ad id recto cõtẽdeꝛ curru. Nec mõ
ſtrauit tm̃: ſed ẽt pceſſit: ne quis difficltatis gr̃a iter virtutis hor
reret. Deſeraꝛ (ſi fieri põt) via pditiõis & fraudis: ĩ qua mors vo
luptatis illecebris adopta cælaꝛ. Et q̃ãto quiſqʒ (ãnis ad ſene
ctutẽ vergẽtib⁹) appropiquare cernit illũ diẽ: quo ſit ei ex hac
vita migrãduʒ cogitet q̃ pur⁹ abſcedat: q̃ ĩocẽs ad iudiciũ ve
niat: nõ vt faciũt quidã cæcis mẽtib⁹ nixi: qui iã deficiẽtib⁹ cor
poris virib⁹ in hoc admoneꝛ inſtãtis vltiæ neceſſitatis: vt cupi
dius & ardẽti⁹ hauriẽdis libidinib⁹ intẽdãt. Qua ex voragine
liberet ſe quiſqʒ duʒ licet: dũ facultas adeſt: ſeqʒ ad deũ tota mẽ
te cõuertat: vt illum diẽ ſecur⁹ expectet: quo pręſes dominuſqʒ

Sed q̃rit & pul
chre determiat
vtrũ tp̃s exiguũ
antichriſti triuʒ
vʒ annoꝝ & ſex
mẽſiuʒ ad annos
mille ptineat: q
bus & diabol⁹ li
gat⁹ & ſancti cũ
xp̃o regnare di
cũt: an eiſdẽ ãniſ
hoc paruuʒ ſpa
ciũ ſubdaꝛ: atqʒ
ſit extra. lege li
bri. xx. ca. vij. &
ca. xiij. & in fine
toti⁹ opis ętates
mundi alr̃ deſi
gnat. Statuet de
us ſolẽ triduo
ne occidat / & ĩ n
flãmabit eum.
Scribit Carthu
ſieñ ĩ libello tẽ
poꝝ: pugnante
Carolo magno
vt viceret: ſoleʒ
triduo ſtetiſſe.
Cęteꝝ triduuʒ /
tp̃is itegritateʒ
indicare põt. ſʒ
an ne poſſit per
ſolis ſtãtis iflam
mationeʒ aridi
tas illa itelligi:
de q̃ dr̃ Luc. xxj
Erũt ſigna ĩ ſole
& luna / & ſtellis
areſcẽtibus ho
mib⁹ prę timoꝛ
& expectatione

mundi de⁹ de ſinguloꝝ factis cogitatiõibuſq; iudicabit. Quęcũq; hic expetũt nõ tñ negligat: ſed effugiat: potioreq; aiaꝫ ſuã iudicet q̃ bona iſta fallacia quoꝝ incerta & caduca poſſeſſio eſt. Migrãt eñ quotidie & multo veloci⁹ exeũt: q̃ intrauerãt. Et tñ ſi nobis vſq; ad vltimũ liceat iſtis frui: aliis certe relinquenda ſunt. Nihil nobiſcuꝫ ferre poſſum⁹: niſi vitã bñ atq; innocẽter actã. Ille ad deum copioſ⁹: ille opulẽtus adueniet: cui aſtabũt cõtinẽtia: miſericordia: patiẽtia: caritas: fides. Hęc eſt hęreditas nr̃a: q̃ nec eripi cuiq̃ põt: nec transferri ad aliũ. Et quis ẽ qui nõ hęc bona parare & acquirere ſibi velit? Veniãt qui eſuriunt, vt cœleſti cibo ſaturati: ſempiternã famẽ ponãt. Veniãt qui ſitiunt: vt aquaꝫ ſalutarẽ de perẽni cœleſtiq; fõte pleniſſimis faucib⁹ trahãt. Hoc cibatu atq; potu dei & cęci videbũt: & ſurdi audiẽt: & muti loquẽt: & claudi ambulabũt: & mortui reuiuiſcẽt: & ſtulti ſapiẽt: & ęgroti valebunt. Quiſquis.n. corruptelas terræ virtute calcauerit: hũc arbiter ille ſumm⁹ & verax ad lucem vitãq; ꝑpetuã ſuſcitabit. Nemo diuitijs nemo faſcibus: nemo etiã regia ptãte cõfiſus ſit: immortalẽ iſta nõ faciũt. Nam quicũq; rationẽ hoĩs abiecerit ac p̃ſentia ſecut⁹: in humũ ſeipſe ꝓſtrauerit: tãq̃ deſertor dñi & imꝑatoris & patris ſui punieẽ. Intendam⁹ igitur iuſticiæ: q̃ nos iſepabilis comes ad deum ſola ꝑducet: & dũ ſpiritus hos reget art⁹: infatigabili militia deo militem⁹: ſtationes vigiliaſq; celebrem⁹: cõgrediamur cũ hoſte quẽ nouim⁹ fortiter: vt victores: ac deuicto aduerſario triũphãtes p̃miũ virtutis: qd ipe ꝓmiſit: a deo cõſeq̃mur.

q̃ ſupneni et vniuerſo orbi? & apoca. xvj ca. ſcribiẽ ãgel⁹ effudiſſe phialã ſuã in ſolẽ: & datũ eſt illi ęſtu effligere homĩes/ & igni. Et ęſtuauerũt hoĩes ęſtu magno: & blaſphemauerunt Eze & ch. xxxviij. in igne iræ meæ locut⁹ ſuꝫ: qa i die illa erit cõmotiomagna ſup terraꝫ iſrahel

VErũ ille cũ deleuerit iniuſticiã/ iudiciũq; maximũ fecerit. & q̃ ſequũẽ. Nõ ſemel Lactãti⁹ duplicis mortis/ i carne atq; aia/ ſimul & pœnitẽtiæ (p quã a morte aiæ reſurgiẽ) mentionẽ facit. Attamẽ quid hoc in loco ſenſerit de priori reſurrectiõe ab Iohanne deſcripta: num recitatiue loquaẽ ac diſputatiue (vt i principio opis diſputaturũ ſe pollicetur) narrãdo vꝫ/ ſiue iterſerendo opinionẽ cui magni alioqui authores acqeſceẽ dicti ſũt. Hirene⁹ archipõtifex/ ac martyr. Et Tertullian⁹ p̃ſbyter nobilis/ & i oĩ ſcientiaꝝ gñe p̃clar⁹: mihi diuiare nõ licet Iohan. Viterbiẽſis: ex ordine p̃dicatorio reuelatiõis partẽ exponẽs affirmare audet Lactãtiũ priorẽ reſurrectionem nõ corporis eſſe: ſed aiæ cum Augu. ſentire. Ipſe quidẽ de corporea reſurrectiõe ca. xxij. hui⁹ lib. ſemel eã fieri neceſſe eẽ dixerat: ſemel .i. non bis. vt xp̃s diciẽ mortu⁹ ſemel: ad Roma. vj. Tuꝫ poſt hęc oia iſit idẽ Lact. ca. xxvj. ſecũdã reſurrectionẽ & oĩꝫ & publicã fore: tãq̃ prior (q̃ aiæ ẽ) fuerit occulta: q̃ ẽt nõ eſt oĩm. In hac parte tenenda ẽ Aug. ſentẽtia: quã pulcherrime explicat i ciui. dei li. xx. ca. vj. vſq; ad xxvj. Et i definitiõib⁹ fidei orthodoxæ. ca. xxiiij. q̃q̃ ibidem Lactãtiuꝫ velut cũ Hireneo/ ac Tertulliano acquieſcẽtẽ ſubſcribit. & in ciui. diuina fa

tetur ſe aliquando eiuſdem fuiſſe opinionis. quæ (vt ait) eſſet vtcunq̧ tolerabilis: ſi delitiæ aliq̄ ſpirituales in illo ſabbato affuturæ ſanctis per domini præſentiam crederentur. Sed quia de carnalibus modum crudelitatis excedentia dicunt/nullo mō poſſunt niſi a carnalibus iſta credi. Teneat̃ ergo ſnia orthodoxa (vt diximꝰ) & Auguſt. & ſanctæ eccleſiæ catholicæ: cui ſe Lact. ſubijcit/nemini xp̄iano iā dubitāda. Nā & tp̄s p̄ciſum: quo id ſpari viſum eſt/iā diu p̄teriſſe conſtat. Cęterū an verba in hoc ca. recitata ad meliorem vtcunq̧ ſententiam trahi poſſit hoc pacto vel ſimili: Verū ille cū deleuerit iniuſticiā paſſione ac morte ſua: iudiciumq̧ maximū fecerit de pricipe mūdi/ tunc iudicato/tūc foras eiecto/tunc ligato: ac iuſtos qui a principio fuerūt/ad vitā reſtaurauerit: ſacramētis ex paſſiōe xp̄i efficaciā recipiētibꝰ/ac ianua regni eiuſdem morte apta. Mille annis inter homies verſabit̃: nō vtiq̧ corporali p̄ntia viſibilis: ſed ad ſui diligētes cū patre veniendo/& māſionē apd̄ eos faciēdo: & ſicut in noie ipſiꝰ congregatis intereſt: & ſuis adeſt vſq̧ ad ſęculi cōſūmationē. eoſq̧ iuſtiſſimo iperio reget: cuȝ ſit illi data oīs ptās i cęlo & i terra. cuiꝰ ęternitatē pulchre oñdit Lac. li. iiij. ca. xij. Tūc inſtante hmōi regimie q̄ erūt in corporibꝰ/nō ſolū tp̄aliter degētes ſed viui p̄ fidē: nā iuſtꝰ ex fide viuit: nō morieẽ morte ſecūda: ſiue in ęternū Joh. xj. Et apoca. xx. Beatus & ſāctꝰ q̄ hȝ partem in reſurrectiōe prima In his ſcd̄a mors nō habet ptātē. Hāc ca. x. diſtixit Lact. Vel nō morientur oēs ſimul: vt de viuis in ſecunda reſurrectiōe repiendis teneẽ. Nam priori morte cūctos ſcd̄ȝ naturā fungi neceſſe ē: vt eodē. ca. x. dicit. Sed p̄ eoſdē mille annos. i. p̄ſimos a deo deſignatos īfinitā ſiue valde magnā multitudinē p̄ ſe & ſucceſſores gn̄abūt: & erit ſoboles eorū (virtutes patrias imitādo) ſancta/& deo chara. Qui aūt ab īferis ſuſcitabunẽ: certe qui a peccatis q̄ ad inferos ducūt reſurgent: ſicut dicit̃: Eruiſti aīaȝ meam ex inferno īferiori: qui deū p̄ delictis primū ſuis/deide ppl̄i (q̄d ſacerdotale eſt officiū) orabūt: hi merito ſublimati p̄erūt viuentibꝰ in fide xp̄iana: veluti iudices. vt apoſtoli ac diſcipl̄i/& eccl̄iæ p̄poſiti illorū ſequaces: quibꝰ dictū ē: Quorū remiſeritis pc̄tā &c. Et alibi: ipſi iudices veſtri erūt. Gētes vero nō extiguēẽ oīno: ſicuti de turcis hactenꝰ expimur: inſtar eorū quos de terra p̄miſſa iſrahel cōfirmatus delere noluit: iudicū. i. ¶ Peractoq̧ iudicio quo priceps mūdi ligat̃/ciuitas ſancta cōſtitueẽ in medio terræ vel hieroſolyma ſcd̄ȝ quoſdā: vel ſcd̄m Augu. in ciui. dei p̄ vniuerſum orbē cōſiſtens. Qui vero de ſequēti tp̄e (licet iā pacto) exponere maluerit: nō q̄ Lact. aut aliū quēpiā hmōi determinate p̄ciſe cōtendamꝰ: tētare poterit de p̄clare geſtis p̄ Caro. magnū authore deo pactis: vn̄ bonā Apoca. partē/lrales exponūt: vel alio quopiā inſigniter infideles domātevt Godefrido Billone/vel Balduino: aut pluribus eorū: quorū geſta contra impios ſup Apoca. Laudanẽ hoc pacto vel ſili. Verū ille. ſ. deꝰ cum deleuerit iniuſtitiā p̄ Caro. iræ dei executo-

rē:iudiciūq; maximū fecerit cōtra ꝓceres Romanoruȝ pōtifici summo Leoni tertio rebelles & ſupplicio affectos/illo in ſedē reſtituto:ac iuſtos qui a principio fuerūt:qui ab initio antiſtiti optimo adheſerāt in fide ꝑmanētes/ad vitā reſtaurauerit:ab exilio(qđ morti cōpat̄)reducēdo:mil le annis cū iuſtiſſimo ipio iter hoīes verſabit̄.numer⁹ ē (Aug.teſte) cer tus ꝑ incerto.Cętera exponāt̄ vt ſupius: aliove modo(ſi inueniat̄) ma gis apto.¶Sub idē tp̄s etiā princeps dæmonū vinciet̄ in cuſtodia mil le annis.Vñ cauſam breuiter expedit Lact.ne quid mali aduerſus po pulū dei moliat̄.Sed potuit Aug.poſtea explicati⁹ dicere vt recēſuim⁹ ex.xx.lib.ciui.diuinę.ca.viij.hęc aūt alligatio diaboli nō ſolum facta ē ex quo cœpit eccleſia ꝑter iudęā terrā in nationes alias aliaſq; dilatari. ſed etiā nunc fit/& fiet vſq; ad terminū ſeculi:quo ſoluend⁹ eſt.¶Quæ aūt inferūt/ꝑſertim de ſeculo aureo:vñ ēt.v.li.locut⁹ eſt:ꝑ cōpationem accipiāt̄ dicta reſpectu tp̄is licet breuis tñ acerbiſſimi: quo antixp̄s ter nis ānis ac medio regnabit:pricipe mūdi rurſū ad ſęuitiā ſoluto.Ideoq; reuera breuis q̄ tā atrox fuiſſet iſectatio/vel(ſi fieri poſſet) caderēt ele cti Et qa hmōi varie tractari ſolēt:dicente Daniele:Plīmi ptrāſibunt:& mltiplex erit ſnia:recte Lact.ad ꝓpheticū itellectū oia refert dicēs Hęc ſūt q̄ a ꝓphetis futura dicūt̄.q̄ aūt diligenti⁹ voluerit ſcire:ex ipſo fonte hauriat.Neq; mirū ſit futura plęraq; obſcurius dici.Nā & Nicola⁹ Lira de beſtijs atq; angelis aliter ac Aug.atq; alij interdum exponit.

¶Aduerte circa.xvj.ca.lib.quarti.vbi Lact dicit:& Salomō in lib.Sa pien.his verbis vi⁹ eſt:& q̄ ſequūt̄.Quaten⁹ Hiero.lib.ſapien.qui vul go(vt ait)Salomōis iſcribit̄/apđ hebręos nuſq̄ eē dicit: quē plęriq; Phi lonis eſſe affirmāt. Hūc docet Hie.ac Io.Damaſ.de fide orthodoxa ñ haberi de canone.Attñ Aug.ſup pſal.ſcđo.Scriptū eſt inqt in Salo.Tu aūt dñe virtutuȝ cum trāqllitate iudicas:qđ ſapien.xij.ſcribit̄.& itерp̄s Io.Damaſceni & alij quidā multis argumētis ei⁹ lib.authorē Salomo nē fuiſſe cōtēdūt. Finit̄ ānotamētuȝ in ca.xxiiij.libri ſeptimi:quod ꝓpter ꝓlixitatē impreſſores in finē vſq; reſeruarunt.

Lactantij Firmiani diuinaꝝ inſtitutionuȝ lib.vij.ac vltimi.Finis

Eiuſdem de ira dei ad Donatum Liber incipit.

ANimaduerti ſępe Donate plīmos id exiſtimare:qđ ēt nōnulli phoꝝ putauerunt:nō iraſci deū:qm̄ vel be nefica ſit tm̄mō natura diuina: nec cuiq̄ nocere præ ſtantiſſimæ atq; optimæ cōgruat ptāti: vel certe nil curet oino: vt neq; ex beneficentia ei⁹ quicq̄ boni ꝑ ueniat ad nos neq; ex maleficētia qcq̄ mali.Quorū error quia maxim⁹ eſt & ad euertenduȝ vitæ huma næ ſtatū ſpectat:coarguēd⁹ eſt a nobis:ne & ipſe fallaris ipulſ⁹ authorita te hoim q̄ ſe putāt eē ſapientes nec tam nos arrogātes ſum⁹:vt cōpræhē ſam noſtro igenio veritatē gloriemur.Sed doctrinam dei ſequimur: qui

ſcire ſolus poteſt & reuelare ſecreta. Cuius doctrinę philoſophi exptes exiſtimauerunt naturã rerũ oĩs cõiectura poſſe dephendi. Qđ nequaq̃ fieri põt, quia mens hoĩs tenebroſo corporis domicilio circunſepta: lõge a veri pſpectiõe ſũmota ẽ. Et in hoc differt ab hũanitate diuinitas ꝙ hũanitatis ẽ ignoratio: diuinitatis ſciẽtia. Vñ nobis aliquo lumine op⁹ eſt ad depellendas tenebras quibus offuſa ẽ hoĩs cogitatio: qm̃ i carne mortali agẽtes: noſtris ſenſibus diuinare nõ poſſumus. Lumẽ aũt mẽtis hũanę deus eſt: quem qui cognouerit & in pectus admiſerit illuminato corde miſterium veritatis agnoſcet. Remoto aũt deo cęleſtiq; doctrina oĩa errorib⁹ plęna ſunt. Recteq; Socrates cũ eſſet oĩs philoſophorũ do/ctiſſim⁹: tñ vt cæterorũ argueret inſcitiã: qui ſe aliqd tenere arbitrabãt: ait ſe nihil ſcire niſi vnũ: ꝙ nihil ſciret. Intellexit.n. doctrinã illã nihil habere in ſe certi nihil veri: nec (vt putãt quidã) diſſimulauit ipſaʒ doctrinã vt alios refelleret. Sed vidit ex pte aliqua veritatẽ. teſtatuſq; eſt etiaʒ in iudicio: ſicut tradit a Platone: ꝙ nulla eſſet hũana ſapiẽtia. Adeo doctrina qua tũ philoſophi gloriabant. cõtẽpſit: deriſit: abiecit: vt id ipm ꝓ ſumma doctrina ꝓfiteret: ꝙ nihil ſcire didiciſſet. ſi ergo nulla ẽ ſapi/entia hũana (vt ſocrates docuit: vt Plato tradidit) apparet eſſe diuinã: nec vlli alij q̃ deo veritatis noticiaʒ ſubiacere. Deus igit noſcend⁹ eſt: in quo ſola veritas eſt. Ille mũdi parẽs & cõditor rerũ: qui oculis nõ videt. mẽte vix cernit. cui⁹ religio multꝫ modis ĩpugnari ſolet ab his q neq; verã ſpñiaʒ tenere potuerũt neq; magni & cęleſtꝫ arcani cõphẽdere rõnẽ.

Recte ꝙ Socra.

Recte Socrates ait vtcũq;: quia ex p/te vidit a/liquã veritatẽ. Attñ ſectã Acadęmicam q'iam Ar/cheſilas authore Socrate introdu/xit/taxat firmian⁹ iſtit. libro tertio vbi de huiuſ/modi Socratico dicto vide. cap.v. & cõſequenter.

¶ De gradibus per quos ad veritatem aſcenditur: & qui de ip/ſis gradibus deijciantur. Cap. II.

NAm cum ſint gradus multi per quos ad domiciliuʒ veritatis aſcendit: nõ eſt facile cuilibet euehi ad ſummũ. Caligãtibus .n. veritatis fulgore luminibus qui ſtabilẽ greſſum tenere nõ poſſunt: reuoluunt in planũ. Primus aũt gradus ẽ intelligere falſas religiones & abijcere ĩpios cult⁹ hũana manu fabricatos. ſecund⁹ vero perſpicere aĩo ꝙ vnus ſit deus ſumm⁹: cuius poteſtas ac ꝓuidẽtia affecerit a principio mundũ & gubernet ĩ poſterũ: terti⁹ cognoſcere miniſtrũ eius ac nunciũ quẽ legauit ĩ terrã: quo docẽte liberati ab errore: quo ĩplicati tenebamur: formatiq; ad veri dei cultũ: iuſticiã diſcerem⁹. E quibus oĩbus gradibus (vt dixi) pronus ẽ lapſus & facilis ad ruinã niſi pedes incõcuſſa ſtabilitate figant. De primo gradu eos excuti videm⁹ qui cũ falſa intelligãt tñ verum nõ inueniunt cõtẽptiſq; terrenis fragilibuſq; ſimulachris: nõ ad colendum ſe deum conferunt: quem ignorant ſed mundi elementa mirantes cęlum terram mare ſolẽ. lunam cęteraq; aſtra venerantur. Sed imperitiã horum iã coarguimus in ſcđo diuinarũ inſtitutionũ libro. De ſecundo vero gradu eos dicim⁹ cadere: qui cum ſentiant vnum eſſe ſummum deum: ijdẽ tñ a philoſophis irretiti/& fal

ſis argumentationibus capti: aliter de vnica illa maieſtate ſentiūt/ q̄ veritas habet: qui aut figurā negāt hr̄e vllā deū: aut nullo affectu cōmoueri putant: quia ſit oīs affectus imbecillitatis: q̄ in deo nulla eſt. De tertio vero hi ꝑcipitantur. qui cū ſciant legatū dei: eundēq; diuini & imortalitatis tēpli cōditorē: tn̄ ān nō accipiunt eum: aut aliter accipiunt q̄ fides poſcit: quos ex pte iā refutauimꝰ in quarto ſupradicti operis libro: & refutabimꝰ poſtea diligentius cū reſpōdere ad oēs ſectas cœperimꝰ: q̄ veritatē dū diſputant pdiderūt. Nunc vero cōtra eos diſſeremꝰ: qui de ſecundo gradu lapſi praua de ſūmo deo ſentiunt. Aiunt. n. quidē nec gratificari eū quicq̄ nec iraſci: ſed ſecuruꝫ & quietū imortalitatis ſuę bonis perfr i. Alij vero irā tollunt: gratiā relinquunt deo. Naturā. n. ſūma virtute pſtantē nō maleficā eſſe debere: ita oēs philoſophi de ira cōſentiūt de gratia diſcrepāt Sed vt ad ꝓpoſitā materiā p ordinē deſcēdat oratio hmōi facienda nobis & exequēda partitio eſt: cū diuerſa & repugnātia ſint ira & gratia. Aut ira tribuenda eſt deo & gr̄a detrahēda: aut vtrūq; pariter detrahendū. Aut ira demenda eſt & gratia tribuenda: aut neutrum detrahendum. Aliud amplius pter hęc nichil poteſt capere natura: vt neceſſe ſit in vno iſtorū aliquo verū qd̄ q̄ritur inueniri. Conſideremus ſingula: vt nos ad latebras veritatis & ratio & ordo deducat.

¶ Quod nullus aſſeruit deū iraſci: & gratia nō moueri. Cap. III.

PRimum illud nemo de deo dixit vnq̄ iraſci eum tantūmō & gratia nō moueri. eſt em̄ diſcōueniens deo: vt eiuſmodi poteſtate ſit ꝑditus: qua noceat & obſit: ꝓdeſſe vero ac beneface re nequeat. Quę igit ratio: q̄ ſpes ſalutis hoībus ꝓpoſita eſt: ſi maloꝝ tātūmodo auctor ē deus. Qd̄ ſi ſit iā maieſtas illa venerabilis nō ad iudicis poteſtatem: cui licet ſeruare ac liberare: ſed ad tortoris & carnificis officiū deducet. Cū aūt videamus nō modo mala eſſe in rebꝰ hūanis: ſed etiā bona: vtiq; ſi deus nō eſt: auctorē eſſe alterū neceſſe eſt: qui cōtraria deo faciat & det nobis bona: Si eſt: quo noīe appellandus eſt? Cur nobis qui male fecit notior ē q̄ ille q bene? Si aūt nihil poteſt eē pter deū: abſurdū eſt & vanū putare diuinā poteſtatē: qua nihil eſt maius: nihil meliꝰ nocere: ꝓdeſſe nō poſſe. & iō nemo extitit: qui auderet id dicere: quia nec rationeꝫ habet nec vllo mō pōt credi. Quod quia cōuenit: tranſeamus & veritatem alibi requiramus.

¶ Contra Epicurum diſputat: qui negabat deum iraſci/ gratificari/ & omnia prouidere. Cap. IIII.

QVod ſequit de ſchola epicuri: eſt ſicut irā i deo nō eſſe: ita nec gr̄a quidē. Nā cū putaret epicurus alienū eē a deo malū facere: qd̄ ex affectu iracundiæ plęrumq; naſcit: ademit ei ēt beneficentiā: qm̄ videbat cōſequens eſſe: vt ſi habeat irā deus: habeat & gratiā. Itaq; ne illi vitiū cōcederet: etiā virtutis fecit expteꝫ. Ex hoc inqt beatꝰ & incorruptꝰ eſt: quia nihil curat: neq; habet ipe ne

Figuraꝫ: poſtea ca. xix. formā appellat. Gen. i dr̄ faciamꝰ hoīeꝫ ad imaginem/ & ſimilitudinē nr̄am.

gociū neq̧ alteri exhibet. De⁹ igit̄ nō eſt: ſi nec mouet̄: qđ eſt ꝓpriū vi-
uētis: nec facit aliqd impoſſibile hoi: qđ eſt ꝓprium dei: ſi oīno nullam
habet voluntatē: nullū actū: nullā deniq̧ adminiſtratione: q̄ deo digna
ſit. & q̄ maior q̄ melior adminiſtratio deo aſſignati pōt: q̄ mundi guber
natio: q̄ cura viuētiū: maxieq̧ generis hūani: cui oia terrena ſubiecta ſūt
Quę igit̄ i deo pōt eē beatitudo ſi ſēper qetus & imobilis torpet? ſi pcā
tibus ſurdus? ſi colētibus cæc⁹? Quid tā dignū: tā ꝓpriū deo: q̄ ꝓuiden
tia? Sed ſi nihil ꝓuidet: amiſit oēs diuinitatē. Qui ergo totā vi: totā deo
ſubſtātiā tollit qd aliud dicit niſi deum oino nō eſſe? Deniq̧. M. Tul. a
Poſſidonio dictū refert id Epicurū ſēſiſſe nullos deos eſſe. ſed ea q̄ de
dijs locutus ſit: depellēdæ inuidiæ cā dixiſſe. Itaq̧ verbis illū deos reli-
quere: re aūt ipa tollere: quib⁹ nullū motū: nullū tribuit officium. Qđ
ſi ita ē: qd deo fallacius: qđ a ſapiēte & graui viro debꝫ eē alienū. Hic
vero ſi aliud ſenſit & aliud locut⁹ ē: qd aliud appellād⁹ ē q̄ deceptor bi-
linguis: mal⁹: & ꝓpterea ſtultus? Sed nō erat tā verſut⁹ Epicurus: vt fal
lēdi ſtudio loqret̄: cū ēt ſcriptis ad ęternā memoriā cōſignaret: ſed igno
rantia veritatis errauit. Inductus. n. a principio veri ſimilitudine vnius
ſentētiæ: neceſſario in eaq̄ ſeqbant̄ incurrit. Prima. n. ſnia fuit irā in deo
nō cōuenire. Qđ cū illi verū & inexpugnabile videret̄: nō poterat cō
ſequētia recuſari: quia vno affectu āputato ēt cęteros affectus adimere
deo neceſſitas ipa cogebat. Ita q nō iraſcit̄: vtiq̧ nec gr̄a mouet̄: qđ eſt
iræ cōtrariū: iā ſi nō ira in eo nec gr̄a eſt: vtiq̧ nec met⁹: nec lęticia. nec
mœror: nec mia. Vna eſt. n. rō cunctis affectib⁹: vna cōmotio: q̄ in deū
cadere nō pōt. Qđ ſi nullus affect⁹ in deo ē: qa qcquid afficit̄ i becillū ē:
ergo nec cura vlli⁹ rei: nec ꝓuidētia ē i eo. Hucuſq̧ ꝑuenit ſapiētis ho-
minis diſputatio: cętera q̄ ſequūt̄ obticuit. ſ. quia nec cura ſit i eo: nec ꝓ
uidētia ergo nec cogitationē aliquā: nec ſenſū i eo eē vllū. quo efficitur
vt nō ſit oino. Itaq̧ cū gradatī deſcendiſſet: i extremo gradu conſtitit:
quia iā ꝑcipitiū videbat. Sed qd ꝓdeſt reticuiſſe ac ꝑiculū diſſimulaſſe?
Neceſſitas illū vel inuitū cadere coegit. Dixit. n. qđ noluit: quia argu-
mētū ſic ordinauit: vt ad illud qđ euitabat neceſſario deueniret. Vides
igit̄ quo ꝑueniat ira ſublata & deo adēpta. Deniq̧ aūt null⁹ id credidit
aut admodū pauci: & quidē ſcelerati ac mali: qui ſperant peccatis ſuis
impunitatem. Quod ſi & hoc falſum inuenitur: nec iram in deo eē nec
gratiam veniamus ad illud quod tertio loco poſitum eſt.

Contra ſtoicos dicentes in deo eſſe gratiam: ſed non irā. Cap. V.

Xiſtimant̄ ſtoici: & alij nōnulli aliqn̄ meli⁹ de diuinitate ſen-
ſiſſe qui aiūt gr̄a in deo eē: irā nō eſſe. Fauorabilis ac popu-
laris orō nō cadere in deū hāc ai puſillitatem: vt ab vllo ſe lę
ſum putet: q lędi nō pōt: vt qeta illa & ſancta maieſtas cōcite
tur. ꝑturbet̄: iſaniat: qđ ē terrenę fragilitatis Irā. n. cōmotionē mētis eē
ac ꝑturbationē: q̄ ſit a deo aliena. Qđ ſi hoīes quoq̧ qui mō ſit ſapiēs &

grauis ira nõ deceat. Siquidẽ cũ in aĩ3 cuiuſq̃ icidit: velut ſęua tẽpeſtas: tãtos excitet fluct⁹: vt ſtatũ mẽtis imutet: ardeſcãt oculi. os tremat. lingua titubet: dẽtes cõcrepẽt. Altern⁹ vultũ maculet nunc ſuffuſus rubor: nunc pallor albeſcẽs: q̃to magis deũ nõ deceat tã fœda mutatio? Et ſi hõ qui h3 iperiũ ac ptãtẽ late noceat: p irã ſanguinẽ fũdat: vrbes ſubuertat: populos deleat ꝓuincias ad ſolitudinẽ redigat quãto magis deũ q habeat toti⁹ generis hũani & ipſi⁹ mũdi poteſtatẽ pditurũ fuiſſe vniuerſa credibile ſit ſi iraſceref. Abeſſe igit ab eo tã magnũ: tã pnicioſũ malum oportere: & ſi abſit ab eo ira & cõcitatio: quia & deformis: & noxia eſt: nec cuiq̃ male facit: nihil aliud ſupereſt niſi vt ſit lenis: trãquill⁹: ꝓpiti⁹: benefic⁹: cõſeruator. Ita. n. dẽmũ & cõmunis oĩ3 pater: & optim⁹ & vere maxim⁹ dici poterit: qđ expetit diuina cęleſtiſq; natura. Na3 ſi inter hoĩes laudabile videt ꝓdeſſe poti⁹ q̃ nocere: viuificare q̃ occidere: ſaluare q̃ pdere: nec imerito inocẽtia inter virtutes numerat & q hęc fecerit: diligit: p̃fert ornat bñdictis oibus votiſq; celebrat. Deniq; ob merita & bñficia deo ſimillim⁹ iudicat: qñ magis ipm deũ patrẽ diuinis pfectiſq; virtutib⁹ p̃cellentẽ: atq; ab oĩ terrena labe ſũmotũ: diuinis & celeſtib⁹ bñficijs oẽ gen⁹ hoĩm ꝓmereri. ſpecioſe iſta populariterq; dicunt & multos illiciunt ad credẽdũ. Sed qui hęc ſentiunt: ad veritatẽ quide3 ꝓpi⁹ accedunt. Et in pte labunt naturã rei parũ cõſiderãtes. Nã ſi deus nõ iraſcit ipijs: & iiuſtis: nec pios vtiq; iuſtoſq; diligit. ergo cõſtãtior ẽ error illoꝝ q & irã ſimul & grã3 tollunt. In reb⁹. n. diuerſis aut i vtrãq; ptẽ moueri neceſſe ẽ: aut in neutrã. Itaq; qui bonos diligit & malos nõ odit nec bonos diligit: quia & diligere bonos ex odio malorũ venit: & malos odiſſe ex bonoꝝ charitate deſcẽdit: nemo ẽ q amet vitã ſine audio mortis qui appetit lucẽ niſi qui tenebras fugit. Adeo natura iſta cõnexa ſũt. vt alterũ ſine altero fieri nequeat. Si qs dñs habẽs i familia ſeruos. bonũ ac malũ nõ vtiq; aut ãbos odit aut ãbos bñficijs & honore ꝓſequit qđ ſi faciat & iiqu⁹ & ſtult⁹ ẽ. Sed bonũ & allogt amice: & ornat & domui ac familię ſuiſq; oib⁹ reb⁹ p̃ficit. Malũ vero maledictis: verberib⁹ nuditate: fame ſiti: cõpedib⁹ punit: vt & hic exẽplo cæteris ſit ad nõ peccandũ: & ille ad ꝓmerẽdũ: vt alios met⁹ coerceat: alios honor ꝓuocet. Qui ergo diligit & odit: qui odit & diligit. ſũt. n. q diligi debeãt. ſũt qui odio haberi. Et ſicut is qui diligit cõfert bona i eos quos diligit: ita qui odit irrogat mala his quos odio h3: qđ argumẽtũ quia verũ ẽ diſſolui nullo pacto põt. Vana ergo & falſa ẽ ſentẽtia eoꝝ qui cũ alterũ deo tribuunt alterum detrahunt: nõ minus q̃ illorum qui vtrunq; detrahunt. Sed illi (vt oſtendim⁹) ex pte nõ errãt: ſed id qđ melius eſt: ex duobus retinent. Hi vero quos rõ & veritas argumenti huius inducit falſa omnino ſentẽtia ſuſcepta in maximum errorem cadunt. Nõ. n. ſic oportebat eos argumẽtari: quia deus nõ iraſcit: ergo nec grã cõmouet. Sed ita. quia de⁹ grã mouet: ergo & iraſcitur. Si. n. certum & indubitatũ fuiſſet nõ iraſci

deũ :tũc & ad illud alterũ veniri eſſet neceſſe. Cũ autẽ magis ſit ãbiguũ de ira: pene manifeſtũ de gratia: abſurdũ eſt ex incerto certũ velle ſubuertere: cum ſit prõpti⁹ de certis incerta firmare

Cõmouet Dionyſius de diuinis noib⁹. ca. ix. Cũ deũ moueri theologi dicunt/ nõ ne idquoq̃ pie ẽ intelligẽdũ? moueri. n. religioſe putãdũ ẽ: nõ p corruptionẽ/ ãt variatõem motumve naturalẽ: ſed ex eo q̃ ad ſubſtãtiam pducẽs & cũcta contineat & modis oĩbus oĩa puidẽtiã gerat. &c.

## Quod deus iraſcit̃. Cap. VI

HAec ſũt de deo phõꝶ ſentẽtiæ. Aliud pterea nihil qſq̃ dixit. Qđ ſi hęc q̃ dicta ſũt: falſa eẽ dephẽdim⁹: vnũ illđ extremũ ſupeſt: in quo ſolo poſſit veritas iueniri: qđ a philoſophis nec ſuceptũ eſt vnq̃: nec aliqñ defẽſum: cõſequẽs eẽ vt iraſcat̃ deus: qm̃ gr̃a cõmouet̃. Hęc tuẽda nobis & aſſerenda ſentẽtia ẽ. In eo. n. ſumma omnis & cardo religiõis pietatiſq̃ verſat̃: neq̃ honos vll⁹ deberi põt deo: ſi nihil pſtat colẽti: nec vll⁹ met⁹ ſi nõ iraſcit̃ nõ colẽti.

## Quod philoſophi errãt: & q̃ homines ab alijs animãtib⁹ maxie differunt religione q̃ hominis eſt ppria. Cap. VII.

CVm ſępe phĩ p ignorãtiã veritatis a rõne deſciuerit atq̃ i errores inciderit inextricabiles (id. n. ſolet his euenire: qđ viatori viã neſciẽti & nõ fatẽti ſe ignorare vt euaget̃: dũ pcõtari obuios erubeſcit) illud tñ null⁹ phũs aſſeruit vnq̃ nihil inter hominẽ ac pecudẽ intereſſe: nec oĩno quiſq̃ mõ ſapiẽs/ qui vel leuiter rõnale animal cũ mutis & irrationabilib⁹ coęquauit. qđ faciunt quidã iperiti atq̃ ipſis pecudib⁹ ſimiles: qui cũ vẽtri ac voluptati ſe velit tradere: aiũt eadẽ rõne ſe natos: qua vniuerſa q̃ ſpirãt: qđ dici ab hoie nefas eſt. Quis. n. tã indoct⁹ vt neſciat? Quis tã imprudẽs: vt non ſentiat aliquid ineſſe in hoie diuini? Nõdũ venio ad virtutes animi & igenij: qb⁹ hois manifeſta cognitio eſt. Nõne ipſi⁹ corporis ſtatus & oris figura declarat non eſſe cum mutis pecudibus æquales? Illarum natura in humum pabulumq̃ pſtrata eſt: nec hʒ quicq̃ cõe cuʒ cœlo: qđ non intuet̃. Hõ aũt recto ſtatu: ore ſublimi ad cõtẽplationẽ mundi excitat⁹ cõfert cuʒ deo vultum & rationẽ ratio cognoſcit. Propterea nullum eſt animal (vt ait Cice.) pter hoieʒ qđ habeat aliquã notitiã dei. Sol⁹ em̃ ſapiẽtia inſtruct⁹ eſt. & religionẽ ſol⁹ intelligit: & hęc eſt hois atq̃ mutoꝶ vel pcipua: vel ſola diſtãtia. Nã cętera q̃ vident̃ hoi eſſe ppria & ſi nõ ſint talia in mutis: tñ ſimilia videri poſſunt. Propri⁹ hoi ſermo eſt. tñ & in illis q̃dã ſimilitudo ſermõis. Nã & dignoſcunt inuicẽ ſe vocibus & cuʒ iraſcunt̃ edũt ſonũ iurgio ſimilẽ: & cuʒ ſe ex ĩteruallo vidẽt gratulãdi officiũ voce declarãt. Nobis quidẽ voces eoꝶ vident̃ icognitæ: ſicut illis fortaſſe nr̃æ. Sed ipſis q ſe intelligunt: verba ſũt denicq̃ in omni affectu certas vocis notas exprimũt quib⁹ habitũ mentis oñdãt Riſus quoq̃ eſt hõi ppri⁹ & tñ videm⁹ in alijs aĩalib⁹ q̃dã ſigna lętitiæ cũ ad luſum geſtiunt: aures demulcẽt: rictũ cõtrahunt: frõtẽ ſerenant: oculos in laſciuiã reſoluũt. Quid tã pprium hõi q̃ ratio & puidẽtia futuri? Atq ſunt aĩalia q̃ latibulis ſuis diuerſos & plures exit⁹ pãdant: vt ſi quod periculũ iciderit: fuga pateat obſeſſis: qđ nõ facerẽt: niſi ineſſet

illis intelligētia & cogitatio. Alia ꝓuidēt in futurū: vt ingentē formicę farris aceruū Cōportāt hyemis memores: tectoq; reponūt: vt apes quæ patriæ ſolum & certos mouere penates. Venturęq; hyemis memores: ęſtate laborē. Experiunt̃: & in medium q̄ſita reponūt. Longū eſt ſi exequi velim q̄ a ſingulis generib⁹ animalium fieri ſoleant: humanæ ſolertiæ ſimillima. Quod ſi horū oīm q̄ aſcribi homini ſolēt: in mutis quoq; dep̄hendit̃ ſimilitudo: apparet ſolā eſſe religionē: cui⁹ in mutis vel brutis: nec veſtigiū aliqd̄ nec vlla ſuſpitio inueniri pōt. Religionis.n. ē ꝓpria iuſtitia: q̄ nullū aliud animal attingit. Homo em̄ ſolus imperat: cætera ſibi cōciliata ſunt. Iuſticiæ autē dei cultus aſcribit̃: quē qui nō ſuſcipit: hic a natura hoīs alien⁹ vitā pecudū ſub humana ſpecie viuit. Cum vero a cæteris aīalib⁹ hoc pene ſolo differamus: ꝙ ſoli oīm diuinā vim ptātemq; ſentim⁹. In illis autem null⁹ ſit intellect⁹ dei: certe illud fieri nō pōt: vt in hoc vel muta plus ſapiant: vel hūana natura deſipiat. Cū hōi ob ſapiētiā & cuncta q̄ ſpirāt: & oīs reꝝ natura ſubiecta ſit. Quare ſi ratio: ſi vis homīs hoc p̄cellit & ſup̄at cæteras animātes: ꝙ ſolus noticiā dei cupit: apparet religionem nullo modo poſſe diſſolui.

Contra Lucretium religionem ſubuertentem: & ꝙ religio ſit habenda. Cap. VIII.

DIſſoluit autē religio ſi credam⁹ Lucretio illa diceti. Omīs em̄ diuū p ſe natura neceſſe eſt: imortali æuo ſumma cuꝫ pace fruat̃ Semota a nr̄is oculis ſeiunctaq; lōge. Iaꝫ priuata dolore oī priuata p̄iclis Ipſa ſuis pollēs opib⁹ nil īdiga noſtri. Nec bn̄ ꝓ meritis: capit̃ nec tangit̃ ira. Quæ cū dicit vtrum aliquē cultū deo putat eē tribuēdū an euertit oēꝫ religionē? Si.n. de⁹ nihil cuiq̄ boni tribuit: ſi colētis obſequio nullā grāꝫ refert: quid tā vanum tā ſtultū: q̄ tēpla ędificare ſacrificia facere dona cōferre rē familiarē minuere: vt nihil aſſequamur? At.n. naturā excellentē honorari opꝫ. Quis honos deberi pōt nihil curāti & īgrato? An aliqua rōne obſtricti eſſe poſſum⁹ ei q̄ nihil hēat cōe nobiſcū? De⁹ (iqt Cicero) ſi talis eſt vt nulla grā: nulla hoīꝫ charitate teneat̃: valeat. Quid.n. facere ꝓpiti⁹ hōi pōt? qd̄ cōtēpti⁹ dici potuit ī deū. Valeat iqt.i. habeat & recedat qn̄ ꝓdeſſe nulli pōt. Qd̄ ſi negociū de⁹ nec hꝫ nec exhibet: cur nō ergo delinquam⁹ quotiēs hoīꝫ cōſciētiā fallere licebit: ac leges publicas circūſcribere? Vbicūq; nobis latēdi occaſio arriſerit: auferam⁹ aliena: vel ſine cruore: vl' ēt ſanguine: ſi p̄ter leges nihil eſt ampli⁹ qd̄ colēdū ſit. Hęc dū ſētit Lucre. religionē fūdit⁹ delet: qua ſublata cōfuſio ac pturbatio vitę ſeq̄t̃. Qd̄ ſi religio tolli nō pōt vt & ſapiētiā retineam⁹: q̄ cōis vita ſit tutior: qūo religio ipſa ſine metu teneri aut cuſtodiri pōt. Qd̄.n. nō metuit̃: cōtēnit̃: qd̄ cōtēnit̃ vtiq; non colit̃. Ita fit vt religio: & maieſtas: & honor: & met⁹ cōſtet. Met⁹ aūt

nō eſt vbi null⁹ iraſcit̄. Siue igit̄ grã₃ deo: ſiue irã: ſiue vtrũq₃ detraxeris: religionē tolli neceſſe eſt. ſine qua vita hoim ſtultitia: ſcelere: immanitate cōplet̄. Mltū.n. refrenat hoies cōſciētia: ſi credam⁹ non in cōſpectu dei viuere: ſi non tm̄ q̄ gerim⁹ videri de ſup: ſed ēt q̄ cogitamus aut loquimur audiri a deo putem⁹.

Tollit errorē q̄ met⁹ dūtaxat grã religio ſit a prudentib⁹ iſtituta. Et primū eos a qb⁹ ꝓuidētia negari cępit expōit. CA. IX

AT.n. ꝓdeſt id credere (vt quidā putāt) nō veritatis gratia: ſed vtilitate: qm̄ leges cōſcientiā punire nō poſſunt: niſi aliquis deſuper terror impēdeat ad cohibēda peccata. Falſa ē igit̄ ois religio/ & diuinitas nulla eſt: ſ₃ a viris prudentibus vniuerſa cōficta ſunt: quo rectius inocētiuſq₃ viuat̄. Magna hęc & a materia quā ꝓpoſuim⁹ aliena q̄ſtio ē. Sed quia neceſſario icidit: debet quãuis breuiter attingi: cū ſentētiæ phōru₃ prioris tpis de ꝓuidentia cōſenſiſſent: nec vlla eſſet dubitatio: quin mund⁹ a deo & ratione eſſet inſtruct⁹ & rōne regeret̄. Prim⁹ oi₃ Pythagoras extitit tēporib⁹ Socratis qui ſibi diceret nō liq̄re vtrū eſſet aliqua diuitas necne. Quę diſputatio ei⁹ adeo ipia & cōtra veritatē/ & religionē iudicata eſt: vt & ip̄₃ Athenienſes expulerint ſuis finib⁹: & libros eius icon cione qb⁹ hęc cōtinebant̄ exuſſerint. De cui⁹ ſnia nō eſt opus diſputare quia nihil certi ꝓnūciauit. Poſt hæc Socrates & auditor ei⁹ Plato: & qui de ſchola Platonis tāq̄ riuuli diuerſas in partes ꝓfluxerūt: ſtoici & pipathetici i eadē fuere ſnia qua priores. Poſtea vero Epicurus deu₃ quidē eſſe dixit: quia neceſſe ſit eſſe aliquid in mundo pręſtans & eximiū: & beatū ꝓuidētiā tm̄ nullā. Itaq₃ mūdū ip̄₃ nec rōne vlla: nec arte: nec fabrica inſtructu₃. Sed naturā reꝝ qbuſdā minutis ſeminibus & inſecabilib⁹ cōglobatā. Quo qd repugnāti⁹ dici poſſit nō video. Et.n. ſi eſt de⁹: vtiq₃ ꝓuidens ē vt de⁹: nec aliter ei pōt diuinitas attribui: niſi & p̄terita teneat: & pn̄tia ſciat: & fut̄a ꝓſpiciat. Cū igit̄ ꝓuidētiā ſuſtulit: ēt deū negauit eſſe. Cū aūt deū eē ꝓfeſſ⁹ ē: & ꝓuidentiā ſimul eē cōceſſit. Alteꝝ.n. ſine altero nec eē prorſ⁹: nec itelligi pōt. ¶ Veru₃ his poſtea tpib⁹ quib⁹ iam phia defloruerat: extitit Athenis quidā Diagoras: qui nullū eē oino deū diceret: ob eāq₃ ſententiā noiat⁹ eſt Athe⁹. Item Cyrene⁹ Theodor⁹ ambo qa nihil noui poterāt repire: oib⁹ iā dictis & inuentis maluerūt cōtra veritatē id negare: in quo priores vniuerſi ſine ambiguitate cōſenſerāt. Hi ſunt qui tot ſęculis tot ingenijs aſſertā: atq₃ defēſā ꝓuidentiā calumniati ſunt. Quid ergo? vtrū ne iſtos minutos & inertes phōs rōne: an vero veritate p̄ſtātium virorū refellem⁹: an poti⁹ vtroq₃? Sed ꝓperandum eſt ne longius a materia deuaget̄ oratio.

Pythagoras Athenis expellitur exuſtiſ ipi⁹ libris.

Epicurus

Sili pene pacto Augu. i ciui. dei contra Cic. diſputat li. v. ca. ix. Qui p̄ſciētiā deo affert: deū illū negat.

αθεοσ impius ſacrileg⁹ quaſi ſine deo.

Cyreneus Theodorus.

inertes legūt inermes.

Veritate id ē authoritate.

naſa quid ſecundu₃ Stratone₃ Athomos excogitauit.

Leucipp⁹

Quod mūd⁹ dei ꝓuidētia fact⁹ ſit & gubernet̄. Cap. X.

QVi nolũt diuina ꝓuidẽtia factũ eẽ mundũ / aut principijs inter ſe temere coeũtib⁹ dicũt eſſe cõcretũ: aut repẽte natura extitiſſe. Naturã vero (vt ait Stratõ) hr̃e in ſe vim gignendi & minuendi: ſed eã nec ſenſũ hr̃e vllũ: nec figurã: vt intelligam⁹ oĩa quaſi ſua ſpõte eẽ gñata nullo artifice nec auctore. ¶ Vtrũq; vanũ & impoſſibile: Sʒ hoc euenit ignorãtib⁹ veritatẽ: vt quibus poti⁹ excogitẽt: q̃ id ſentiãt qđ ratio depoſcit. Primũ minuta illa ſemĩa quoꝝ cõcurſu totuʒ coiſſe mũduʒ loquũt: vbi aut vnde ſint q̃ro? quis illa vidit vnq̃? quis ſẽſit? quis audiuit? An ſol⁹ Leucipp⁹ oculos habuit? ſol⁹ mentẽ? Qui ꝑfecto ſol⁹ oĩʒ cęc⁹. & excors fuit: qui ea loq̄ret: q̃ nec ęger quiſq̃ delirare: nec dormiẽs poſſet ſõniare. Quattuor elemẽtis cõſtare oĩa phi veteres diſſerebant. Ille noluit: ne alienis veſtigijs videret inſiſtere. Sʒ ipoꝝ elemẽtoꝝ alia voluit eſſe primordia: q̃ nec videri poſſint nec tãgi: nec vlla corporis pte ſentiri. Tã minuta ſũt inquit: vt nulla ſit acies ferri tã ſubtilis qua ſecari ac diuidi poſſint. Vñ illis nomẽ ipoſuit athomoꝝ. Sʒ occurrebat ei ꝙ ſi vna eſſet oib⁹ eadẽq; natura: nõ poſſẽt res efficere diuerſas tãta varietate: q̃tã videm⁹ ineſſe mundo. Dixit ergo leuia eſſe: & aſpa: & rotunda & ãgulata: & hamata. Quãto meli⁹ fuerat tacere q̃ in vſus tã miſerabiles tã inanes hr̃e linguã: & qdẽ vereor ne nõ min⁹ delirare videaẽ q hæc putet refellenda. Rñdeam⁹ tñ velut aliqua dicenti. Si leuia ſunt: & rotunda vtiq; nõ poſſũt inuicẽ ſe apphẽdere vt aliqđ corp⁹ efficiãt: vt ſi qs milium velit in vnã coagmẽtationẽ cõſtrigere leuitudo ipſa granoꝝ in maſſã coire nõ ſinat. Aſpa inquit: & ãgulata ſunt: & hamata: vt poſſit cohęrere. Diuidua ergo & ſecabilia ſunt. Hamos .n. neceſſe ẽ: & angl'os eminere: vt poſſint amputari. Ita qđ amputari ac diuelli põt: & videri poterit & teneri. ¶ Hęc iquit p inane irreq̄tis motib⁹ volitãt & huc atq; illuc ferũt: ſicut pulueris minutias videm⁹ i ſole: cũ p feneſtrã radios ac lumẽ imiſerit. Ex his arbores: & hærbæ: & fruges oẽs oriunt: ex his aĩalia: & aqua: & ignis / & vniuerſa gignũt: & rurſus i eadẽ reſoluũt. Ferri hoc põt q̃diu de reb⁹ puis agit. Ex his ẽt mũd⁹ cõpletus ẽ. Impleuit nũc ꝑceptæ iſaniæ vt nihil vlteri⁹ adijci poſſet: ſʒ iuenit tñ ille qđ adderet. Qm̃ ẽ oẽ iquit ifinitũ: nec põt qcq̃ vacare: neceſſe eſt ergo iñerabiles eẽ mũdos. Quę tãta vis fuerat athomorũ moles tã iextimabiles ex tã minutis cõglobaret? Ac primũ requiro q̃ ſit iſtorũ ſeminũ vel rõ: vel origo. Si .n. ex illis ſũt oĩa: ipſa igit vñ eſſe dicem⁹? q̃ natura tãtã copiã ad efficiẽdos iñuerabiles mũdos ſubmiſtrauit? Sʒ cõcedam⁹ vt ipune de mũdis delirauerit: đ hoc loq̄mur in quo ſum⁹ & quẽ videm⁹. Ait oĩa ex idiuiduis corpuſculis fieri. Si hoc ita eſſet: nulla res vnq̃ ſui gñis ſemine indigeret: ſine ouis alites naſcerent aut oua ſñ ptu. Item cæteravi uentia ſine coitu: arbores & q̃ gignunt e terra ꝓpria ſemina nõ haberẽt: quæ nos quotidie tracta-

Atomi vñ dicãt.

Atomi irrequietis motib⁹ p inane volitare dñr.

Oẽ totũ in quo oĩa cõſiſtũt: nec poteſt quicq̃ vacare .i. nõ pt eẽ vacuum

Mũdos inñuerabiles delyri fingunt.

cupaṫ: & manibus/ quibus contaminaṫ: & ſenſibus/ quibus inueniṫ:
quod vero immenſum eſt: ſoli ipſi notum eſt: hoc quod eſt dominuꝫ
ęſtimari facit dum ęſtimari non capit: ita enim vis magnitudis & no
tum hominibus obiecit: & ignotum: & hæc eſt ſumma delicti nolen
tium recognoſcere: quẽ ignorare non poſſunt: vultis ex operibus ip-
ſius tot ac talibus: quibus continemur: quibus ſuſtinemur: quibꝰ ob-
lectamur: etiam quibus exterremur: vultis ex animæ ipſius teſtimo
nio cõprobemus: quæ licet carcere corporis preſſa: licet inſtitutioni
bꝰ prauis circũſcripta: licet libidinibus & cõcupiſcentijs euigorata:
licet falſis dijs exccillata: cũ tamẽ reſpicit: vt ex crapſa vt ex ſomno
vt ex aliqua valitudine: & ſanitatem ſuam patitur: deũ nominat hoc
ſolo: quia ꝓprie verus hic vnus deus bonus & magnus: & quod deus
dederit oĩm vox eſt. Iudex quoq̃ conteſtaṫ illum deus videt: & deo

cõmẽdo et deus mihi reddet. O teſtimoniũ animæ naturaliter chri-ſtianæ: deniq; pnũciãs hæc nõ ad capitoliũ: ſed ad cœlum reſpici Nouit.n. ſedẽ dei viui ab illo: & inde deſcẽdit: ſed quo pleni⁹ & im-preſſius tã ip̃ꝫ q̃ diſpoſitiões eius & volũtates adiremus: inſtrumen-tum adiecit litteraturæ: ſi quid velit de deo inquirere: & inquiſito in uenire: & inuento credere: & credito deſeruire. viros eni iuſticiæ in-nocẽtia dignos deũ noſſe/ & oñdere/ a primordio i ſclm emiſit ſpiri-tũ diuio mũdatos: quo p̃dicarẽt deũ vnicũ eẽ qui vniuerſa cõdiderit: qui hoĩe de humo iſtruxerit. Hic.n. ẽ ver⁹ Promethe⁹: q ſęculũ cer tis tẽpoꝝ diſpoſitiõib⁹/ & exitibus ordinauit: exide q̃ ſigna maieſta tis ſuæ indicantia ediderit p imbres: p ignes: quas demerẽdo ſibi di ſciplinas determinauerit: q̃ ignoratis & deſertis: ſed obſeruãtib⁹ his p̃mia deſtinarit: & qui pducto ęuo iſto iudicatur⁹ ſit ſuos cultores in vitæ ęternę retributionem: pphanos in ignem ęque perpetẽ: ſuſcita tis omnibus ab initio defunctis & reformatis & recẽſitis ad vtriuſq; meriti diſpunctionem: hęc & nos riſim⁹: aliquando quum de veſtris fuim⁹: fiunt/ non naſcuntur chriſtiani..

Spũ diuio ſpũ ſancto q, locut⁹ ẽ p pphãs. Hic ẽ ver⁹ Prome-the⁹. vide Lact. ſcdo iſti. ca. xj. idicantia.

De prophetis. Cap̃. XVII.

QVos diximus p̃dicatores: pphetæ de officio pphetãdi vo canẽ: voces eoꝝ itẽq; virtutes: quas ad finẽ diuinitatis ede bant i theſauris litteraꝝ manẽt: nec iſtæ latent. Ptolemæo rum eruditiſſimus: quẽ Philadelphũ ſupnominãt: & omis litteraturæ ſagaciſſim⁹ cũ ſtudio bibliotecarũ Piſiſtratuꝫ (vt opinor) emularẽ: inter cætera memoriarũ: quibus aut vetuſtas: aut curioſi-tas aliq̃ ad famã patrocinabaẽ: & ſuggeſtu Demetrij Phalerei gram maticoꝝ tũc pbatiſſimi: cui p̃fecturã mãdauerat: libros a iudęis quo q; poſtulauit pprias atq; vernaculas litteras: quas ſoli habebãt: ex ip ſis.n. & ad ipſos ſemp pphetæ perorauerãt: ſcilicet ad domeſticã dei gentem ex patrum gratia hebręi retro qui nunc iudęi.

De ſcripturis domeſticis. Cp̃. XVIII.

IGiẽ & litteræ hebreæ/ & eloquiũ. Sed ne noticia vacaret: hoc quoq; Ptolomæo a iudęis ſubſcriptũ eſt ſeptuagita & duob⁹ interpretib⁹ indultis: quos Menedem⁹ quoq; phũs puinciæ iudex de ſẽtẽtiæ cõione ſuſpexit: affirmauit hęc vobis etiã Ariſteas ita in gręcũ ſtilũ ex apto monumẽto reliquit: ho die apud Serapeũ Ptolomæi bibliotecæ cum ipſis hebraicis litteris exhibenẽ. Sed & iudęi palam lectitant: vectigalis libertas vulgo adiẽ Sabbatis omnibus/ qui audierit: inueniet deum: qui etiam ſtuduerit intelligere/ cogeẽ & credere: primã iſtrumentis iſtis auctoritatẽ ſum-ma antiquitas vendicat: apud vos quoq; religionis eſt inſtar: fidẽ de temporibus aſſerere. Omnes itaq; ſubſtãtias: omneſq; materias: ori

De lxxij. i terp̃tibus.

gines ordines venas veterani cuiuſq; ſtili noſtri gẽtes etiam plæraſq;
& vrbes inſignes hiſtoriarum: & cauſas memoriarum: ipſas deniq;
effigies litteraꝝ idices cuſtodeſq; rerũ: & puto adhuc minꝰ dicimꝰ ip
ſos inq̃ deos nr̃os: ipſa tẽpla & oracula & ſacra vniꝰ interim ꝓphetæ
ſcrinium ſęculis vincit: in quo videt̃ theſaurꝰ collocatus totius iudai
ci ſacramenti: & inde iam & noſtri.

De Moyſe ꝓpheta. Cap. XIX.

SIquidem audiſtis interim Moyſẽ argiuo Inacho parẽ ęta
te octigẽtis pene annis ante. V.C. Cẽtũ ſeptuagita Danaũ
ipſuꝫ apd vos vetuſtiſſimũ ꝑuenit. mille circite cladẽ Pria
mi ante cedit: poſſem ẽt dicere qngẽtis ampliꝰ. & Home
ruꝫ habẽs quos ſequar. cęteri quoq; ꝓphetæ & ſi Moyſi poſthumãt:
extremiſſimi tamen eoruꝫ non retrorſiores rep̃hendunt̃ primoribꝰ
veſtris ſapientibus legiferis/& hiſtoricis.

Cladẽ Priami De tẽpoȓ cladis Priami recenſet Lactã. in fine primi iſti. libri.

De ſtatu temporum Cap. XX

HAec qbꝰ ordibus ꝓbari poſſit: nõ tã difficile ẽ nobis expo
nere: q̃ enorme nec arduũ: ſed iteri longũ. Multis iſtrumẽ
tis cum digitoꝝ ſupputarijs geſticulis aſſidendũ ẽ. Referẽ
da antiquiſſimarũ ẽt gẽtiũ archiua egyptioꝝ caldæorum phœnicuꝫ
aduocãdi eorũ municipes/p quos notitia ſubmiſtrata ẽ: alioqui Ma
nechõ ęgyptiꝰ: & Beroſꝰ caldęꝰ: ſed & Hieronymꝰ phœnix tyri rex:
Sectatores quoq; eorũ Mẽdeſiꝰ: ptolemęꝰ & Menãder epheſiꝰ & de
metriꝰ phaleriꝰ: & rex Iuba: & Appiõ. & Tallꝰ. Et qui iſtos aut ꝓbat
aut reuicit. Iudęꝰ ioſephꝰ ãtiquitatũ iudaicarũ vernaculꝰ videx gręco
rũ ẽt cẽſuales cõferẽdi: & q̃ qñ ſint geſta: aut cõcathenatiões tempo
rum apiant̃/p q̃ luceant annaliũ numeri: peregrinãdũ ẽ ĩ hiſtorias &
lr̃as orbis & tñ quaſi partẽ iã ꝓbationis intulimꝰ: cum p quæ proba
ri: poſſit aſpſimꝰ: verũ differre p̃ſtat: ne vel minꝰ pſequamur feſtinã
do vel diutius euagemur/pſequendo plꝰ iã offerimꝰ ꝓ iſta dilatione
maieſtatẽ ſcripturarũ: ſi nõ vetuſtatẽ. diuinas probamꝰ/ſi dubitat̃ an
tiquitas: ne hoc tardiꝰ aut aliũde diſcẽdũ: corã ſunt q̃ docebũt/mũdꝰ
& ſeculũ/& exitꝰ: qcquid agit̃ p̃nũciabat̃: quicqd videt̃/audiebat̃: qđ
terræ vorant vrbes: qđ inſulas maria fraudãt qđ externa atq; iterna
bella dilaniant: q regnis regna cõpulſãt: q fames & lues/& locales
q̃q; clades: & frequẽtiũ plęrũq; montiũ vaſtant: qđ humiles ſublimi
tate: ſublimes humilitate mutant̃: qđ iuſticia rareſcit: iniquitas icre
breſcit. Bonarũ omnium diſcipliarũ cura torpeſcit: qđ ẽt officia tẽpo
rum & elemẽtorũ munia exorbitãt̃: qđ & mõſtris & portẽtis natura
liũ forma turbat̃: ꝓuidẽter ſcripta ſũt: dũ patimur legũt̃: dũ recogno
ſcimꝰ ꝓbãt̃: idoneũ opinor teſtimoniũ diuinitatis: veritas diuiatiõis
Hincig t̃ apud nos futurorum quoq; fides tuta eſt: iã. ſ. ꝓbatorũ: qa

Beroſꝰ caldeꝰ cuiꝰ ẽt memĩt Ioſephꝰ. Ioſephus iudæus.

cū illis q̄ quottidie ꝓbanť p̄dicabanť:cædem voces ſonāt:cædē litte/rę notāt:idē ſpūs pulſat:vnū tēpus eſt diuinationi futura p̄fati apud homines:ſi forte diſtinguiť/dū expūgiť:duꝫ ex futuro p̄ſens dehinc ex p̄ſenti præteritū deputať. Quid delinquimus oro vos futura quoqꝫ credentes/qui iam didicimus illis per duos gradus credere.

¶ De Chriſto & quid chriſtiani differāt ab hebręis. Cap̄. XXI.

SEd quoniam edidim⁹ antiquiſſimis iudeorū inſtrumētis ſectā iſtā eſſe ſuffultā:quā aliquāto nouellā:vt Tiberij tē/poribus pleriqꝫ ſciunt profitentibus nobis quoqꝫ fortaſſe an hoc nomine de ſtatu eius retractěť quaſi ſub vmbraculo inſigniſſimæ religionis certe licite aliquid propriæ præſumptio/nis abſcondat:vel qa p̄ter ętateꝫ neqꝫ de victus exceptionibus: neqꝫ de ſolemnitatibus dierum:neqꝫ de ipſo ſignaculo corporis: neqꝫ de conſortio nominis cum iudęis agim⁹:quod vtiqꝫ oporteret ſi eidem deo manciparemur. Sed vt vulgus iā ſcit xp̄m vt aliquē hominū qualem iudęi iudicauerunt:quo facilius quis nos hominis cultores exi/ſtimauerint:verum neqꝫ de xp̄o erubeſcim⁹:cuꝫ ſub noīe eius depu/tari & damnari iuuat:neqꝫ de deo aliquid p̄ſumimus aliter. Neceſ/ſe eſt igitur pauca de xp̄o vt de deo totum. iudæis erat apud deum gratia:vbi & inſignis iuſticia:& fides originalium auctorum. vnde illis & generis magnitudo & regni ſublimitas floruit:& tāta fœlicitas: vt de dei vocibus quibus edocebanť de ꝓmerendo deo & nō offen/dendo p̄mouerenť. Sed quanta deliquęrit fiducia patrum inflati ad declinendum deriuantes a diſciplina in prophanum modū:& ſi ipſi non confiterentur. probaret exitus hodiernus ipſorum diſperſi palabundi:& cęli & ſoli ſui extorres vaganť per orbeꝫ ſine homine/ſine deo/ſine rege. quibus nec aduenarum iure/terram patriam ſalteꝫ veſtigio ſalutare cōcediť cū hæc illis ſancte voces p̄minarenť:eadē ſēp oēs ingerebant fore:vti ſub extimis curriculis ſęculi:ex omni iā gente & populo & loco cultores ſibi allegeret deus multo fideliores:in quos gratiā trāſferret plenioreē q̄dē ob diſcipline auctoribus capacitatē venit igiť ad reformandā & illuminandā eam:vēturus a deo p̄/nunciabať. Criſtus ille fili⁹ dei. Huius igitur gratię diſciplineqꝫ arbiter & magiſter illuminator atqꝫ deductor generis hūani filius dei annunciabatur:non quidem genit⁹:vt erubeſcat in filij nomine:aut de patris ſemine non de ſororis inceſto:nec de ſtupro filiæ aut cōiugis alienę deum patrem paſſus eſt:ſquāmatū aut cornutū au plumatuꝫ amatorē in auro cōuerſum:danaidis iouis iſta ſunt numia vr̄a. ¶ Cęterum dei filius nullā de ipudicitia habet matrē:etiam quā videť habere nupſerat:ſed pri⁹ ſubſtātiam ediſſerā:& iā natiuitatis qualitas itelligeť. Iā ediximus deū vniuerſitatē hanc mundi verbo & ratiōe & virtute molitū. Apd̄ veſtros quoqꝫ ſapiētes λογον.i. ſermonē atqꝫ

De virgi/nitate marię.

Hunc eni zenō:ideꝫ dicit lactā ti⁹ lib.iſti. iiii.cap. xxi.

ꝑ quaꝫ vel per quæ.

rationē cōſtat artificē videri vniuerſitatis. Hūc.n.zenō.determinat
factitatorē qui cūcta in diſpoſitiōe formauerit.eundē & fatū vocari
& deuꝫ & animū Iouis & neceſſitatē oīꝫ rerum. Hæc Cleantes in ſpi
ritu cōgerit:quē ꝑmeatorem vniuerſitatis affirmat. Et nos etiā ſer=
moni atqꝫ rōni itēqꝫ virtuti: ꝑ quam oīa molitū deū ediximus pro=
priaꝫ ſubſtantiā ſpiritus inſcribimus:cui & ſermo inſit p̄nunciāti:&
ratio adſit diſponēti:& virtus p̄ſit perficienti. Hūc ex deo prolatum
dicim⁹:& ꝓlatione generatū:& iccirco filiuꝫ & deum dictuꝫ ex vni
tate ſubſtantiæ. Nam & de⁹ ſpūs.etiam cuꝫ radi⁹ ex ſole porrigitur:
portio ex ſumma Sed ſol erit in radio:quia ſolis eſt radius: nec ſepa
ratur ſubſtantia:ſed extendit. Ita de ſpiritu ſpiritus:& de Deo De⁹.
Vñ lege Augu.vii.li.de trinitate.ca.iii.& Annotationē ſup iſti.Lac=
ctātij lib.iiii.Cap.viii.

Prolatiōe generatū non quō ꝓfert ex ore verbū ſōnis:ſed dictione ineffabili i pater di= cit vt ver= bū ei⁹ ſit. Vn⁹ ābo: Vn⁹ deus vel ſpirit⁹ alioqui di ceret vnū

Contra iudeos. De dupli ci aduētu criſti.

Vt lumen de lumine accenſum manet integra & indefecta materię
matrix.& ſi plures inde traduces qualitatum mutueris.Ita & qd de
deo ꝓfectū eſt deus eſt/& dei filius:& vnus ambo.ita de ſpiritu ſpūs
& de deo deus.modulo alternū nūerū gradu nō ſtatu fecit:& a ma=
trice nō receſſit:ſed exceſſit. ¶ Iſte igit dei radius:vt retro ſemꝑ p̄di
cabat:delapſus in virginem quandam & in vtero ei⁹ caro figuratus
naſcit hō/deo mixtus: caro ſpiritu inſtructa nutritur:adoleſcit:affa/
tur:docet:operatur:& chriſtus eſt. Recipite interim hanc fabulam
ſimilis eſt veſtris dū oſtēdimus quomodo chriſt⁹ ꝓbet:& qui penes
nos eiuſmodi fabulas ęmulas ad deſtructionem veritatis iſtiuſmodi
ꝑ miniſtrauerint. Sciebāt & iudei venturū eē chriſtuꝫ.ſ.quib⁹ ꝓphe
tæ loquebant.nā & nunc aduentum eius expectāt.nec alia magis in
ter nos & illos cōpulſatio eſt/q̄ qꝫ iā veniſſe nō credunt. Duobus eni
aduentibus eius ſignificatis:primo qui iam expunctus eſt i humili=
tate cōditionis humanæ. Secundo qui cōcludendo ſæculo imminet
in ſublimitate diuinitatis exertę. Primum non intelligendo. Secun=
dū(quē manifeſtius p̄dicatū ſperāt) vnuꝫ exiſtimauerunt:nec.n.in=
itelligerēt priſtinū/crediturı ſi intellexiſſent:& conſequuturi/ſaltē ſi
credidiſſent:merituꝫ fuit delictū eoꝝ. Ipſi legunt ita ſcriptū mulcta/
tos ſe ſapiētia:& intelligētia:& oculoꝝ/& auriū fruge. Quē igit ſolū
hominē mō p̄ſumpſerāt de humilitate:ſequebat vti magnū æſtima
rent de poteſtate cū ille verbo dæmonia de hoibus excuteret:cęcos
illuminaret:leproſos purgaret:paralyticos reſtringeret:mortuos de
niqꝫ verbo redderet vitæ:elementa ipſa famularent:cōpeſcens ꝓcel
las:& freta ingrediens:oſtendens ſeſe verbuꝫ dei:ideſt λογον:illud
primordiale primogenitū virtute & ratione comitatū:& ſpiritu in=
ſtructū eundē q verbo oīa & faceret & feciſſet. Ad doctrinā vero ei⁹
qua reuincebant magiſtri primoreſqꝫ iudeoꝝ ita exaſperabant:ma
xime qꝫ ad eū ingens multitudo deflecteret:vt poſtremo oblatū pō=

tio Pilato ſyriã tũc ex parte romana procurãti violentia ſuffragioꝝ in crucẽ Ieſum dedi ſibi extorſerint. ꝑdixerat & ipſe ita facturos patrum ſi nõ & ꝓphetę retro ẽt tñ ſuffixus multa mortis illius propria oſtendit inſignia. Nã ſpũm cum verbo ſponte demiſit pręuento carnificis officio. Eodẽ momẽto dies mediũ orbẽ ſignãte ſole ſubducta eſt Deliquium vtiq; putauerunt: qui id quoq; ſup chriſto ꝑdicatum nõ ſcierunt: & tñ euꝫ mundi caſum relatũ in archiuis veſtris habetis tunc iudæi detractũ & ſepulchro cõditũ magna etiã militari manu cuſtodię diligẽtia circũſederunt: ne quia ꝑdixerat tertia die reſurrecturũ ſe a morte: diſcipuli furto amoliti cadauer/fallerẽt ſuſpectos. Sed ecce die tertia cõcuſſa repẽte terra: & mole reuoluta: q̃ obſtruxerat ſepulcrũ: & cuſtodia pauore diſiecta: nullis apparẽtibꝰ diſcipulis/nihil in ſepulchro repertũ ẽ: ꝑterq̃ exuuiæ ſepulti. Nihilominꝰ tñ primores quoꝝ intererat/ & ſcelus diuulgare/ & populũ veſtigalẽ: & famularẽ ſibi a fide reuocare: ſurreptũ a diſcipulis iactitauerunt. nã nec ille ſe in vulgus eduxit/ne impij errore liberarent: vt & fides nõ mediocri ꝑmio/deſtinata difficultate/conſtaret. ¶ Cũ diſcipulis aũt quibuſdã apud galileã iudeæ regionẽ ad.xl.dies egit: docẽs eos q̃ docerẽt: dehinc ordinatis eis ad officiũ ꝑdicãdi p orbẽ circũfuſa nube i cœlũ eſt receptꝰ: multo meliꝰ q̃ apud vos aſſeuerare de Romulo proculi ſolẽt. ea oĩa ſup chriſto Pilatus & ipſe iã ꝓ ſua cõſciẽtia chriſtianus Cæſari tunc Tiberio nunciauit. Sed & cæſares credidiſſent ſup chriſto: ſi aut cęſares nõ eſſẽt ſæculo neceſſarij: aut ſi & chriſtiani potuiſſent eẽ cęſares. Diſcipuli quoq; diffuſi p orbẽ ex ꝑcepto magiſtri dei paruerũt: q & ipſi a iudęis inſequẽtibꝰ multa perpeſſi: vtiq; ꝓ fiducia veritatis libenter. Romę poſtremo per Neronis ſęuitiam ſanguinem chriſtianũ ſeminauerunt. Sed monſtrauimus vobis idoneos teſtes chriſti ipſos illos quos narratis. multum eſt ſi eos adhibeã: vt credatis chriſtianis: propter quos non creditis chriſtianis.

> Ne impij Lactãtius ideꝫ dicit li. iiii. cap xx. Dictio autem vt in priore loco euentum non cauſam dicit.

### De Chriſto & deo omnipotente. Cap. XXII.

INterim hic eſt ordo noſtrę inſtitutionis hunc edidimꝰ & ſectę & nois cenſum cuꝫ ſuo auctore. nemo iã infamiã incutiat: nemo aliud exiſtimet: quia nec fas eſt vlli de ſua religione mentiri. ex eo. n. quod aliud a ſe coli dicit q̃ colit negat qđ colit. & culturam & honorem in alterum tranſfert. & trãſferendo/iã nõ colit/quod negauit. Dicimus & palam dicimus & vobis torquentibus lacerati & cruenti vociferamur. Deum colimus p xp̄m illum hoĩeꝫ: putate per eũ & in eo ſe cognoſci vult deus & coli. Vt iudeis rñdeamꝰ & ipi deũ p hoiem Moyſem colere didicerũt: vt gręcis occurrã. Orpheus pieriæ Muſeus athenis Melãpꝰ argis. Trophoniꝰ boetię initiationibꝰ hoies obligauerũt. Vt ad vos quoq; dñãtores gẽtium aſpiciã. hõ fuit Põpilius Numa q romanos operoſiſſi-

mis ſuperſtitionibus onerauit: licuerit & chriſto cõmentari diuinitatẽ rẽ ꝓpriã: nõ quia rupices & adhuc feros hoĩes multitudĩe tot numinũ timẽdoꝝ: attonitos efficiendo/ad hũanitatẽ tẽperaret. qđ Numa. Sed qui iã expolitos/& ipa vrbanitate deceptos in agnitionẽ veritatis ocularet. Quærite ergo ſi vera eſt iſta diuinitas xpi. Si ea eſt qua cognita quis reformet̃ ad bonũ: ſequit̃ vt falſæ renunciet̃: cõpta in primis illa fictione: q̃ deliteſcẽs ſub noĩb⁹ & imaginib⁹ mortuoꝝ quibuſdã ſignis & miraculis & oraculis fidẽ diuinitatis operat̃. Atq̃ adeo dicim⁹ eẽ ſubſtãtias quaſdã ſpũales: nec nouũ eſt nomẽ. Sciũt dæmones philoſophi Socrate ipo ad dęmonij arbitriũ expectante. Quidni? cũ & ipi dęmoniũ adhęſiſſe a pueritia dicat̃ dehortatorẽ plane a bono oẽs ſciunt poetę: ẽt vulgus indoctũ in vſũ maledictis frequẽtat Sathanã principẽ hui⁹ mali generis. proĩde de ꝓpria cõſciẽtia aię eadẽ ex ſacramẽti voce ꝓnũciat. Angelos quoq̃ ẽt Plato nõ negauit: vtriuſq̃ noĩs teſtes ſeſe: vel magi aſſerunt. ¶ Sed qũo de angelis quibuſdã ſua ſpõte corruptis corruptior gens dęmonũ euaſerit/dãnata a deo cũ generis auctorib⁹: & cũ eo quẽ dixim⁹ pricipe/apud lr̃as ſanctas ordo cognoſcit̃. Nũc de operatione eoꝝ ſatis erit exponere: operatio eorum eſt hoĩs euerſio: ſic malacia ſpũalis a primordio auſpicata eſt in hoĩs exitium. Itaq̃ corporib⁹ quidẽ & valitudines infligunt & aliquos caſus acerbos: aiæ vero repẽtinos & extra ordinarios ꝑ vim exceſſus: ſuppetit illis ad vtrãq̃ ſubſtãtiã hoĩs alendã ſubtilitas & tenuitas ſua multũ ſpiritalibus virib⁹: licet & inuiſibiles & inſenſibiles in affectu potius q̃ in actu ſuo appareant: ſi poma ſi fruges neſcio qđ aureę latens vitium in flore ꝓcipitat: in germine exanimat: in pubertate cõuulnerat: ac ſi cæca rõne tẽtatus aer peſtilentes hauſtus ſuos effundit. ¶ Eadem igitur obſcuritate cõtagionis aſpiratio dęmonũ & ãgeloꝝ mẽtis quoq̃ corruptelas agit furoribus & amentijs fœdis: ac ſæuis libidinibus/ cũ erroribus varijs. quorum iſte potiſſimus q̃ eos iſtos (captis & circunſcriptis hominũ mentibus) comedat: vt & ſibi pabula ꝓpria/nidoris & ſanguinis ꝓcuret ſimulachris & imaginib⁹ oblata quę illi accuratior paſcua eſt: q̃ vt hominem e cogitatu veræ diuinitatis auertat præſtigijs falſis/ quas & ipſas quomodo operetur: expediã. Omnis ſpiritus ales eſt. Hoc angeli & dæmones. Igit̃ memento vbiq̃ ſunt. Totus orbis illis locus vnus eſt. quid vbi geratur tam facile ſciunt q̃ enunciant velocitas diuinitas creditur: quia ſubſtãtia ignorat̃. Sic & auctores interdũ videri volunt eorum quę annunciant; & ſunt plane malorum nõnunq̃ bonorum tamen nunq̃ diſpoſitiones etiam dei/ & nunc prophetis concionantibus excerpunt / & nunc lectionibus reſonantibus carpunt. Ita & hinc ſumentes quaſdam temporum ſortes emulantur diuinitatem dum furantur diuinationẽ. In oraculis autẽ quo ingenio

Sed quõ. de ãgelorum ſine filiorũ dei generatione tene Auguſtini ſententiam: quã Demonſtrat i. xv. lib. de ciuitate dei cap. xxiii. Et vñ ãnotationem ſup Lactãtiũ lib. ii. cap. xv. Vñ etiam exponem circa. vi. Geneſeos caput.

ambiguitates tẽpent in euentus/ſciunt Crœſi:ſciũt Pyrrhi:cæterum
teſtudinẽ decoqui cum carnibus pecudis Pithius eo mõ renũciauit:
quo ſupra dixim⁹ momẽto apud Lydiã fuerat habens de icolatu ae-
quo ſupra dixim⁹ momẽto apud Lydiã fuerat habens de icolatu ae-
ris & devicinia ſyderũ & de cõmercio nubiũ cœleſtes ſapere paratu
ras:vt& pluuias quas iã ſentiunt repromittãt:benefici/plane& circa
curas valitudinũ:lędũt.n.primo:dehinc remedia p̄cipiunt ad mira-
culum noua ſiue contraria:poſtq̃ deſinũt lædere & curaſſe credunť.
Quid ergo de cæteris ingenijs vel etiãviribꝰ fallaciæ ſpiritualis ediſ
ſeram? Fantaſmata caſtrorum & aquam cribro geſtatã:& naueʒ cin
gulo promotã:& barbam tactu irrufatã:vt & numina lapides erede
renť:& deus verus nõ q̄rereť.

De fantaſmatibus magicæ & dæmonijs. Cap̄.XXIII.

POrro ſi & magi fantaſmata edunt:etiã defunctoꝝ ifamãt
aĩas.Si pueros in eloquiũ oraculi elidũt.Si multa miracu
la circulatorijs p̄ſtigijs ludũt.Si& ſõnia imittũt habentes
ſemel inuitatoꝝ angeloꝝ& dęmonũ/aſſiſtentẽ ſibi pote-
ſtatem ꝑ quos& capræ & mẽſe diuinare cõſueuerũt:quãto magis ea
poteſtas de ſuo arbitrio:& ꝓ ſuo negocio ſtudeat totis viribus opera
ri qđ alienæ p̄ſtãt negociationi/aut ſi eadẽ & angeli & dęmões opan
tur:q̃ & dij vr̃i:vbi eſt ergo p̄cellentia diuinitatis:quã vtiqꝫ ſupiorem
omni ptãte credendũ eſt.non ergo dignius p̄ſumeť ipſos eſſe/ qui ſe
deos faciant:cum eadem edãt/q̃ faciant deos credi:quam pares an-
gelis& dæmonibus/deos eſſe locorum dr̃ia diſtinguitur:opinor vt a
templis deos exiſtimetis: quos alibi deos nõ dicitis:vt aliter demen
tare videať qui ſacras turres ꝑuolat:aliter qui tecta viciniæ tranſilit:
& alia vis ꝓnuncieť in eo qui genitalia/vel lacertos/alia qui ſibi gulã
ꝓſecat:cũ par exitꝰ furoris & vna ratio eſt inueſtigationis.Sed hacte
nꝰ verba.Iã hĩc demõſtratio rei ipſiꝰ:qua oſtendemꝰ vnam eſſe vtri-
uſqꝫ nois qualitatẽ:edať hic aliquis ſub tribunalibꝰ vr̃is quẽ dæmõe
agi cõſtet.Iuſſus a quolibet xp̄iano loquí ſp̃us ille tã ſe dæmoneʒ cõ
fitebiť de vero/q̃ alibi deũ de falſo Aeqꝫ ꝓducať aliquis ex his qui de
deo pati exiſtimať:qui aeris maleficũ numẽ de nidore concipiunt:q
ructando curãť:qui anhelando profantur.Iſta ipſa vox cœleſtis plu
uiarum pollicitatrix.Iſte ip̄e Aeſculapius medicinarum demonſtra
tor alia de morituris ſocordio/& denatio/& Aſclepiodoto ſubmini-
ſtratur:niſi ſe dęmones confeſſi fuerĩt chriſtiano mentiri:non audẽ-
tes ibideʒ illius chriſtiani procaciſſimi ſanguinem fundite:quid iſto
opere manifeſtius?quid hac probatione fidelius? ſimplicitas verita
tis i medio eſt:virtus illi ſua aſſiſtit: nihil ſuſpicari licebit magis:aut
aliqua eiuſmodi fallacia fieri dictis non ſtetis: Si oculi veſtri & au
res præmiſerint vobis. Quid autem inniti poteſt aduerſus id quod

Infamãt: alij legunt inclamãt.

oſtendit nuda ſinceritate? ſi altera parte vere dij ſunt: cur ſeſe dęmonia mentiunt? an vt nobis obſequant? Iā ergo ſubiecta xpianis diuinitas vr̃a/ nec diuinitas deputāda eſt: q̄ ſubdita eſt homini/ & ſi quid ad decus facit emulis ſuis. Si altera parte dæmones ſunt vel angeli: cur ſe alibi ꝓ dijs agere reſpōdēt? Nā ſicut aliqui dij habēt dæmōes ſe dicere noluiſſent: ſi vere dij eſſēt. ſ. ne de maieſtate ſe deponerēt: ita & iſti quos directo dęmones noſtis non auderent alibi ꝓ dijs agere: ſi aliqui oīno dij eſſent/ quorum nominib⁹ vtunt. vererent. n. abuti maieſtate ſupiore ſine dubio & timendorum. Ideo nulla eſt diuinitas iſta quā tenetis: quia ſi eſſet neq̧ a dæmonijs affectaret in confeſſione: neq̧ a dijs negaret. cū ergo vtraq̧ pars cōcurrit n confeſſionē deos eſſe negans: agnoſcite vnū gen⁹ eſſe. i. dæmonas. ¶ Verū vtrobiq̧ iam deos q̄rire: quos cum p̄ſum pſeratis/ dęmonas eſſe cognoſcitis. Eadem vero opa nr̃a ab eiſdem dijs veſtris non tantum hoc detegentibus/ q̄ neq̧ ipſi dij ſint/ neq̧ vlli alij: etiam illud i cōtinēti agnoſcitis quid ſit vere de⁹: & an ille: & anvnicus quē chriſtiani ꝓfitemur & an ita credend⁹ colenduſq̧: vt fides vt diſciplina diſpoſita eſt xp̄ianorū. ¶ Dicent ibibē & quis ille xp̄s cum ſua fabula? Si homo: cōis conditionis: ſi magnus: ſi poſt mortē de ſepulchro a diſcipulis ſurreptus. Si nunc deniq̧ penes inferos: ſi non in cœlis potius: & inde vēturꝰ cum totius mundi motu cū horrore orbis: cū plāctu omniū: ſi nō chriſtianorum: vt dei virtus: & dei ſpiritus: & ſermo: & ſapiētia: & rō: & dei filius. quotcūq̧ ridetis: rideāt & illi vobiſcū: negent criſtum omnem ab ęuo animā reſtituto corpore iudicaturū. Dicant hoc ꝓ tribunali ſi forte Minoem & Rhadamāthū ſecundū conſenſum Platonis & poetarū hoc eſſe ſortitos: ſuæ ſaltem ignominiæ & dānationis notam refutēt. Renunciāt ſe imundos ſpiritus eſſe: q̄ vel ex pabulis eorū ſanguine: & fumo: & putidis rogis pecorū: & imputatiſſimis linguis ipſoꝝ vatum intelligi debuit: Renuant ob maliciā prædānatos ſe i eundē iudicij diem cum oīb⁹ cultoribus & operationib⁹ ſuis. At qui omnis hæc noſtra in illos dn̄atio & poteſtas dominatione chriſti valet: & de cōmemoratione eorum q̄ ſibi a deo per arbitrum chriſtū imminentia expectant: xp̄m timentes in deo/ & deum in xp̄o/ ſubijciunt ſeruis dei/ & xp̄i: ita de contactu deq̧ afflatu noſtro cōtemplatione & repręſentatione ignis illius correpti: etiā de corporibus noſtro impſo exedunt inuiti: & dolentes: & vobis pręſentibus erubeſcētes: credite illis: quū de ſe loquunt: qui mentientibus creditis: nemo ad ſuum dedecus mētitur: quin potius ad honorē magis fides prona eſt aduerſus ſemetipſos confitentes/ q̄ pro ſemetipſis negantes. Hęc deniq̧ teſtimonia deorum veſtrorū chriſtianos facere conſueuerūt: q̄a plurimū illis credēdo i chriſto domino credim⁹. Ipſi litteraꝝ no

Quotcunq̧ ridetis. Alij legūt quod cuȝ ridetis

ſtrarũ fidẽ accẽdũt. Ipſi ſpei noſtræ fiduciã ędificant: colitis illos vos quaſi ſitiãt ẽt de ſanguie xp̄ianoꝝ. Nollent itaq; vos tam fructuoſos tã officioſos ſibi admittere: vel ne a vobis q̄nq; xp̄ianis fugenẽ: ſi illis ſub xp̄iano volente vobis veritatẽ ꝓbare/mentiri licet: oĩs iſta confeſſio illorum/qua ſe deos negant eſſe: quaq; non aliũ deu; reſpõdẽt præter vnum cui nos mancipamur: ſatis idonea eſt ad depellẽdũ crimen læſæ maxime romanæ religionis. Si. n. nõ ſunt dei ꝓ certo: nec religio pro certo eſt: ſi religio nõ eſt: nec ꝓ certo rei ſum⁹ lęſæ religionis. At e cõtrario i vos exprobratio reſultauit/ qui mendaciũ colẽtes verã religionẽ veri dei nõ mõ negligẽdo quin iſup expugnando deũ verũ/cõmittitis crimẽ verę irreligioſitatis. ¶ Nã vt conſtaret illos deos eſſe/ nõne cõceditis de ęſtimatione cõi aliquem eſſe ſublimiorem & potentiorẽ velut pricipem mundi pfectæ peritiæ/ & maieſtatis: nã & ſic plærîq; diſponũt diuinitatem vt iperium ſummæ domiationis eſſe penes vnũ: officia ei⁹ penes multos velit: vt Plato Ioue; magnũ in cœlo comitatũ exercitu deſcribit deoꝝ pariter & dæmonũ. Itaq; oportere & ꝓcuratores & p̄fectos/ & p̄ſides pariter ſuſcipi: & tamen quod facin⁹ admittit: q̄ magis ad Cæſarẽ ꝓmerendũ & operã & ſpę; ſuam tranſfert: nec appellationem dei ita vt impatoris in aliquẽ pricipem confiteẽ cum capitale eſſe iudiceẽ alium pręter Cęſare; & dicere & audire: colat alius deum/alius Iouem/alius ad cœlum ſuplices man⁹ tendat: alius ad arã fidei manus. alius ſi hoc putatis nubes numeret orans: alius lacunaria: alius ſuam aiam deo ſuo voueat: ali⁹ hirci. Videte. n. ne & hoc ad irreligioſitatis eulogium concurrat adimere libertatẽ religionis/ & itẽrdicere optionẽ diuitatis vt nõ liceat mihi colere quẽ velim: ſed cogar coleẽ quẽ nolim. ¶ Nemo ſe ab inuito coli vellet: ne homo quidẽ: atq; ideo & ęgyptijs pmiſſa eſt: tam vanæ ſupſtitionis ptãs/auibus & beſtijs conſecrãdi/ & capite dãnandi: q̄ aliquem hmõi deum occiderit. Vnicuiq; ẽt prouiciæ & ciuitati ſuus deus eſt: vt Syriæ Aſcarte: vt Arabiæ Diaſares: vt Norico Tibilen⁹: vt Aphricæ cęleſtus: vt Mauritaniæ Reguli ſui Romanas (vt opinor) prouincias edidi: nec tamen romanos dños earum: quia romæ non magis coluneẽ q̄ qui per ipſam quoq; Italiam municipali cõſecratione cenſeneẽ Cruſtumenienſium Deluẽtinus: narnienſiũ Viridianus: æſculanorum Ancharia: Volſinienſiu; Nuricia Otriculanorum Valẽtia: Sutrinoꝝ Noricia: Faliſcoꝝ i honore ẽ pater curis: vñ accepit cognomẽ Iuno. Sed nos ſoli arcemur a religionis ꝓprietate Lędim⁹ romanos nec romani habemur: q̄a nõ romanorũ deum colim⁹ bene ꝗ oĩ; deus eſt: cui⁹ (velim⁹ aut nolim⁹) omnes ſumus. Sed apud vos quod ius colere ius eſt præter deum verum: quaſi non hic magnus omnium ſit deus: cuius omnes ſumus.

¶De origine Romanorum Cap.XXIIII.

SAtis mihi quidem videor ꝓbaſſe de falſa & vera diuitate cuꝫ demõſtraui queadmodũ ꝓbatio cõſiſtat nõ mõ diſputationib⁹ nec argumẽtatiõib⁹:ſed ipſoꝝ ẽt teſtimoijs quos deos creditis:vt nihil iã ad hãc cãm ſit retractanduꝫ.Quoniam tñ romani nomis proprie mentio occurrit: non omittã cõgreſſionem quã ꝓuocat illa p̃ſumptio dicentium:romanos ꝓ merito religioſitatis diligentiſſime in tantum ſublimitatis elatos vt orbẽ occuparint:& a deo deos eſſe:vt p̃ter cæteros floreãt/qui illis officiũ p̃ter cæteros faciant.ſ.iſta merces a Romanis dijs ꝓ gr̃a expenſa eſt.Sterculus & Mutun⁹/& Laurẽtina ꝓuexit imperiũ. Peregrinos.n.deos non putẽ extraneæ genti magis fautũ voluiſſe q̃ ſuæ & patriũ ſolum in quo nati/adulti/nobilitati/ſepultiqꝫ ſũt trãſfretanis dediſſe: vñ Cybele ſi vrbẽ Romanã/vt memoriã Troiani gñis adamauit: vernaculi ſui.ſ.aduerſus achiuorum arma protecti:ſi adulteros trãſire ꝓſpexit:quos ſciebat gręciã phrygiæ debellatricẽ ſubacturos. Itaqꝫ maieſtatis ſuę in vrbeꝫ collatæ grande documentũ noſtræ etiã ętatis ꝓpoſuit:cũ.M.Aurelio apud Syriniũ reipub.exẽpto/die.xvj.Kalẽ.Aprilis.Archigall⁹ ille ſanctiſſim⁹ die.ix.Kalen.earũdeꝫ/quo ſanguinem impurum lacertos quoqꝫ caſtrando libabat pro ſalute imperatoris.Marci iam iterẽpti ſolita æque imperia mandauit.O nũcios tardos o ſomniculoſa diplomata: quoruꝫ vitio exceſſũ imperatoris nõ ante Cybele cognouit:ne deam talem riderẽt xp̃iani:ſed non ſtatim Iuppiter cretam ſuam Romanis faſcib⁹ concuti ſineret:oblitus antrum illud idęũ & æra corybantia:& iucundiſſimũ illic nutricis ſuæ odorẽ nõne oĩ capitolio tumulũ ſuũ præpoſuiſſet:vt ea potius orbi terræ p̃celleret:quę cineres Iouis texit:vellet Iuno punicã vrbem poſthabita Samo dilectã ab Aeneadarum vtiqꝫ gñe deleri:quod ſi hic illi⁹ arma:hic curr⁹ fuit:hoc regnum dea gentibus eſſe:Si qua fata ſinãt:iã tum tenditqꝫ fouetqꝫ:Miſera illa coniunx Iouis & ſoror aduerſus fata non valuit:Plane fato ſtat Iuppiter ipſe.Nec tantuꝫ tamen honoris Romani dicauerunt fatis dedentibus ſibi Carthaginem aduerſ⁹ deſtinatum/votumqꝫ Iunonis quantum proſtitutiſſimæ Lupæ Laurentinæ.

¶De Regno Deorum. Cap.XXV.

PLures deos veſtros regnaſſe certum eſt. Igiť ſi conferendi imperij tenet poteſtatẽ/cuꝫ ipſi regnarent a qb⁹ acceperãt eiã gratiam:quã coluerat Saturn⁹ & Iuppiter aliqueꝫ opin or Stercolum:Sed Romani poſtea cum indigenis cultoribus ſuis et am ſi q non regnarunt:tamẽ regnabať ab alijs nondum cultorib⁹ ſuis:vt q nondũ dij habebanť. Ergo alioꝝ eſt regnuꝫ dare

quia regnabať multo ante q̃ iſti dij inciderentur:ſed q̃ vanũ eſt faſti-giũ Romani noīs religioſitatis meritis deputare: cum poſt iperium ſiue adhuc regnũ/religio profecerit. Age iam reb⁹ religio ꝓfecerit: nam & ſi a Numa concepta eſt curioſitas ſuperſtitioſa: nondum tñ aut ſimulachris/aut templis res diuina apud romanos cõſtabat:frugi religio & pauperes ritus:& nulla capitolia certantia cælo: ſed temeraria d̄ ceſpite altaria:& vaſa adhuc ſamia:& nidor ex illis:& de⁹ ipſe nuſq̃. Nondum.n.tunc ingenia grecoꝝ atq; tuſcoruȝ fingendis ſimulachris vrbem inundauerāt. Ergo non ante religioſi romani q̃ magni. Ideoq; nõ ob hoc magni:quia religioſi. Atqui quomodo ad religioneȝ magni:quibus magnitudo de irrelioſitate prouenit ni fallor.n.omne regnuȝ vel imperium bellis quæritur & victorijs propagatur:porro bella & victoriæ captis & euerſis plurimum vrbib⁹ cõſtant. Id negocium ſine deorum iniuria nõ eſt:cædē ſtrages mœniũ & templorũ:pares cędes ciuiuȝ/ & ſacerdotũ. Nec diſſimiles rapinæ ſacrarum diuitiarum/& ꝓphanaruȝ tot igiť ſacrilegia romanorum quot trophea.tot de dijs/quot de gētibus triũphi.tot manubię quot manēt adhuc ſimulachra captiuoruȝ deorũ:& ab hoſtibus ergo ſuis ſuſtinent adorari:& illis imperium ſine fine decernunt:quorum magis iniurias q̃ adulationes remuneraſſe debuerant. Sed qui nihil ſentiunt:tam impune leduntur q̃ fruſtra coluntur. certe nõ poteſt fidei conuenire:vt religionis meritis excreuiſſe videantur/qui(vt ſuggeſſimus) religionem/aut lædendo creuerunt:aut creſcendo læſerũt:etiã illi:quorum regna conflata ſunt in imperij romani ſummam: cuȝ ea amitterent:ſine religionibus non fuerunt.

¶De regno dei. Cap̄.XXVI.

Videre igiť ne ille regna diſpenſſet cuius eſt & orbis:qui regnať/& homo ipſe q regnat:ne ille vices dominationum ipſis tēporibus in ſęculo ordinauerit:qui ante omne tem/pus fuit/& ſęculum corpus tēporum fecit:ne ille ciuitates extollat aut deprimat:ſub quo fuit aliquando ſine ciuitatibus genus hominum. Quid erratis?prior eſt quibuſdam dijs ſuis. Silueſtris roma ante regnauit/q̃ tantum ambitum capitolij extrueretur. Regnauerunt & babylonij ante pontifices:& Medi ante.xv.viros. & Aegyptij ante Salios:& Aſſirij ante Lupercos:& amaȝones ante virgines veſtales. Poſtremo ſi romanæ religiones regna præſtãt nũq̃ retro iudęa regnaſſet/deſpectrix cõmuniũ iſtarum diuinitatum:cui⁹ & deũ victimis:& templum donis:& gentē fœderib⁹ aliquandiu Romani honoraſtis:nũq̃ dominaturi eius ſi deo nõ deliq̃ſſet: vltimo i chriſtũ Satis hæc aduerſus intentionem læſæ diuinatatis: quo non videamur lędere eam/quam oſtendimus non eſſe.

intētatione alij itētionem legunt.

De ſpritu dæmoniaco. Cap̄.XXVII.

IGitur ꝓuocati ad ſacrificandũ obſtruimus gradũ ꝑ fide cõſcientiæ noſtræ:quia certi ſumus ad quos iſta pueniāt officia ſub imaginũ ꝓſtitutione:& humanorũ nominũ cõſecratione. Sed quidā demētiā exiſtimāt/ ꝙ (cũ poſſimus & ſacrificare in p̄ſenti:& illæſi abire manente apud animũ ꝓpoſito) obſtinationē ſaluti p̄feramus. ¶Datis.ſ.cõſilium quo vobis abutamur:ſed agnoſcim⁹ vñ talia ſuggerant :quis totũ hoc agitet? & quõ nũc aſtutia ſuadēdi:nũc duricia ſęuiendi ad cõſtantiā noſtrā deijciēdā operet. Ille.ſ.ſpũs dęmoniacę & āgelicæ paraturæ:qui noſter ob diuortiũ æmulus:& ob dei grāʒ inuidus/de mētibus veſtris aduerſus nos p̄liat:occulta iſpiratione modulatis & ſubornatis ad omnē: quā in primordio exorſi ſum⁹/& iudicādi pūerſitatē/& ſęuiēdi iniquitatē. Nā licet ſubiecta ſit nobis tota vis dæmonũ/& eiuſmodi ſpirituũ: vt neq̄ tñ ſerui metui nonnũq̄ cõtumaciā miſcent:& lędere geſtiũt quos alias verent.odiũ.n.ēt timor ſpirat:p̄ter hoc & deſpata cõditio eoꝝ ex ꝑdānatione ſolatiũ reputat fruendę interi malignitatis de pœnæ mora:& tñ apphenſi ſubigunt:& cõditioni ſuę ſuccidũt: & quos de lõgīquo oppugnāt.de ꝓximo obſecrāt.Itaq; cũ vice rebellātiũ ergaſtuloꝝ ſiue carcerum vel methalorũ:vel hoc gen⁹ penalis ſeruitutis erũpũt:aduerſum nos:in quoꝝ ptāte ſunt:certi & ipares ſe eē/& hoc magis pditos igratis reſiſtim⁹:& æquales repugnamus:pſeuerantes in eo quod oppugnant:& illoꝭ nunq̄ magis detriumphamus:q̄ cum pro fidei obſtinatione damnamur.

De regno imperatoris. Cap̄.XXVIII.

QVoniā aũt facile iniquũ videret liberos hoies inuitos vrgeri ad ſacrificādũ.Nā & alias diuinæ rei faciendę libēs animus iducit:certe ieptũ exiſtimaret: ſiquis ab alio cogeret ad honorem deoruʒ:quos vltro ſui cā placare deberet ne pręmanu eſſet iure libertatis dicere.Nolo michi Iouē propicium.Tu qui es? me cõueniat Ianus irat⁹ ex qua velit frõte.Quid tibi mecũ eſt? formati eſtis ab iiſdē vtiq; ſpiritib⁹/vt nos ꝑ ſalute ipe ratoris ſacrificare cogatis? & ipoſita eſt tam vobis neceſſitas cogendi q̄ nobis obligatio periclitandi.¶Ventũ eſt igit ad ſecũdum titulum lęſæ auguſtioris maieſtatis.Si quidē maiore formidine & callidiore timiditate.Cæſarem obſeruatis q̄ ipſum de olympo Iouē etiā merito ſi ſciatis.Quis enim ex viuentibus non cuilibet mortuo potior? Sed nec hoc vos ratione facitis potius q̄ reſpectu præſentaneæ poteſtatis.Adeo & in iſto irreligioſi deos erga veſtros.Dep̄hēdimini:cũ plus timoris humano dominio dicatis citius deniq; apud vos per omnes deos q̄ per vnum genium Cæſaris peieratur.

¶ An poſſint prodeſſe idola. Cap. XXIX

Quæratur igr̃ prius ſi iſti quibus ſacrificatr̃/ſalutē imp̃atoribus/vel cuilibet homini impartiri poſſunt: & ita nos crimini addicite. Si angeli aut dæmões ſubſtātia/peſſimi ſpiritus/beneficiū aliquod operanſ: ſi perditi conſeruāt: ſi dānati liberant: ſi deniqꝫ quod conſciētia noſtra eſt: mortui viuos tuentur. Nā vtiqꝫ ſuas primo ſtatuas/& imagines/& ędes tuerenſ: q̃ (vt opinor) Cęſarum milites excubijs ſalua p̄ſtant. puto aūt hęc ipſa materię de metallis Cæſarū veniunt. & tota templa de nutu Cæſaris cõſtāt: multi deniqꝫ dij habuerunt Cæſarem iratum. Facit ad cauſam ſi & propitium cum illis aliquid libertatis aut priuilegij cõfert. Itaqꝫ ſūt in Cęſaris poteſtate: cuius & toti ſunt: quomodo habēbunt ſalutem Cęſaris in poteſtate: vt eam pręſtare poſſe videanſ: quam facili⁹ ipſi a Cęſare conſequuntur.

¶ De poteſtate imperatorum. Cap. XXX

Deo ergo cõmittim⁹ ī maieſtatem īperatoris: q̄a illos nos ſubijcim⁹ rebus ſuis: quia non ludim⁹ de officio ſalutis ipſorum qui eam non putamus in manibus eſſe plumbatis. Sed vos religioſi qui eam q̃ritis vbi non eſt petitis a quib⁹ dari non poteſt: pręterito eo/ī cuius eſt poteſtate. Inſuper eos debellatis: qui eam ſciunt petere: qui etiam poſſint īpetrare: dum ſciūt petere. Nos. n. ꝓ ſalute īperatorum deum inuocamus æternū/Deum verum/& deum viuum: quem & ipſi īperatores propitium ſibi p̄ter cęteros malunt. Sciunt quis illis dederit īperium: ſciūt quis hoīes: q̄s & aīas ſentiunt eum deum eſſe ſolum: ī cuius ſolius poteſtate ſunt: a quo ſunt ſecundi: poſt quem primi ante omnes/& ſup̄ omnes deos: q̄ diu cum ſuper omnes hoīes q̄ vtiqꝫ viuunt: & mortuis antiſtant recogitant/quouſqꝫ vires īperij valeant: & ita deum ītelligunt aduerſ⁹ quem valere non poſſunt/ꝑ eum valere ſe cognoſcunt. Cœlū deniqꝫ debellet īperator. Cœlum captiuū triūpho ſuo īuehat: cœlo mittat excubias: cœlo vectigalia īponat. Nō poteſt: Ideo magn⁹ eſt: q̄a cœlo minor eſt: illius. n. eſt ipſe cuius & cœlum eſt: & oīs creatura: Inde eſt īperator: vn̄ & homo/anteq̄ īperator. inde poteſtas illi/vnde eſt ſpiritus. illuc ſuſpicientes xp̄iani manibus expanſis q̄a īnocuis: capite nudo/q̄a non erubeſcimus. deniqꝫ ſine monitore (q̄a de pectore oramus) precantes ſumus omnes ſemper pro omnibus imperatoribus vitam illis prolixā: īperium ſecurum: domum tutam: exercitus fortes: ſenatum fidelem: populum probum: orbem q̄etū: & q̄cūqꝫ hoīs & Cęſaris vota ſunt. Hęc ab alio orare nō poſſum: q̄ a quo ſcio me cõſequuturū: q̄m & ipſe eſt/q̄ ſolus p̄ſtat: & ego ſum cui īpetrari debeſ/famulus eius. qui eum ſolum obſeruo: q̄ ei offero opimā & maiorem

hoſtiam:quam ipſe mandauit:orationeꝫ de carne pudica:de anima innocenti:de ſpiritu ſancto profectam. Non grana thuris vnius aſſis non a radice arboris lachrymas/nec duas meri guttas: nec ſanguinem reprobi hominis mori optantis: & poſt omnia inquinamenta: etiam conſcientiam ſpurcam:vt mirer:cur hoſtię probent̃ penes vos a vitioſiſſimis ſacerdotibus/cum quibus ꝑcordia potius victimaruꝫ q̃ ipſorum ſacrificantium examinatur. Sic itaqꝫ nos ad deum expanſos vngulæ fodiant:cruces ſuſpendant:ignes lambant:gladij guttura detruncent:beſtiæ inſiliant. Paratꝰ eſt ad omne ſuppliciũ ipſe habitus orantis Chriſtiani. Hoc agite boni præſides: extorquete animam deo ſupplicantem pro imperatore: hic erit crimen:vbi veritas & dei deuotio eſt.

¶De oratione pro inimicis. Cap.XXXI.

ADulati nunc ſumus imperatori:& mentiti vota quę diximus ad euadandam ſcilicet vim plane proficit iſta fallacia. Admittitis enim nos probare quodcunqꝫ defẽdimꝰ. Qui ergo putas nihil nos de ſalute Cæſarum curare. Inſpice dei voces litteras noſtras:quas neqꝫ ipſi ſupprimimus& plęriqꝫ caſus ad extraneos tranſferunt. Scitote ex illis præceptum eſſe nobis ad redundantiam benignitatis: etiam pro inimicis deum orare:& perſecutoribus noſtris bona precari: qui magis inimici & perſecutores Chriſtianorum q̃ de quorum maieſtate conuenimur in crimen ſed etiam
Paulꝰ prię ad Timo. primo.
nominatim atqꝫ manifeſte. orate inquit pro regibus & pro principibus & poteſtatibus:vt omnia tranquilla ſint. Vobiſcum enim concutit. Imperium concuſſis etiam cæteris mẽbris eius:vtiqꝫ & nos(licet extranei a turbis æſtimemur)in aliquo loco caſus inuenimur.

¶Item pro imperio & ptãte Romanorum Cap.XXXII.

ESt & alia maior neceſſitas nobis orandi pro imperatoribꝰ etiam pro omni ſtatu imperij: rebuſqꝫ Romanis qui vim maximam vniuerſo orbi imminentem/ipſamqꝫ clauſulaꝫ ſęculi/acerbitates horrendas comminentem Romani imperij commeatu ſcimus retardari. Itaqꝫ nolumus experiri: & dum precamur differri:Romanæ diuturnitati fauemus:Sed & iuramꝰ ſicut non per genios Cæſarum ita per ſalutem eorum quæ eſt auguſtior omnibꝰ genijs. Neſcitis genios dęmonas dici:& inde diminutiua voce dęmonia. Nos iudicium Dei ſuſpicimus in imperatoribus qui gentibus illos ꝑfecit:id in eis ſcimus eſſe qđ deus voluit:& ꝓ magno adiumento habemus. Cęterum dęmonas:id eſt genios adiurare cõſueuimus/vt illos de hominibꝰ exigamus:non deierare vt illis honorem diuinitatis conferamus.

¶De imperatore Caput.XXXIII.

SEd quid ego āplius de religione atq̃ pietate chriſtiana in imperatore q̄ neceſſe eſt. Suſpiciamus vt euȝ quē dñs noſter elegerit: vt merito dixerim noſter eſt magis Cæſar vt a noſtro deo cōſtitutus. Itaq̃ vt in eo/plus ego illi operor in ſalutem. Siquidē nō ſoluȝ ab ꝗ eo poſtulo eā qui pōt prǽſtare aut q̄d talis poſtulo/qui merear ĩpetrare. Sed etiā ꝗ tēperans maieſtatē Cęſaris ĩfra deum/magis illum cōmendo deo cui ſoli ſubijcio. Subijcio āt cui nō adæquo. Nō.n. deũ ĩpatorē dicā: vel quia mētiri neſcio: vel quia illũ deridere nō audeo: vel qa nec ĩpe ſe deũ volet dici: ſi homo ſit/intereſt hoi deo cedere. Satis habebat appellari Imperator Grāde & hoc nomē eſt: q̄d a deo traditur: negat illum ĩperatorē qui deũ dicit: niſi hō ſit nō eſt Imperator. Homineȝ ſe eſſe etiā triũphās in illo ſublimiſſimo curru admonet̃. Suggeritur.n. ei a tergo. Reſpice poſt te. Homineȝ memento te. Etiam vtiq̃ hoc magis gaudet/tāta ſe gloria coruſcare vt illi admonitio conditionis ſuę ſit neceſſaria. Minor erat ſi tunc deus diceretur. Maior eſt qui reuocat̃/ne ſe deuȝ exiſtimet.

De auguſto imperatore. Cap.XXXIIII.

AVguſtus ĩperij formator ne dominum quidē dici ſe volebat: & hoc.n. dei eſt cognomen. Dicaȝ plane ĩperatorem dñm ſed more cōi. Sed qñ nō cogor vt dñȝ dei vice dicaȝ. Cæterũ liber ſum illi. Dominus.n. meus vnus eſt deꝰ omnipotens: ęternus: idem qui & ipſius qui pater patriæ eſt quō dñs eſt Sed & gratiꝰ nomē eſt pietatis q̄ ptātis: etiā familiæ magis patres q̄ domini vocant̃. tāto abeſt: vt Impator deus debeat dici: q̄d non pōt credi nō mō turpiſſima: ſed & pniciosa adulatione: tāq̄ ſi habēs ĩperatorē/alterũ appelles: nōne maximā & in exorabile offenſam cōtrahes eius q̄ habuiſti: etiā ipſi timēdā quē appellaſti. Eſto religioſus ĩ deuȝ qui vis illũ ꝓpitiũ ĩperatori: deſine aliũ deũ credere: atq̃ ita & hunc deũ dicere: cui deo opus eſt: ſi nō de mēdacio erubeſcit adulatio: eiuſmodi hoiem deũ appellans: timeat ſaltē de ĩfauſto. Maledictum eſt ante Apoteoſin/deum Cæſarem nuncupare.

De ſolemnibus Cęſarum. Cap.XXXV.

PRopterea igitur publici hoſtes chriſtiani: quia imperatoribus neq̃ vanos neq̃ mentientes neq̃ temerarios honores dicant: quia verę religionis/homines etiam ſolemnia eoꝝ conſcientia potius q̄ laſciuia celebrant. grande videlicet officium focos & choros in publicum educere vicatim epulari: ciuitatē tabernę habitu abolefacere: vino lutũ cogere: cateruatiȝ curſitare ad iiurias: ad ĩpudētias ad libidinis illecebras ſiccīe exprimit̃ publicũ gaudiũ per publicuȝ dedecus? Hęccine ſolēnes dies pricipum decēt/q̄ alios

dies non decent? qui obſeruant diſciplinā de Cæſaris reſpectu: hi eā propter Cæſares deſerūt: & malorū moꝝ licētia pietas erit? occaſio luxuriȩ religio deputabit? O nos merito damnandos: cur. n. vota & gaudia Cȩſarum caſti & ſobri & probi expungimꝰ? Cur die læto nō laureis poſtes obūbramus? nec lucernis diem infringimus? honeſta res & ſolēnitate publica exigente īducere domui tuȩ habitū alicuiꝰ noui lupanaris. Velim tñ in hac quoqꝫ religione ſecundȩ maieſtatis: de qua in ſecundum ſacrilegiū cōuenimur chriſtiani/nō celebrando vobiſcū ſolēnia cȩſarū: quo more celebrari nec modeſtia nec verecūdia nec pudicitia permittunt. Sed occaſio voluptatis magis q̄ digna rō. Perſuaſit fides & veritatem noſtrā demōſtrare: ne forte & iſtic deteriores xp̄ianis dep̄hendanf/qui nos nolunt romanos haberi. Sed hoſtes prīcipum romanorum ipſos quirites/ipſam vernaculā ſeptē colliū plæbē cōuenio an alicui Cȩſari ſuo parcat illa ligua romana. Teſtis & tyberis & ſcholȩ beſtiaꝝ. ¶ Iā ſi pectoribus ad tranſlucendum quandā ſpecularem materiā natura obduxiſſet cuius non prȩcordia īſculpta apparerent ad noui Cȩſaris ſcȩnā cōgiario diuidendo p̄ſidentis? etiam illa hora qua acclamāt de noſtris annis/tibi Iuppiter augeat annos. Hȩc chriſtanus tam enūciare nō nouit q̄ diu de nouo Cæſare optare. Sed vulgus (inquis) vt vulgus Tamē Romani: nec illi magis depoſtulatores xp̄ianorū q̄ vulgus: plane cæteri ordines pro auctoritate religioſi ex fide/nihil hoſti: cū de ipſo ſenatu: de eq̄re: de caſtris: de palatijs ipſis ſpirant. Vnde Caſſij/& Nigri & Albini vñ qui iter duas lauros obſident Cæſarem: vñ qui faſcibus eius exprimēdis paleſtricā exercent: vnde qui armati palatium irrūpūt. ¶ Oibꝰ tot ſigerijs atqꝫ parthenijs audaciores/de Romanis (niſi fallor) ideſt de non chriſtianis atqꝫ adeo oēs illi ſub ipſa vſqꝫ impietatis eruptione: & ſacra faciebāt pro ſalute imperatoris & geniū eiꝰ deierabant alij foris alij intus: & vtiqꝫ publicoruꝫ hoſtium nomē xp̄ianis dabant. Sed qui nūc ſceleſtaꝝ partiū ſocij aut plauſores quotidie reuelanf poſt videmiam parricidarū racematio ſuperſtes q̄ recentiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes p̄ſtruebant: q̄ elatiſſimis & clariſſimis lucernis veſtibula enubilabāt: q̄ cultiſſimis & ſuperbiſſimis toris forū ſibi diuidebant non vt gaudia publica celebrarent. Sed vt vota propria iam edicerent in aliena ſolēnitate exēplum: atqꝫ imaginem ſpei ſuæ inaugurarēt nomē. Pricipis in corde mutāres/eadeꝫ officia depēdūt: & qui aſtrologos & Aruſpices: & augures: & magos de cæſarum capite cōſultāt: quas artes vt ab Angelis deſertoribus p̄ditas: & a deo iterdictas ne ſuis quidē cauſis adhibent chriſtiani: cui autē opꝰ eſt perſcrutari ſup cæſaris ſalute niſi a quo aliquid aduerſus illam cogitatur vel optatur: aut poſt illā ſperatur & ſuſtinef? nō enim

ea mente de charis conſulitur: qua de dominis. aliter curioſa eſt ſollicitudo ſanguinis/aliter ſeruitutis.

¶De æqualitate omnium perſonarum. Cap̄. XXXVI.

SI hæc ita ſunt vt hoſtes depræhendanī/qui romani vocabanī: cur nos qui hoſtes exiſtimamur romani negamur? Non poſſumus & romani nō eſſe & hoſtes non eſſe: cum hoſtes reperiaī. qui romani habebanī adeo pietas: & religio: & fides imperatoribus dedita: nō i huiuſmodi officijs conſiſtit: quibus & hoſtilitas magis ad velamentum ſui poteſt fungi: ſed ī his moribus/quibus diuinitas imperat: tā vere q̄ circa omnes neceſſe habet exhiberi. Neq;.n. hęc opera bonę mentis ſolis īperatoribus debentur a nobis nullū bonū ſub exceptione pſonarū adminiſtramꝰ: quia nobis pſtamus: q nō ab hoīe: aut laudis aut p̄mij expēſu captamus. Sed a deo exactore & remuneratore īdifferentis benignitatis. Iidem ſumus īperatoribꝰ/qui & vicinis noſtris. Male.n. velle / male facere. male dicere: male cogitare de quoq̄ ex æquo vetamur. quodcunq; non licet in īperatorem id nec in queq̄ quod in neminem/eo forſitan magis nec in ipſum/qui per deum tantus eſt.

¶Ne malum contra malum. Cap̄. XXXVII.

SI inimicos (vt ſupra diximus) iubemur diligere: quē habebimꝰ odiſſe? Itē ſi lęſi vicē referre ꝓhibemur: ne de facto pares ſimus: quē poſſimus lędere? Iā de iſto ipſi recognoſcite. quotiēs.n. i chriſtianos deſęuitis partim animis proprijs: partim legibus obſequentes Quotiens etiam pręteritis vobis ſuo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus: & īcendijs ipſi Bacchanaliū furijs/nec mortuis parcūt chriſtianis: qn illos de requie ſepulturę/de Aſilo quodā mortis iā alios/iam nec totos auellant: diſſecent: diſtrahāt? Quid tn̄ de tā cōſpiratis inq̄ denotatis de tam aīatis ad mortē vſq; pro iniuria repenſatis: qn̄ vel vna nox pauculis faculis largiter vltionis poſſet operari: ſi malum malo diſpungi penes nos liceret. Sed abſit: vt aut igni humano vīdicetur diuina ſecta: aut doleat pati ī quo probatur: ſi.n. hoſtes extraneos non tantū vīdices occultos agere vellemus: deeſſet nobis vis numerorū & copiarū. Plures nimirum Mauri & marchomani ipſiq; Parthi: vel quātęcūq; (vnius tamen loci/& ſuorū finiū) gētes q̄ totiꝰ orbis externi ſumus: & veſtra oia impleuimus vrbes: iſulas caſtella: municipia: cōciliabula: caſtra ipſa tribus: decurias: palatiū ſenatū forū: ſola vobis reliquimꝰ tēpla: cui bello nō idonei: nō prōpti fuiſſemꝰ: etiā īpares copijs: q tā libenter trucidamur/ſi nō apud iſtā diſciplinā magis accidi liceret q̄ occidere potuimꝰ & iermes nec rebelles/ſed tātummō diſcordes/ſoliꝰ diuortij inuidia aduerſus vos dimicaſſe. Si.n. tāta vis hominū ī aliquē

